

PATRUM
NOVA BIBLIOTHECA.

II

S. Dionysii areopagitae Specimen.



Libri Enoch Specimen.



NOVAE PATRUM BIBLIOTHECAE

TOMUS SECUNDUS

CONTINENS

S. CYRILLI ALEXANDRINI COMMENTARIUM

IN S. LUCAE EVANGELIUM

NEC NON EIUSDEM ALIA OPUSCULA XVI

ITEM DIVERSORUM PATRUM

OPUSCULA X.

OMNIA EX VATICANIS CODICIBUS

CUM LATINA EDITORIS INTERPRETATIONE

PROLOGIS ET ADNOTATIONIBUS.

ed.
Angelus Maius

ROMAE

TYPIS SACRI CONSILII PROPAGANDO CHRISTIANO NOMINI.

M.DCCC.XLIV.

EDITORIS PRAEFATIO.

I. Quoties ego generalem illam sancti Cyrilli alexandrini operum editionem, ab Auberto gallo septem tomis vulgatam, manu versabam, toties me cupere memini, ut nova aliqua curaretur, quae tanto aubertina plenior esset ac melior, quanto haec minores alias et vetustiores superasse videtur. Etenim haud minimus huius editionis naevus est, quod latina graeci textus interpretatio varios habet auctores, qui viginti fere numerantur: quo fit ut Cyrilli elocutio neque consona neque uniformis latinis auribus oculisque accidat: et quidem veri etiam crassique errores interpretum latinas plagulas maculant. Necessariis insuper scholiis sive criticis sive exegeticis caret saepe Cyrillus, et materia ipsa respirationes capitulorum divisionesque idoneas haud raro desiderat: graecus vero contextus foedis quandoque mendis laborat: materiarum indices vel exiles sunt, vel alicubi nulli: quilibet denique editoris apparatus et isagoge, et singulorum operum veluti historia ac iudicium frustra requiritur. Quamquam igitur haud leve est Auberti meritum, modesti ceteroqui hominis et ingenui, propter hanc tomorum tot quam gravi labore suo molem instruxit; attamen optandum erat, ut maurinus aliquis monachus Cyrillum quoque consueto sodalitatis suae splendore doctrina ac studio sibi adornandum susciperet, quod ut aliquando, meliore temporum conditione fiat, piis votis deposco. Editionum S. Cyrilli imperfectio.

II. His de Auberti editione breviter atque ut spero aequabiliter dictis, nondum tamen eius praecipuum memoravi incommodum, tot videlicet Cyrilli opusculorum defectum, quae partim graece partim latine dispersa in impressis libris extabant, et Auberti notitiam diligentiamque fugerunt. Haec scilicet accurate recenset Fabricius B. G. lib. V. cap. 22. n. 8. ed. nov. T. IX. p. 487. seq. quae nimirum a novo editore sedule colligenda sunt. Neque heic sistendum, sed in conciliorum actibus, praesertim ephesini, in antiquis apologeticis, panopliis, scriptorum enarratoribus seu bibliographis, apprimeque in Photio, nec non antiquis auctoribus Mario Mercatore, puta, Facundo, Liberato, Anastasio, Leontio, et reliquis praecipue adversus Eutychis, Nestorii, Dioscori, Severi, aliasque sectas huiusmodi pugnatoribus, scripta Cyrilli rimanda sunt. Quid de graecis dicam ad utrumque testamentum catenis, quae tot Cyrilli divitias ostentant? Me certe coacervandi cum maioribus scriptis minores etiam minimasve Cyrilli ad unum corpus reliquias cupido incesserat, totumque Cyrillum decem circiter tomis comprehendendi: neque is iniucundus labor fuisset, si otii satis suppeteret, vel si ceteras curas meas seponere decrevissem; quod quia non placuit, nolui tamen Cyrillum, quo paene prae ceteris delector, deserere: sed omissa omni editorum eius operum sollicitudine, converti me potius ad indagandum quicquid tanti viri adhuc ineditum vaticanis codicibus contineri haud fallaci coniectura Scriptorum Cyrilli nupera conquisitio.

vel certitudine potius compereram. Quod quum prospere ut puto egerim, et res ultra votum cesserit; facile erit deinceps futuris eruditis Cyrillum denique tum ex superioribus editionibus, tum ex his nostris additamentis cumulatum efficere: cuius mihi certe tanta ad manus venit copia, ut duobus eam voluminibus, non sine mea interpretatione exposuerim, quorum prius nunc describendum est.

Cyrillus de Trinitate.

III. Primum se mihi obtulit Cyrilli ineditum, ut reor, opusculum *de Trinitate* in vaticano perraro codice; quae lucubratio plane ab illa differt, quam pari titulo sub falso Cyrilli nomine (quum sit potius ex Damasceno aliisque excerptum, ut iamdiu demonstratum fuit) vulgavit Wegelinus, prout mox in editione dicam p. 31. Ait autem Cyrillus cap. 3. se, postquam contra blasphemias haereticorum, Arianorum scilicet, satis decertaverat (puta in thesauro, in commentario ad Iohannem, et alibi) nunc hoc opusculum pie credentibus scribere, ut divina dogmata, extra omnem controversiae aleam, didactico more exponat. Reapse autem promissum abunde facit: ea quippe perspicuitate, et theologiae peritia altissimum Trinitatis mysterium evolvit ac tradit, quae tantum atque a Deo peculiariter edoctum magistrum decet. Tres singillatim divinas personas propriis cuiusque argumentis illustrat atque confirmat: idque opusculum, cedro sine dubio liniendum, viginti et octo capitulis terminatur.

De incarnatione.

Sequitur, pari theologiae merito, tractatus alter ex eodem codice sumptus, *de Domini incarnatione*, triginta quinque capitulis comprehensus, et a Cyrilli ceteris de hoc argumento scriptis prorsus diversus. Atque in hoc refutationem haereticorum non negligit, quorum neminem recentiorem Eunomio nominat. Illa vero calumnia a posterioribus Monophysitis Cyrillo imposita de unica Christi natura ab eo adserta, tam evidenter hoc scripto προληπτικῶς dissolvitur, ut nemo iam contra hiscere ausurus sit. Quamquam vero polemicam in hac lucubratione partem naviter tractat Cyrillus, attamen in exponenda Dei erga homines benignitate, quam incarnationis opus demonstrat, plurimus est; ut christianum populum Dei vicissim amore inflammet, atque in fide confirmet, quam egregie definit pium esse erga Deum ac revelationem obsequium, controversia omni curiosoque etiam examine omisso, cui certe indagini neque plebs neque maxima hominum pars idonea est.

De Deipara.

Tertiam in hoc nostro volumine sedem occupat Cyrilli copiosa ac libelli instar oratio, qua ostenditur beatam Mariam re vera esse rectissimeque dici deiparam. Extabat haec inedita oratio in vaticano codice antiquo 1431 (1) nec non in recentiore ottob. 30; denique eandem contineri scio in codice etiam barberino 253. Rem hanc non semel Cyrillus, etsi obiter, non tamen incuriose tractaverat iis in scriptis, quae p. 75. in adn. nominatim appellavi, quibus addendus est locus orationis I. de fide ad Reginas (opp. T. V. part. 2. p. 47. seq.) Sed enim praeclarum mihi obvenit, ut dixi p. 86, Iustiniani imp. in eius quam edidi epistola duplex testimonium de hac Cyrilli oratione, ita ut praeter stilum et consuetam atque sollemnem Cyrilli doctrinam, auctoritas etiam augusta accedat, quae omnem dubitationis scrupulum eximit. Et quidem ipse Cyrillus hoc se argumentum diserte tractasse, narrat in epistola ad Maximum apud Balutium nov. coll. concil. col. 915. his verbis: « primum capitulum » est quod sancta virgo sit Dei genitrix. » Nisi forte eo loco de primo suo in Nestorium sermone cogitat: etenim id dogma postea, prout nunc in invento nostro legitur, multo uberius explicuit. Luculentam hanc Cyrilli orationem commendare verbis

(1) Specimen scripturae huius codicis 1431. habes n. 6. in tabula tomi quarti huius novae Patrum bibliothecae.

omittam, nullis enim laudibus eget; in cuius etiam clausula vehemens ad orthodoxiam retinendam adhortatio fit. Illud nequeo reticere, quod est Cyrillo nostro valde honorificum, simulque novum huic scripto suffragium adiicit. Etenim duo perillustres patres, qui Eutychem reprehenderunt, Leo papa pluribus scriptis (1), Petrus chrysologus una epistola (2), praedictae cyrillianae orationis exordium sibi evidenter vindicaverunt. Leo quidem sermonem suum in Ballerin. edit. postremum, quo Eutychem refutat, sic cum Cyrillo exorditur. « Sicut peritorum prudentiumque medicorum est, passiones infirmitatis humanae remediis praevenire, et quemadmodum saluti contraria declinentur, ostendere etc. » Reliqua etiam consentiunt, nisi quod Cyrillus Dei, Leo autem pastorum providentiam memorat. Iam Petrus, haud quidem in praedicta epistola, sed initio sermonis XLIV. (ed. Seb. Pauli) sic Cyrillum aeque imitatur. « Peritus medicus quoties vario languore defessis plenam desiderat conferre » medicinam, altas aperit morborum causas etc. quam plurima remediorum genera, » herbarum vires pandit, medicamentorum loquitur qualitates. »

Dialogus. Quarto loco posuimus de eodem argumento dialogum Cyrilli cum Nestorio in codice vat. 790. compertum, ubi is nominatim Cyrillo auctori inscribitur: neque hic certe colloquendi mos a Cyrillo abhorret, ut eius longi cum Hermia et cum ipso Nestorio dialogi noti ostendunt. Certe fit heic perlucida Nestorii arguentis confutatio.

Epistolae 4. Cyrilli multas periisse epistolas manifestis indiciis constat. Atque utinam Aubertus non tam socors in illarum editione fuisset, qui ne numerare quidem eas meminit, nedum aliquot scholiis aut historicis titulis illustrare! Nos ineditas quatuor invenimus in codice vat. 1431, et partim etiam in ottob. 1262, quas non latina solum translatione, verum etiam aliquot adnotationibus comitari voluimus.

Homilia de incarn. Domini. Sequitur apud nos homilia de incarnatione Dei Verbi, quae nonnisi latine extabat; graece vero a nobis ex utroque praedicto codice deprompta fuit, novoque latinae linguae vestitu amicta. Alia homilia. Item brevior illa quae subtexitur de Nestorio eiecto homilia, latine tantummodo in ephesinis actibus obvia, graece a nobis comperta fuit in vaticanis codicibus 504. et 508, hancque item latinitate rursus donavimus. Captata vero ab his homiliis occasione, multarum aliarum Cyrilli deperditarum titulos p. 114. scripsimus; eumque deinde numerum p. 444. cumulavimus. Atque hactenus descripta Cyrilli opuscula nos superioribus annis graece tantum, et festinatis propter occupationes curis edideramus in veterum Scriptorum tomo octavo. Nunc vero retractatis diligentius graecis codicibus, facta ob publicum usum latina translatione, scholiis etiam prout opus fuit adiectis, rem adhuc pro nostra infirmitate tenuem, sacris tamen litteris paulo utiliorem, fecisse confidimus.

Commentarius in Lucam. IV. Sed ecce aliud in volumine nostro continuatur longe maioris molis Cyrilli scriptum, quod paginas 332. occupat, commentarius nempe ad Lucae evangelium, quem nos gravi sane labore impendioque temporis ex duodecim vaticanis catenarum codicibus compilavimus: ita ut quas Cyrilli reliquias ex quatuor vix codicibus ante hos annos delibatas graece edidimus, nunc plurimum auctas et emendatas ex tot codicibus, addita etiam translatione nostra scholiisque, iusti operis instar repraesente-

(1) Leo in celebri ad Flavianum epistola cap. 5. locum quoque non adeo exiguum S. Augustini ex huius contra sermonem Arianorum libro n. 8. ipsis verbis sibi vindicavit; quae res non leve Leonis erga Augustinum obsequium fuisse demonstrat. Ballerin. ed. T. I. col. 824.

(2) Miror sermonum Petri editores, qui hanc epistolam in actibus concilii chalcedonensis obviam, et satis celebrem ac pretiosam, praeteriisse quasi per incuriam vel potius oblivionem aut inscitiam videntur.

mus. Sunt autem codices hi, quos in libri marginibus litteris A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. perpetuo denotamus. I. Codex A. vat. membraneus, maximus, in fol. saeculi fere tertii decimi, Nicetae catenam in Lucam continens cum Cyrillo plurimo (1). II. Codex B. palat. vat. bombycinus in fol. eiusdem fere ac B. aetatis, diversam tamen catenam continens. Huius codicis sub initio corrupti, apographum insuper recente manu confectum inspeximus. III. Codex C. vat. chartaceus, in fol. ubi item spissa in Lucam Patrum catena. IV. Codex D. vat. membraneus in fol. saeculi ferme duodecimi, item catena. V. Codex E. vat. chartaceus in fol. continens Macarii Chrysocephali non tam sermones quam patrum, citatis accurate nominibus, catenam in Lucam. Id Macarii opus dicitur etiam alphabetum, quia totidem sunt sermones quot alphabeti litterae: ceteroqui in vat. codice non nisi sexdecim extant, id est usque ad litteram π. VI. Codex F. vat. alius chartaceus, in 4. qui non nisi mediocrem partem praedicti Chrysocephali continet. VII. Codex G. reginae svecae vaticanus, saeculi circiter duodecimi cum catena. VIII. Codex H. vat. praenobilis, saeculi ferme undecimi, qui tamen in grandi mole, nonnisi partem nicetianae catenae complectitur. IX. Codex I. ottobonianus vat. membraneus priscus, cum insigni ad prophetas omnes catena, habens etiam paucos Cyrilli locos, qui diserte dicuntur ex eius in Lucam commentario detracti. X. XI. XII, nobis K. L. M., exiguas admodum Cyrilli in Lucam reliquias nobis suppeditarunt. Duas quoque latinas ad Lucae evangelium catenas inspeximus, unam divi Thomae aquinatis, Balthassaris Corderii alteram: quae sicubi plus aliquid cyrillianum habuerunt, hoc latine nos dedimus in adnotationibus, ut Cyrilli textus, hac saltem lingua, utcumque expleretur. Sed haec, inquam, levia oppido incrementa sunt. Corderium autem fragmentorum suorum imperitum haud raro interpretem multis locis paene inviti redarguimus.

Idem commentarius syriace inventus.

Graecorum patrum ad Lucam catenam nuper, id est anno 1841, Oxonii curis viri cl. Crameri ex gallicano codice editam, sero accepi, postquam ego opus Cyrilli meum profligaveram: alioquin eius aliquot locis tempestive usus essem, si nihil aliud certe ad collationem. Iam vero hac inspecta, in Cyrilli quas refert partibus, statim agnovi nonnisi tenuem libri mei partem illic contineri, quum illa ex unico nec copioso codice, meus autem liber ex duodecim ms. catenis, quarum aliquot copiosissimae, prodeat. Etenim ubi quaterniones nostri pleni decurrunt, ibi interdum vel nihil codex gallicanus habuit, puta in capp. I. XVI. XXIV: vel singula vix fragmenta, puta in capp. III. et XV. Huc accedit quod in libro edito Cyrillus ceteris patribus interseritur, nullaque interpretatione latina scholiisve illustratur. Quae dum historialiter narro, haud hercle quicquam praestanti oxoniensi libro detrahere volo, cui omnis a me debetur honor ac porro defertur, propter rei sacrae utilitatem, typorum splendorem, editoris strenuam sedulitatem atque peritiam. Sed ecce aliud me vehementer commovit, gaudioque adfecit, quod ab ephemeridibus publicis nunciatum fuit, Cyrilli integros ad Lucam commentarios, in syriaticam linguam conversos, nuper ex Aegypto in Angliam esse perlatos: quod sane exemplar si nulla laesum lacuna sit, periteque ab interprete syro elaboratum, Cyrilli demum totum ordinatumque ac purum opus, in alieno saltem idiomate repraesentabit. Nam catenarum incommoda quae sint, nemo eruditus ignorat (quamquam et illa peculiaris harum et verissima laus est, quod meliorem cuiusque operis sucum delibare solent.) Eclogarii scilicet partes

(1) Huius codicis, nempe vat. 1411, specimen scripturae exhibuimus tom. IV. in tabula n. 1.

operum pro libito suo excerpunt, et ubi lubet collocant, et quandoque etiam interpolationibus violant. Cum autem volumen nostrum haud ex uno sed ex duodecim mss. codicibus sit conglutinatum, vix fieri potest ut partes omnes sedem propriam, post eçlogariorum licentiam et discrepantiam codicum, retineant; quam rem nonnisi integrum operis corpus praestabit. Si igitur graeca nostra ante syriatici libri editionem in Angliam venerint, multum credo interpretando Cyrillo proderunt: sicuti vicissim nobis magnopere fuisset commodus anglicanus liber ordinandis graecis ac perpoliendis, si (quod fieri non poterat) ad nos maturo tempore pervenisset. Rei huius persimile exemplum est Eusebii theophania, in syriaco pariter codice his annis inventa, cuius graeca fragmenta a me antea vulgata, cl. Leus interpres et editor non habuit; nos autem libro eius accepto, graeca nostra excussis denuo vat. codicibus multum auximus et recensuimus: qua super re in quarto bibliothecae huius volumine satis diximus. Iam nemo nobis obiiciat, quod Cyrillum ex catenis, non autem ex codice proprio integroque, vulgemus: nam praeter quam quod nulla alia suppetebat rei conficiendae ratio, nihil nos inusitatum egimus. Ecce enim Origenem in genesim, in proverbia, et in psalmos, nonnisi ex catenis Ruaeus utcumque restituit: eiusdemque item hexapla magnam partem catenae suppeditarunt. Theodoretum et Athanasium in psalmos catenae solae Sirmondo et Montfauconio obtulerunt. Chrysostomi satis copiosas et egregias in Hieremiam explanationes nusquam nisi apud Ghislerii catenam habemus. Eusebium in Lucam, Polychronium in Danielem, Didymum in secundam ad Corinthios nos ipsi catenarum ope adiuti in lucem extulimus. Postremo qualis quantusque percipi ex hac Cyrilli editione fructus possit, lector per se quisque sentiet, et noster etiam rerum index partim demonstrabit, praesertim in re dogmatica, circa Christi divinitatem, originale peccatum, divinam gratiam, sacramenta baptismi, poenitentiae, atque eucharistiae, de quo postremo praesertim dogmate divinus est Cyrilli locus p. 417, quem nulla umquam haeresis neque praesens neque futura labefactabit. Sed de Cyrilli in Lucam commentario satis (1). Superest ut de reliqua voluminis continentia dicamus.

V. Est inter syriacos bibliothecae vaticanae codices pervetus quidam, numero 140. notatus, saeculo octavo ut Assemano videtur scriptus, qui Iohannis caesariensis inter quintum sextumque saeculum clari apologiam continet concilii chalcedonensis adversus contemporalem suum Severum patriarcham antiochenum, Acephalorum coryphaeum, et doctorem totius orientis pestilentissimum. Iohannes itaque ut adversarium, Cyrillo semper prout notum est abuti solitum, iisdem armis configat, multos, id est XLVI., Cyrilli locos ex operibus nunc deperditis, contra Synusiastas, et contra Diodorum tarsensem ac Theodorum mopsuestenum, nec non ex commentariis in Matth. Luc. et Paul. recitat; quos ego lubentissime in hoc volumine latine saltem

Contra Synusiastas et alios.

(1) Testimonia vetera pro Cyrilli in Lucam commentario olim nos citavimus, latinas catenas divi Aquinatis atque Corderii: item graecas vaticanas in prophetas ubi pauca fragmenta citata reperimus: deinde scholiastas aliquot vatic. Item catenas vat. in Luc., quarum nunc numerum auximus usque ad XII. Denique adest codex syriacus, de quo supra diximus. Nunc ecce haec scribens, in aliud testimonium incido Iohannis cyparissiotae decad. VI. Bib. PP. Lugd. T. XXI. p. 420, qui Turriano interprete ait. *Sanctus Cyrillus alexandrinus in explanationibus ad Lucam ait: factam esse dicimus transfigurationem (Domini) non sic quidem ut corpus humanum figuram amiserit, sed splendore quodam indutum fuerit* etc. usque ad *sustinere potuerunt.* Qui locus graece nunc apparuit in editione nostra Luc. IX. 29. p. 239, cum ea tantum levi varietate, quam sive Cyparissiota, sive eclogarii nostri, sollemni more fecerunt. Adde Iohannem caesariensem in hoc volumine p. 131. adn.

exposui: praesertim quia librorum contra Synusiastas et contra Diodorum ac Theodorum sex iam ego originalia compereram graeca fragmenta, quorum postea veritatem Iohannes caesariensis confirmavit.

Partes commentarii in Cantic. Salomonis.

Notissima et universalis ss. Patrum regula est, canticum Salomonis nonnisi spiritali sensu de Christo eiusque ecclesia esse intelligendum: quamobrem gravi reprehensione digni sunt, quicumque ab hac decentissima Patrum omnium norma discedere audent. Ecce autem et Cyrillus noster in eo explanando cantico a trito sollemnique ecclesiae more non declinat: cuius ego deperditi commentarii quum ante hos annos fragmenta graece tantum ediderim in Procopii catena (AA. class. T. IX.) nunc collato rursus vat. codice, et addita latinitate, in hac Cyrilli anecdotorum congerie commode exhibeo. Neque in his desunt singulares aliquot sacri textus lectiones, praeter eximiam auctoris pietatem, et de sancti chrismatis sacramento testimonium p. 465. His ego commentarii partibus cyrilliana quinque alia diversi argumenti fragmenta subtexenda curavi.

Homilia de vinea.

Sancti Cyrilli homiliam de evangelica vineae parabola, quam olim latine tantum Achilles Statius lusitanus ad Gregorium XIII. PP. impressam miserat, graece ego in Spicilegio rom. T. V. edideram ex ipso Statii codice in bibliotheca vallicelliana Romae superstite. Fuit enim Statius illius bibliothecae conditor, eiusque illic imago cum elogio ad perpetuam rei memoriam prostat. Nunc igitur ne Cyrilli homilia translatione latina careat, (etenim priscus et tenuis Statii libellus vix alicubi occurrit, et ipsi mihi ad manus non est) hoc quoque Cyrilli scriptum utraque lingua, me interprete, extare constitui. Et quoniam in Cyrilli homiliis versari coeperam, tres quoque eiusdem conciunculas de aegyptiis martyribus Cyro ac Iohanne, quas mihi S. Sophronius in sua praedictorum, quam edidi, martyrum historia obtulit, hoc idoneo loco non sine animadversionibus aliquot ponendas curavi.

Fragmenta multa minora.

Ne minora quidem Cyrilli fragmenta, quotquot inter edita a me scripta, vel in codicibus extiterunt, neglexi. Itaque primo undeviginti particulas sumpsi partim ex codice vaticano 1431, partim ex columnensi, et ex meis Leontio atque Anastasio. Deinde alias XXV. particulas ex deperditis adversus Iulianum libris, a Iohanne eclogario citatas, ut in monito p. 488. dictum est. Postremum, sed insigne magni Cyrilli apud nos segmentum est *adversus eunuchos*, de quo in monito p. 494. verba fecimus; nec non de iunioris quoque specimine p. 497. Atque haec omnia latinae translationis commoditate frui voluimus. Alteram voluminis nostri partem constituunt graece, latine, atque etiam aliquando syriace, diversa classicorum patrum opuscula, quorum titulos paulo post recitabimus. De quibus omnibus quum singula monita atque notitiam propriis in locis scripserim, nunc lectores diutius non morabor.

PARERGON DE ALIQUOT AREOPAGITAE CODICIBUS.

Dionysii alex. scholia ad Areopagitam.

VI. Iam ut parergon aliquod praefationi huic, simulque volumini ornamentum addam, de tribus dicam breviter praestantibus Dionysii areopagitae vaticanis codicibus; quorum primus insignis et crassae molis, saeculi ferme XII, cuncta illius continet opera cum amplissimis scholiis, quibus prima in pagina praeponitur inscriptio haec: Διονυσίου Ἀλεξανδρείας σχόλια τῆσδε τῆς βίβλου, *Dionysii Alexandriae scholia libri huius*, videlicet de divinis nominibus. De alexandrino hoc Dionysio. areopagitae Dionysii scholiasta, satis disputatum video in utroque corderianae edi-

tionis tomo; quae quomodolibet se habeat opinio; et quamvis Ioh. Cyparissiota decad. I. 1. et II. 2. diserte Dionysium scholiastam a Maximo distinguat; ego tamen scholia haec vaticana alexandrino Dionysio inscripta, eadem prorsus esse comperiebam, tam in hoc quam in aliis Areopagitae libris, ac illa quae sub sancti Maximi nomine in Corderii editione extant. Nihilo tamen minus codex noster propter amplitudinem suam ac vetustatem dignus adhuc est quem eruditi homines consulant, si quando de Areopagita cogitabunt.

Areopagitae codex notis tachygraphicis scriptus.

Alter Areopagitae multo nobilior ac rarissimus codex, descriptus a me breviter fuit in Script. vet. T. VI. praef. p. 37, qui videlicet tachygraphicis notis exaratos continet libros, vel horum potius partes, de divinis nominibus et de eccl. hierarchia. Prioris libri quum amplum specimen in aerea tabula incidendum curaverim, volumini huic praeposui, quò philologi ad graecae tachygraphiae studium excitentur: etenim ne in illa quidem celebri Montfauconii palaeographia par aliquid huic nostro specimini invenient. Quia vero in codicis folio 216. b. excerpta quoque vidi tachygraphicis aeque notis scripta libri Enochi, horum item particula dedi operam ut in eadem tabula extaret. De Enochi libro, quem multi veteres ecclesiae patres cum honore laudarunt, docte scripsit Fabricius in V. T. codice pseudepigrapho. Attamen libri Enochi aethiopicum textum, de quo diu Ludolfus apud cit. Fabricium, nos ipsi superioribus annis intulimus in bibliothecam vaticanam; codicem nempe pulcherrimum ex publica auctione redemptum, qui Cardinalis Antonellii fuerat; quod iam dixi in calce catalogi codicum aethiopicorum bibl. vat. Script. vet. T. V. part. 2. p. 100, ubi etiam nuperam libri eius aethiopici editionem apud Anglos curatam commemoravi. Nunc graeci textus, et quidem tachygraphici, exiguam saltem particulam eruditionis causa vulgamus.

Scholia inedita ad epistolam Areopagitae.

Tertium iam memorabo vaticanum codicem, Areopagitae scriptis illustrandis idoneum. Nimirum in peramplo S. Maximi operum ms. volumine legebam ipsius Maximi in quartam Dionysii ad Caium epistolam copiosa scholia, quae in editionibus nondum apparuerunt, quia praedicto loco Corderius Pachymerae paraphrasim S. Maximi scholiis substituit. Horum, inquam, scholiorum quum se occasio aliqua obtulerit, rationem habebo. Interim, ut sit breve specimen, ad illa Dionysii verba ἐκ τῆς ἀνθρώπων οὐσίας ὁ ὑπερούσιος οὐσιωμένος: *ex hominum substantia ille, qui supersubstantialis est, sumpsit substantiam;* sic Maximus: οὐ γὰρ ψιλὸν μόνον ἐφάντασεν ἡμῖν ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐν εἴδει σαρκὸς διαμόρφωσιν, κατὰ τοὺς Μανιχαίων λήρους· ἢ σάρκα συνουσιωμένην οὐράνοθεν ἑαυτῷ συγκατήγαγε, κατὰ τοὺς Ἀπολιναρίου μύθους, ἀλλ᾽ αὐτὸς κατ᾽ οὐσίαν ὅλην ἀληθὴς ἄνθρωπος γέγονε, προσλήψει δηλονότι σαρκὸς νοερᾶς ἐψυχωμένης, ἑνωθείσης αὐτῷ καθ᾽ ὑπόστασιν: *non enim simplicem tantum ac phantasticam ostendit nobis sub carnis specie figuram, prout Manichaei nugantur: vel iam concretam carnem de caelo secum advexit, quae est Apollinaris fabula; sed ipse omnino substantialiter verus homo factus est, adsumendo scilicet mente praeditam atque animatam carnem, quam hypostatice sibi adunavit.* Et multis interiectis, rursus Maximus: τίς ἔγνω πῶς σαρκοῦται θεὸς, καὶ μένει θεός; πῶς μένων θεὸς ἀληθὴς, ἄνθρωπος ἐστὶν ἀληθὴς, ἄμφω δεικνὺς ἑαυτὸν, ἀληθῶς ὑπάρξει φυσικῇ; κ. τ. λ. *Quis novit quomodo Deus incarnetur, et Deus maneat? quomodo Deus verus manens, homo verus sit, duplicem semet ostendens, cum naturali vere substantia? etc.*

VOLUMINE CONTINENTUR HAEC.

IN PARTE PRIORE

S. CYRILLI ALEXANDRINI OPUSCULA.

IN PARTE POSTERIORE

PATRUM ALIORUM SCRIPTA.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΖΩΟΠΟΙΟΥ ΤΡΙΑΔΟΣ (1).

SANCTI PATRIS NOSTRI

CYRILLI

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

DE SANCTA ET VIVIFICA TRINITATE.

PROHOEMIUM.

Oporteret sane omnes, qui nomine servatoris nostri Iesu Christi praefulgent, ovesque esse gloriantur pastoris, qui suam pro nobis animam posuit, pastoris vocem audire, et ab eo demonstratam herbam depascere, et evangelicae fidei terminis mandatisque insistere, simplicemque apostolorum adamare doctrinam. Sed quia multi superbia perciti, vanaeque gloriae cupidi, et suarum virium ignari, erroneae mentis suae conceptus inspiratae doctrinae anteponunt; et a recta, quae ad supernam civitatem ducit, via aversi multifidas mortiferasque semitas terunt, cuncti quidem pariter aberrantes, quamquam non eandem erroris viam aeque sectantes, sed aliis aliisque modis cogitationum suarum sequentes fallaciam; existimo decere, ut ii qui

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἔδει μὲν πάντας τοὺς τῇ προσηγορίᾳ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λαμπρυνομένους, καὶ πρόβατα εἶναι σεμνυνομένους τοῦ τὴν ψυχὴν τεθεικότος ποιμένος ὑπὲρ ἡμῶν, τῆς τοῦ ποιμένος ἀκούειν φωνῆς, καὶ τὴν ὑπ' ἐκείνου δεικνυμένην νέμεσθαι πόαν, καὶ τοῖς τῆς εὐαγγελικῆς πίστεως ὅροις καὶ νόμοις ἐμμένειν, καὶ τὴν ἁπλῆν τῶν ἀποστόλων στέργειν διδασκαλίαν· ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ πληγέντες τύφῳ (2), καὶ δόξης κενῆς ἐρασθέντες, καὶ ἑαυτοὺς ἀγνοήσαντες, τὰ τῆς πεπλανημένης αὐτῶν ἐννοίας κυήματα, τῆς θεοπνεύστου διδασκαλίας προυτίμησαν, καὶ τῆς εὐθείας εἰς τὴν ἄνω πόλιν ἀγούσης ὁδοῦ παρατραπέντες, εἰς πολυσχεδεῖς καὶ θανατηφόρους ἐχώρησαν ἀτραπούς, πάντες μὲν ὁμοίως πλανώμενοι, οὐ τὴν αὐτὴν δὲ τῆς πλάνης ὁμοίως μετιόντες ὁδὸν, ἀλλὰ διαφόρως τῇ τῶν λογισμῶν ἀκο-

(1) Hoc opusculum prorsus differt a thesauro eiusdem Cyrilli edito, in quo pariter agitur de sancta Trinitate, sed alia ratione et scopo, ut mox dicetur.

(2) Contemporaneus Cyrillo Augustinus cum illo conspirat, docens omnium haeresum matrem esse superbiam; nempe de vera relig. cap. XXV: *si superbia non esset, non essent haeretici neque schismatici.* Et serm. XLVI. n. 18: *diversis locis sunt diversae haereses; sed una mater superbia omnes genuit; sicut una mater nostra Catholica omnes christianos fideles toto orbe diffusos.*

ληθοῦντες ἀπάτῃ, ἡγοῦμαι πρέπειν τοῖς τὴν βασιλικὴν καὶ τετριμμένην ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν ὁδεύουσιν, ἐλεεῖν τε τοὺς πλανωμένους, καὶ τὴν ἀπάτην γυμνοῦν, καὶ τὴν εὐσέβειαν ὑποδεικνῦναι, καὶ ποδηγεῖν τοὺς ἑπομένους, καὶ τῆς ἑκατέρωσε παρατροπῆς ἀπείργειν, ἕως ἂν τὴν βασιλίδα πόλιν καταλάβωσι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α.

Ὅτι περὶ πολλοῦ ποιεῖται ὁ θεὸς τὴν ἀνθρώπων σωτηρίαν.

Τούτου γὰρ χάριν καὶ ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ εἰς τὴν οἰκουμένην ἀπέστειλε τὸν ἀποστόλων τὸν ἱερὸν χορὸν, ἵνα ταῖς ἀκτῖσι τῆς θεογνωσίας τοὺς ἐν τῷ σκότει τῆς ἀγνοίας συντεθραμμένους φωτίσωσιν, ἵνα τὰ διεσκεδασμένα πρόβατα καὶ τοῖς λύκοις προκείμενα συναγάγωσί τε καὶ ποιμάνωσιν ἐμμελῶς, ἵνα τὴν ἀγριέλαιον εἰς καλλιέλαιον τῇ τοῦ πνεύματος μεταβάλλωσι τέχνῃ, ἵνα τοὺς κρυπτομένους τῷ βυθῷ τῆς ἀσεβείας, τῷ τῆς διδασκαλίας ἁλιεύσωσι λόγῳ· ἐπειδὴ τοίνυν καὶ τῷ ποιητῇ τῶν ἀνθρώπων πάντων ἥδιστον τῶν ἀνθρώπων ἡ σωτηρία, καὶ τῇ φύσει δὲ δοκεῖ τὸ τῷ πέλας ἐπαμύνειν δεομένῳ κηδεμονίας, τὸ δοθὲν ἡμῖν ὑπὸ τοῦ κυρίου τῆς γνώσεως τάλαντον ἐπὶ τοὺς τραπεζίτας καὶ ἡμεῖς καταβάλλωμεν, ἵνα μὴ τῷ ἀργῷ συγκαταδικασθῶμεν οἰκέτῃ· καὶ τὴν θείων δογμάτων τὴν διδασκαλίαν προθήσομεν, τοῖς τε εἰδόσιν εἰς ἀνάμνησιν, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν εἰς μάθησιν.

β'. *Τίς ὁ χαρακτὴρ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ λόγου.*

Κηρυττέτω δὲ τὴν εὐαγγελικὴν ὁ λόγος πίστιν ἁπλοϊκῶς οὕτω καὶ διδασκαλικῶς, μὴ διαλεκτικῶς μηδ' ἀντιλογικῶς, ἀλλ' ἐκκλησίας (1) θεοῦ προσφόρως, κατανυκτικῶς μὴ ἐπιδεικτικῶς, διδακτικῶς μὴ δικανικῶς, τεχνολογίας ἀπηλλαγμένος, θεολογίᾳ κεχρημένος· μὴ πολυπραγμονῶν τὰ ἀνέφικτα, μὴ ἐρευνῶν τὰ ἀπερινόητα, μὴ νῷ καὶ λόγῳ τὰ ἀχώρητα περιγράφων, μὴ τεχνικαῖς τῆς ἀριστοτέχνου ὑπο-

regiae tritaeque ab orthodoxis viae insistunt, errantium misereantur, et fraudem iis detegant, et sanam pietatem doceant, et sequacibus ducatum praestent, iisdemque quominus neutram in partem exorbitent caveant, donec ad regalem denique civitatem perveniant.

Capitulum I.

Quod Deus multum aestimet hominum salutem.

Huius quippe rei causa omnium quoque Servator in universum mundum misit apostolorum sacrum chorum, ut divinae notitiae radiis, eos qui in ignorantiae tenebris enutriti fuerant, illuminarent; ut dispersas oves lupisque expositas congregarent diligenterque pascerent; ut silvestrem in mitem oleam spiritali arte immutarent; ut impietatis barathro mersos, magisterii expiscarentur sermone. Quoniam igitur et omnium hominum creatori iucundissima est hominum salus, et ipsius naturae lex est ut curam proximo egenti impendamus, datum nobis a Domino scientiae talentum apud nummularios nos quoque collocemus, ne cum inerte illo damnemur famulo: ideoque divinorum dogmatum doctrinam exponamus, scientibus quidem ad commemorationem, ignaris autem ad eruditionem.

II. *Quae sit ecclesiasticae doctrinae forma.*

Praedicare debet sermo noster evangelicam fidem simplici prorsus ac didascalico modo, non dialectico vel pugnace, sed ecclesiae Dei conveniente, ad compunctionem non ad ostentationem, ad instructionem non ad contentionem: artificio careat, theologia abundet, inaccessa non scrutetur, inintelligibilia non exquirat, neque mente aut sermone incomprehensibilia comprehendere velit, neque artificialibus su-

(1) Codex ἐκκλήσεως; sed omnino scribendum videbatur ἐκκλησίας. Sic enim divus Paulus I. Cor. XI. 16: *si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei.*

premum artificem supponere methodis; neque omissa fide, pompam quaerat. Piscatores imitetur, coriarii vestigia premat, publicani ducatum sequatur, prophetica illuminetur lucerna, evangelico illustretur sole, nihil de suis excogitationibus admisceat, nullam nisi sanctissimi Spiritus adstruat doctrinam. Haec est enim divini magisterii definitio.

βάλλων μεθόδοις, μὴ τὴν πίστιν ἐῶν, καὶ τὴν ἀπόδειξιν ἀπαιτῶν· τοῖς ἁλιεῦσιν ἑπόμενος, τὸν σκυτοτόμον (1) ἰχνηλατῶν, ὑπὸ τοῦ τελώνου ποδηγούμενος, τῷ προφητικῷ καταυγαζόμενος λύχνῳ, τῷ εὐαγγελικῷ φωτιζόμενος ἡλίῳ, μηδὲν τῶν οἰκείων λογισμῶν ἀναμιγνύς, πάντα δὲ τοῦ παναγίου πνεύματος ὑφαίνων διδάγματα· οὗτος γὰρ τῆς θείας διδασκαλίας ὁ ὅρος.

III. *Quod haec instructio orthodoxis tradatur.*

Et haereticas quidem blasphemias aliis in scriptis coarguimus, singulasque seorsum persequentes, detracto fraudis velamine, nudam ostendimus impietatem. Nunc autem, Deo favente, fidei alumnis data ecclesiae divinitus dogmata exponemus: neque sermonis prolixitate satietatem studiosis inferentes, neque nimia brevitate curam debitam corrumpentes, sed utriusque termini medium tenentes: ita ut neque excessu molesti auditoribus simus, et tamen perspicuam divinae scientiae institutionem tradamus. Incipiam vero a supernis, ad ipsum bonorum fontem currens.

γ'. Ὅτι ὡς πρὸς εὐσεβεῖς ἡ διδασκαλία γίνεται.

Τὰς μὲν οὖν αἱρετικὰς βλασφημίας ἐν ἑτέροις ἤδη συγγράμμασιν διηλέγξαμεν (2), χωρὶς ἑκάστην διαλαβόντες, καὶ τοῦ τῆς ἀπάτης γυμνώσαντες προκαλύμματος, καὶ γυμνὴν δείξαντες τὴν ἀσέβειαν· νῦν δέ, θεοῦ διδόντος, τοῖς τροφίμοις τῆς πίστεως τὰ τῆς ἐκκλησίας θεόσδοτα προθήσομεν δόγματα· μήτε τῷ μήκει τοῦ λόγου κόρον τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐπεισάγοντες, μήτε τῇ βραχυλογίᾳ τὴν ἀκρίβειαν διαφθείροντες, ἀλλ᾽ ἀμφοτέρων τῶν ἄκρων τὴν μέσην αἱρούμενοι· ἵνα μήτε τῷ πλήθει τοὺς ἀκούοντας ἀποκναίσωμεν, καὶ σαφῆ τὴν διδασκαλίαν τῆς θεογνωσίας προσοίσωμεν· ἄρξομαι δὲ ἄνωθεν, πρὸς αὐτὴν δραμὼν τὴν τῶν ἀγαθῶν τὴν πηγήν.

IV. *Quaenam sint opiniones tenendae de Deo patre.*

Nos Trinitatis amatores, adoratores, et praedicatores, magna voce sublimique animi conceptu, credimus in unum Deum patrem absque initio, ingenitum, qui semper pater extitit, non autem postea qualitatem hanc adsecutus est; non enim fuit tempus quo ipse non fuerit, sed et antea pater erat. Neque ipse fuit ante filius, deinde pater, ut corporum sequela postulat; sed ex quo existit, semper autem extitit, pater et est et vocatur.

δ'. Ὁποίας δεῖ διαλήψεις ἔχειν περὶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός.

Ἡμεῖς οἱ (3) τῆς τριάδος ἐρασταὶ καὶ προσκυνηταὶ καὶ κήρυκες μεγαλόφωνοί τε καὶ μεγαλόφρονες, πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα ἄναρχον καὶ ἀγέννητον, ἀεὶ ὄντα πατέρα, οὐχ ὕστερον τοῦτο κτησάμενον, οὐ γὰρ ἦν ὅτε οὐκ ἦν, ἀλλ᾽ ἄνωθεν ἦν πατήρ· οὐδὲ γέγονε πρῶτον υἱός, εἶτα πατὴρ κατὰ τὴν τῶν σωμάτων ἀκολουθίαν, ἀλλ᾽ ἀφ᾽ οὗπερ ἐστίν, ἀεὶ δέ ἐστι, πατὴρ καὶ ἔστι καὶ καλεῖται.

(1) Paulum intellige qui pelles tabernaculorum consuebat.

(2) Scilicet in thesauri, ut iam diximus, sermonibus editis, quibus haereticos refutavit. Nunc autem fidei simplicem spondet orthodoxis expositionem Cyrillus.

(3) Codex evidenter ὦ, quod prorsus videbatur immutandum in οἱ.

ε΄. Ὁποῖα δεῖ περὶ τοῦ υἱοῦ φρονεῖν.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα υἱὸν συναΐδιον τῷ γεννήσαντι, οὐκ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβόντα, ἀλλ' ἀεὶ ὄντα, καὶ σὺν πατρὶ ὄντα· ἀφ' οὗ γὰρ πατὴρ, ἀεὶ δὲ πατὴρ, ἐξ ἐκείνου υἱός· ἀχωρίστως γὰρ ἔχει ταῦτα πρὸς ἄλληλα, τά τε ὀνόματα, καὶ τὰ πράγματα· εἰ οὐκ ἀεὶ δὲ ὁ υἱὸς, ἀλλ' ἦν ὅτε οὐκ ἦν, οὐδὲ ἀεὶ ὁ πατήρ· ἀφ' οὗ γὰρ ἐγέννησε, τοῦτο ἔχει τὸ ὄνομα· εἰ δὲ ἀεὶ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ (βλάσφημον γὰρ τῷ ὄντι, ὑπὸ χρόνους ποιῆσαι τὸν τῶν χρόνων ποιητὴν, καὶ χρονικοῦ διαστήματος ἀποφῆναι δευτέραν τὴν ἄχρονον καὶ ὑπὲρ χρόνον γέννησιν) ἀεὶ ὁ υἱὸς, ἐκ τοῦ πατρὸς μὲν ἀῤῥήτως γεννηθεὶς, μετὰ τοῦ πατρὸς δὲ ἀεὶ ὢν, καὶ σὺν τῷ πατρὶ γνωριζόμενος.

V. *Quid de filio sentiendum sit.*

Credimus in unum filium, coaeternum gignenti, qui initium existendi non habuit, sed semper, et quidem cum patre fuit. Etenim ex quo pater, semper autem fuit pater, ex ipso est filius. Namque haec invicem inseparabilia sunt, tum nomina, tum etiam res. Si autem non semper extitit filius, sed aliquando non fuit, ne pater quidem semper extitit: nam ex quo genuit, hoc habet nomen. Iam si semper Deus pater extitit (nam blasphemum revera fuerit, sub tempora redigere temporum creatorem, et temporali intervallo iuniorem adfirmare intemporalem ac supra omne tempus generationem) semper filius fuit, ex patre quidem ineffabiliter genitus, cum patre autem semper existens, et cum patre cognitus.

ϛ΄. Ὅτι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ συναΐδιον διδάσκουσιν αἱ γραφαί.

* Ioh. I. 1. Ἐν ἀρχῇ *, φησὶν, ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν· ὁ δὲ ἐν ἀρχῇ ὢν, πότε οὐκ ἦν; οὔτε γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐγένετο, ἀλλ' ἐν ἀρχῇ ἦν· οἷον ἂν φιλονεικήσωμεν τοῖς λογισμοῖς ὑπερβῆναι τὸ ἦν, ἐπέκεινα γενέσθαι τῆς ἀρχῆς οὐκ ἰσχύσομεν· πάντα δεύτερα τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος, καὶ χρόνος, καὶ αἰὼν, καὶ εἴ τι ἂν ἕτερον χρονικὸν ἐπινοηθείη διάστημα· εἰ δὲ οὐκ ἀεὶ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ συνῆν ὁ υἱὸς, ὕστερον δέ ποτε προσεγένετο, ἀνάγκη χρόνον καὶ αἰῶνα πατρὶ καὶ υἱῷ μεσιτεύειν· εἰ δὲ τοῦτο δοίη τις, εὑρεθήσεται τὸ ποίημα τοῦ ποιητοῦ προϋπάρχον· πάντα γὰρ, φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, διὰ τοῦ υἱοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· ἓν δὲ τῶν πάντων ὁ αἰὼν ἢ ὁ χρόνος· καὶ
* Hebr. I. 2. ὁ μακάριος δὲ Παῦλος * ἐπ' ἐσχάτων, φησὶ, τῶν ἡμερῶν, ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν· εἰ δὲ τοῦ υἱοῦ οἱ

VI. *Quod filium patri esse coaeternum docent scripturae.*

In principio, inquit, erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Quod ergo in principio erat, quandonam haud fuit? Neque enim dixit, in principio factum esse, sed in principio fuisse. Quantumvis nos conemur cogitatione nostra superare dictionem ERAT, transcendere ultra principium non poterimus. Cuncta posteriora sunt existente in principio, nempe et tempus, et saeculum, et quodvis aliud temporale excogitari poterit intervallum. Si ergo non semper cum Deo patre extitisset filius, sed postea factus esset, necessario tempus et saeculum inter patrem ac filium interponeretur. Quod si quis concedat, invenietur factura faciente anterior. Omnia enim, ait evangelista, per filium facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Iam vero unum quid ex hac universitate saeculum quoque seu tempus reputandum est. Beatus vero Paulus ait: novissimis diebus locutus est nobis in filio, quem constituit

heredem universorum, per quem fecit et saecula. Quod si filii facturae sunt saecula, ea facientem non praecedunt. Iam saeculis non existentibus, exploratum est, ne tempus quidem fuisse, quod dies noctesque efficiunt et metiuntur: dies vero noctesque facit lucis ortus et occasus: quae quidem lux post caelum ac terram et aërem facta fuit. Haec porro omnia, et quicquid in eis est, Deus Verbum, beneplacito patris, verbo creavit.

Quum igitur tempora ac saecula cum aliis rebus omnibus a Verbo facta fuerint, nihil inter patrem et filium iacet, sed pater semper fuit Deus, semper autem cum patre filius. Quare etiam evangelista, in principio erat Verbum, clamat. Et apostolus Paulus ait: qui quum sit splendor gloriae, et figura substantiae eius. Et alibi: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo. Et neque Iohannes ERAT omittit; neque item Paulus CUM ESSET et CUM EXISTERET; quandoquidem semper existentem uterque praedicant. Quapropter et paulo post evangelista, vita erat inquit, et vita erat lux hominum. Et denuo: erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et adhuc: unigenitus Dei filius qui est in sinu patris. Nec non in epistola: qui fuit, inquit, ab initio. Hanc theologiam a divino Spiritu tradere edocti fuerunt circa unigenitum Dei Verbum, ii qui ab initio spectatores ministrique verbi fuerunt. Quamobrem non connumerarunt cum creatura creatorem: non posuerunt in ordine factarum rerum factorem: nusquam creaturae nomine appellarunt venerabilem Dei genituram: nusquam dictionem FACTUM EST divinitati copularunt. Sed alius quidem dixit: in principio erat Verbum; non autem, in principio factum est Verbum. Alius vero: qui cum esset splendor gloriae, et figura substantiae. Non ait: factus est splendor et figura. Et rursus: qui cum in forma Dei esset; non autem

αἰῶνες ποιήματα, οὐ προϋπάρχουσι τοῦ ποιήσαντος· αἰώνων δὲ μὴ ὑπαρχόντων, εὔδηλον ὡς οὐδὲ ὁ χρόνος, ὃν ἡμέραι τὲ καὶ νύκτες ποιοῦσι καὶ μετροῦσιν· ἡμέρας δὲ καὶ νύκτας ἡ τοῦ φωτὸς ἀνατολὴ καὶ δύσις ἐργάζεται· τὸ δὲ φῶς μετὰ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὸν ἀέρα ἐγένετο· ταῦτα δὲ πάντα, καὶ τὰ ἐν τούτοις, ὁ θεὸς λόγος εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς ἐδημιούργησε λόγῳ.

Τοίνυν τῶν χρόνων καὶ τῶν αἰώνων μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων ποιηθέντων ὑπὸ τοῦ λόγου, οὐδὲν ἂν ἦν μεταξὺ πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἀλλ᾽ ἀεὶ μὲν πατὴρ ὁ θεὸς, ἀεὶ δὲ ὁ υἱὸς σὺν πατρί· διὸ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος βοᾷ. Καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος φησί· * ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Καὶ ἑτέρωθεν· * ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ᾽ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ· καὶ οὔτε ἐκεῖνος τὸ ἦν, οὔτε οὗτος τὸ ὢν καὶ ὑπάρχων, ἐᾷ· ἐπειδὴ τὸν ἀεὶ ὄντα κηρύττουσιν· οὗ χάριν καὶ μετ᾽ ὀλίγα ὁ εὐαγγελιστής· ζωὴ ἦν, φησὶ, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. Καὶ αὖθις· ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Καὶ πάλιν· * ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός. Καὶ ἐν τῇ ἐπιστολῇ· ὁ ἦν, φησὶν, ἀπ᾽ ἀρχῆς. Οὕτω θεολογεῖν ὑπὸ τοῦ θείου πνεύματος τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ λόγον ἐδιδάχθησαν οἱ ἐξ ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου γενόμενοι· διὸ οὐ συνηρίθμησαν τῇ κτίσει τὸν κτίσαντα· οὐ συνέταξαν τὸν ποιητὴν τοῖς ποιήμασιν· οὐδαμοῦ κτίσμα τὸ τίμιον τοῦ θεοῦ προσηγόρευσαν γέννημα· οὐδαμοῦ τὸ ἐγένετο συνέζευξαν τῇ θεότητι· ἀλλ᾽ οὗτος μὲν, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· οὐκ ἐν ἀρχῇ ὁ λόγος ἐγένετο· ἐκεῖνος δὲ, ὡς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως· οὐκ, ἐγένετο ἀπαύγασμα καὶ χαρακτήρ. Καὶ πάλιν· ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐ μορφὴ θεοῦ γενόμενος, ἀλλ᾽ ὑπάρχων

* Hebr. I. 3.

* Philip. II. 6

* Ioh. I. 18.
I. Ep. I. 1.

* Colos. I. 15. ἐν θεοῦ μορφῇ. Καὶ ἑτέρωθι· * ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου· οὐκ εἶπεν, ὃς ἐγένετο εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, ἀλλ' ὃς ἐστίν.

ζʹ. Ἀπόδειξις ἐκ τῆς παλαιᾶς, ὅτι ἀΐδιος ὁ υἱός.

Οὕτω τῇ θεολογίᾳ πανταχοῦ συνέζευκται τὸ ἦν, καὶ τὸ ὤν, καὶ τὸ ὑπάρχων, καὶ τὸ ἐστίν· οὕτω τῷ μεγάλῳ Μωϋσῇ ἑαυτὸν
* Exod. III. 14. διαλεγόμενος προσηγόρευσεν· * ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Καὶ πάλιν· τάδε ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. Ὅτι δὲ τοῦ υἱοῦ ταῦτα τὰ ῥήματα, καὶ αὐτοὶ μὲν μαρτυροῦσι τῆς βλασφημίας οἱ πρόμαχοι, ἀχώρητον μὲν τὸν πατέρα λέγοντες, μεσίτην δὲ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς κτίσεως τὸν υἱὸν ἀποκαλοῦντες, καὶ φάσκοντες αὐτὸν τοῖς πατριάρχαις καὶ τοῖς προφήταις ὀφθῆναί τε καὶ διαλεχθῆναι· σαφῶς δὲ ἡμᾶς αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος διδάσκει διὰ Ἱερεμίου τοῦ προ-
* Hierem. XXXI. 31. φήτου * λέγων· ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέραις ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ τῆς Αἰγύπτου. Ζητήσωμεν τοίνυν τίς τὴν καινὴν ἔδωκε διαθήκην· ἢ δῆλον ἅπασιν ὡς ὁ δεσπότης Χριστὸς ταύτης ἐστὶ χορηγός; αὐτὸς γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγε-
* Matth. V. 21. λίοις βοᾷ· * ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐ φονεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσται
* v. 33. τῇ κρίσει· ἐρρέθη * τοῖς ἀρχαίοις οὐκ ἐπιορκήσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως· καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὁμοίως τίθησιν, ὅτι ἐρρέθη μὲν τόδε, ἐγὼ δὲ τοῦτο τοιῶσδε νομοθετῶ, οὐκ ἀνατρέπων τὸν κείμενον νόμον, ἀλλὰ τὴν νομοθεσίαν ἀκριβεστέραν ποιῶν, καὶ τῆς φυλακῆς τὸν τρόπον διδάσκων· τὴν νέαν τοίνυν διαθήκην ὁ δεσπότης ἡμῖν δέδωκε Χριστός· ὁ δὲ ταύτην παρεσχηκὼς, καὶ τὴν παλαιὰν μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς Αἰγύπτου δέδωκε τῷ Ἰσραήλ· ὁ δὲ ἐκείνην δεδωκὼς, καὶ τῆς αἰγυπτιακῆς δουλείας ἀπαλλάξας, αὐτὸς

dixit: forma Dei factus, sed cum esset in forma Dei. Et alibi: qui est imago Dei invisibilis. Non dixit: qui factus est imago Dei invisibilis, sed qui est.

VII. *Ex vetere testamento sempiternus demonstratur filius.*

Sic in sermone theologico copulantur semper ERAT, et CUM ESSET, et EXISTENS, et EST. Sic se ipsum Deus, cum magno Moyse loquens, appellavit. Et mox: haec dices filiis Israhelis, qui est misit me ad vos. Iam vero quod haec filii verba sint, testantur ipsi blasphemiae antesignani, qui patrem incomprehensibilem dicunt, filium autem inter patrem creaturamque medium appellant, aiuntque ipsum patriarchis et prophetis apparuisse cum iisque locutum. Manifeste vero nos ipse Deus Verbum docet per Hieremiam prophetam dicens: diebus illis, illoque tempore feriam cum Israhelis domo, et cum Iudae domo novum foedus, non iuxta foedus quod cum illorum parentibus pepigi, tempore quo manu mea captos ipsos de regione Aegypti reduxi. Quaeramus itaque, quis novum foedus tradiderit. Nonne omnibus patet, dominum nostrum Iesum Christum eius esse datorem? Ipse enim in sacris evangeliis clamat: dictum est antiquis, non occides; ego autem dico vobis, omnis qui iratus fratri suo temere fuerit, reus erit iudicio. Dictum est antiquis: non periurabis; ego autem dico vobis, nec iurare omnino. Et alia similiter ponit: dictum fuit quidem illud, ego autem hoc isthoc modo praecipio; haud sane existentem legem subvertens, sed perfectiorem legislationem faciens, eiusque observandae rationem docens. Novum igitur foedus dedit dominus nobis Christus. Qui autem hoc tradidit, idem vetus quoque post liberationem ex Aegypto dederat Israheli. Qui vero illud dederat, idem ut ex aegyptiaca servitute expediret, Moysem scilicet ad Pharaonem miserat. Idem

quoque dixit: haec dices filiis Israhelis: qui est misit me ad vos. Hoc et alibi propheta manifestum facit: hic est enim, inquit, Deus noster; neque aestimabitur alius adversus eum: adinvenit omnem viam disciplinae, et tradidit illam Iacobo puero suo, et Israheli dilecto suo. Post haec in terra visus est, et cum hominibus conversatus est.

A postremo itaque initium facientes, propheticum indagemus sensum. Quisnam in terra visus est, et cum hominibus conversatus? exploratum est, ut reor, cunctis modo mente praeditis, quod nempe Verbum Deus, qui naturam nostram adsumpsit, qui rapinam non est arbitratus esse se aequalem Deo, sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens. Hic ergo viam disciplinae tradidit Iacobo puero suo, et Israheli dilecto suo, veterem promulgans in deserto per Moysem legem. Qui vero legem illam tulit, ante quam eam traderet, cum Moyse loquens dixerat: haec dices filiis Israhelis, qui est misit me ad vos. Propterea propheta exclamavit: hic Deus noster est, non aestimabitur alius adversus eum. Quibus verbis, non tam eum minorem negat, quam incomparabilem affirmat. Animadvertite quomodo evangelicis dictis prophetica oracula consonent. Moyses ait QUI SUM; immo vero ipse Deus Verbum ait QUI SUM. Paulus autem saepe dicit QUI EST; dicit etiam EXISTIT; quae vocabula parem habent sensum. Similiter Iohannes theologus vocabulum QUI EST evangelicae scripturae multoties interserit; et ipsum quoque prohoemium huiusmodi vocabulis ornat, non semel aut iterum ac tertio, sed multoties praedicans ERAT.

ἀπέστειλε δηλονότι πρὸς Φαραὼ τὸν Μωϋσέα· αὐτὸς εἶπε· * τάδε ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς· τοῦτο δὲ καὶ ἑτέρωθι ὁ (1) προφήτης σαφὲς ποιεῖ· * οὗτος γάρ, φησίν, ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ᾽ αὐτοῦ· μετὰ ταῦτα ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη (2). * Exod. III. 14. * Baruc. III. 36.

Κάτωθεν τοίνυν ἀρξάμενοι, τὴν προφητικὴν ἐρευνήσωμεν ἔννοιαν· τίς ὁ ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθεὶς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφείς; εὔδηλον, ὡς οἶμαι, πᾶσι τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν ὡς ὁ θεὸς λόγος τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀναλαβὼν, ὁ μὴ ἁρπαγμὸν ἡγησάμενος τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ᾽ ἑαυτὸν κενώσας, καὶ μορφὴν δούλου λαβών· οὗτος τοίνυν τὴν ὁδὸν τῆς ἐπιστήμης ἔδωκεν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ᾽ αὐτοῦ, τὸν παλαιὸν διαγορεύσας ἐν τῇ ἐρήμῳ διὰ Μωϋσέως νόμον· ὁ δὲ τὸν νόμον ἐκεῖνον δεδωκὼς, πρὸ τοῦ δοῦναι τὸν νόμον, τῷ Μωϋσῇ διαλεγόμενος ἔφη· τάδε ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. Διὸ ὁ προφήτης ἐβόα· οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· μαρτυρῶν αὐτῷ, οὐ τὸ ἔλαττον, ἀλλὰ τὸ ἀσύγκριτον. Ὁρᾶτε πῶς ἔοικε τοῖς εὐαγγελικοῖς διδάγμασιν τὰ προφητικὰ κηρύγματα· Μωϋσῆς κηρύττει τὸ ὤν· μᾶλλον δὲ αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος περὶ ἑαυτοῦ λέγει τὸ ὤν· Παῦλος δὲ πολλάκις λέγει τὸ ὢν, προστίθησι δὲ καὶ τὸ ὑπάρχων, ταὐτὸν δυνάμενον τῷ ὤν· λέγει καὶ τὸ ἐστὶν, ἰσοδυναμοῦν ἐκείνοις κατὰ τὴν ἔννοιαν· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ θεολόγος Ἰωάννης πολλαχοῦ τὸ ὢν τῇ τῶν εὐαγγελίων πραγματείᾳ ἐνσπείρει, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ προοίμιον ταύταις ταῖς φωναῖς ἀγλαΐζει, οὐχ᾽ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, οὐδὲ τρὶς, ἀλλὰ πολλάκις κηρύττων τὸ ἦν.

(1) In codice interseritur mendose *αὐτὸς idem.*

(2) Hunc Baruchi textum intelligit de Iesu Christo etiam auctor arianus in comm. ad Luc. V. 3. Script. vet. T. III. part. 2. p. 207.

η'. Ὅτι τὰ μὲν ἁρμόττει τῷ θεῷ λόγῳ, τὰ δὲ τῇ ἀναληφθείσῃ φύσει.

Τῶν κηρύκων δὲ τῆς ἀληθείας τοιαῦτα διδασκόντων, τίς οὕτως ἄγαν θρασὺς καὶ αὐθάδης, ὡς ἀντὶ μὲν τοῦ ἦν, τὸ οὐκ ἦν εἰπεῖν (1); ἀντὶ δὲ τοῦ ὢν καὶ ὑπάρχων, κτίσμα προσαγορεῦσαι τὸν ἐκ πατρὸς μὲν ἀχρόνως καὶ ἀπαθῶς γεννηθέντα, ἐν δὲ τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς ἱδρυμένον; ὁ γὰρ ὢν οὐ κτίζεται, ὁ ὑπάρχων οὐ δημιουργεῖται· τὸ γὰρ ἐγένετο, καὶ τὸ ἔλαβε, καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὐ θεολογοῦντες, ἀλλὰ τὴν οἰκονομίαν κηρύττοντες ἔλεγον οἱ τὰ τῆς θεογνωσίας ἐγχειρισθέντες μυστήρια· καὶ
* Ioh. I. 14. πρῶτος μὲν ὁ μακάριος Ἰωάννης *, καὶ ὁ λόγος, ἔφη, σὰρξ ἐγένετο· εἰπὼν τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ πολλάκις τὸ ἦν ἐπὶ τῆς θεότητος δεδωκὼς, εἰς τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως οἰκονομίαν ἐλθὼν, ἀναγκαίως τὸ ἐγένετο τέθεικεν· οὐ γὰρ ἦν ἀεὶ ἡ ἐξ ἡμῶν ληφθεῖσα ὑπὸ τοῦ θεοῦ λόγου ἀπαρχὴ, ἀλλὰ πρὸς τῷ τέλει τῶν αἰώνων ἐγένετο τε καὶ ἀνελήφθη ὑπὸ τοῦ θεοῦ λόγου· τοῦτο ποιεῖ καὶ ὁ μακάριος
* Philip. II. 6. Παῦλος· * εἰπὼν γὰρ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, καὶ προσθεὶς τὸ οὐχ' ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἐπήγαγε τὸ ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών· τῇ μορφῇ τοῦ δούλου τὸ λαβὼν προσαρμόσας, τῇ δὲ μορφῇ τοῦ θεοῦ τὸ ὑπάρχων συζεύξας· οὐκοῦν ἡ τοῦ θεοῦ μορφὴ προϋπάρχουσα, μᾶλλον δὲ ἀεὶ ὑπάρχουσα, ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφήν· οὐ τοίνυν κτίσμα, οὐδὲ ποίημα, οὐδὲ ἐξ οὐκ ὄντων ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθεὶς ἀεὶ τῷ πατρὶ σύνεστι, καὶ τὴν μετὰ πατρὸς παρὰ τῶν εὐγνωμόνων προσκύνησιν δέχεται.

VIII. *Quod alia conveniunt Deo Verbo, alia adsumptae naturae.*

18. Audin manifeste Deum Verbum hominis appellatione, propter suam cum carne adunationem, nominatum? Nam quis alius de caelo descendisse putandus est? Noli itaque diutius scandalum pati, cum is ait: « nunc me quaeritis occidere, hominem qui veritatem vobis dixi: » sed incarnationis mysterium reputans, pie dictum admitte. Namque his verbis, unionis potissimum dispensatio monstratur: et quod, etiamsi homo appelletur, non tamen absque divinitate seorsum per se homo nuncupatur. Quis enim ausit dicere hominem, qui qualia supradicta sunt effecturus sit? Futurum videlicet de caelo adventum eius, iustumque de omnibus faciendum iudicium. Cum praesertim sacer psalmista David canat: « te decet hymnus, Deus, in Sione; et tibi offeretur oratio in Hierusalem. » Audi orationem: « ad te omnis caro veniet. » Quid enim hoc aliud est, quam quod filium hominis facturum esse didicimus? « Tunc enim, inquit, sedebit in throno gloriae suae, et congregabuntur coram ipso omnes gentes. » Viden, quomodo quum David Deo dixerit: « ad te omnis caro veniet » rem hanc in filio hominis exitum habituram demonstratum sit? Deus est igitur humanatus quem Maria peperit, divinis nobis scripturis rem hanc argumentorum multitudine evidenter ostendentibus. Deipara autem omnino est ipsa quoque egregia Virgo, quantumvis isti nolint. Nam si homo fuisset qui ex ipsa prodiit Iesus Christus, quomodo Paulus in epistola ad Galatas scripsisset: « Paulus apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum? » Plane patet non esse hominem tantummodo, sed Deum humanatum. Ne ergo his vocibus scandalizentur indocti, sed divini mysterii dispensationem discant, adorentque deinceps Christum et ipsi cum an-

gelis. « Quum enim, inquit, introducet primogenitum in mundum, dicit: et adorent eum angeli Dei. Et in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, et infernorum: et omnis lingua confiteatur, dominum Iesum Christum in gloria esse Dei patris. » Meminerint, Christum Iesum communi consensu dominum dictum, neque conturbentur, cum eum hominem secundum dispensationem vocatum audiunt.

19. Sic et aliae locutiones intelligendae sunt pro rei natae usu et dispensatione dictae, veluti etiam Petri illud apostoli effatum est. « Iesum enim nazarenum virum adprobatum a Deo inter vos » ait Iudaeos alloquens Petrus. Oportet enim ab eo, qui divinis litteris utitur, et personas spectari, et tempus, et quam ob causam quodvis dicatur, reputari. Sic enim singulis dictis convenientem accommodare sensum quispiam cum Spiritus gratia poterit. Quia igitur hanc quoque locutionem illi ad suae irreligiositatis confirmationem obiiciunt, videamus quidnam Petrus iuxta dispensationis regulas significare volens, ita locutus sit. Immo vero ab eo quaeramus ut nos doceat, quaenam eum causa ad id dictum impulerit. Quid ais, o beate? Hominem praedicas Christum, atque ut huic credamus suades, ut creaturam adorare nos doceas? Atqui alius apostolus increpat eos, qui creaturae cultum volunt exhibere. Praeterea quomodo ipse a Christo interrogatus, quemnam existimares esse filium hominis, respondisti: tu es filius Dei viventis? Siquidem ea tunc interrogatio iis qui non satis dispensationis mysterium noverant, fortasse aliquam huiusmodi cogitationem iniicere poterat, nempe ut eum hominem esse existimarent. Quemnam enim, ait, homines dicunt esse filium hominis? Tunc igitur quum audires ipsum esse filium hominis, Dei filium esse respondisti; nunc vero, post tot aliorum visam miraculorum potentiam, postquam beatae eius-

λοιπὸν τὸν Χριστὸν μετὰ τῶν ἀγγέλων καὶ αὐτοί· “ὅταν γάρ, φησὶν *, εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ· καὶ * ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων· * καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρός·” μνημονευέτωσαν Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον ὁμολογούμενον, καὶ μὴ ταραττέσθωσαν ὅταν ἄνθρωπον διὰ τὴν οἰκονομίαν ἀκούωσιν.

* Hebr. I. 6.
* Phil. II. 10.
* v. 11.

ιθʹ. Οὕτω νοείτωσαν καὶ τὰ διά τινα χρείαν ἢ οἰκονομίαν περὶ αὐτοῦ εἰρημένα· οἷόν ἐστιν καὶ τὸ ὑπὸ Πέτρου τοῦ ἀποστόλου λεγόμενον· * “Ἰησοῦν γάρ, φησιν, τὸν ναζωραῖον ἄνδρα ἀποδεδειγμένον ἀπὸ τοῦ θεοῦ εἰς ὑμᾶς” πρὸς ἰουδαίους διαλεγόμενος ὁ Πέτρος· χρὴ γὰρ τὸν τοῖς θείοις λόγοις ἐντυγχάνοντα, καὶ τὰ πρόσωπα θεωρεῖν, καὶ τὸν χρόνον, καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν ἕκαστον εἴρηται, λογίζεσθαι· οὕτω γὰρ ἑκάστῳ ῥητῷ τὴν πρέπουσαν ἐφαρμόσαι θεωρίαν τίς τῇ τοῦ πνεύματος δυνήσεται χάριτι· ἐπεὶ οὖν καὶ τοῦτο τὸ ῥητὸν ἐκεῖνοι πρὸς σύστασιν τῆς αὐτῶν δυσσεβείας προβάλλονται, εἴδωμεν τί δήποτε ὁ Πέτρος οἰκονομῆσαι βουλόμενος, οὕτω λελάληκεν· μᾶλλον δὲ αὐτὸν ἐπερωτήσωμεν τὴν αἰτίαν ἀγγεῖλαι ἡμῖν, δι᾽ ἣν οὕτω λέγειν προήχθη· τί φῄς, ὦ μακάριε; ἄνθρωπον κηρύττεις τὸν Χριστόν, καὶ τούτῳ πιστεύειν ἡμᾶς ἀναπείθεις, ἵνα κτίσματι λατρεύειν διδάξῃς; καὶ μὴν ἕτερος ἀπόστολος μέμφεται τοὺς τῇ κτίσει λατρεύειν ἐθέλοντας· * εἶτα πῶς αὐτὸς ἐρωτηθεὶς παρ᾽ αὐτοῦ, τίνα ἐνόμιζες εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀπεκρίθης, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος; καίτοι τότε ἡ πεῦσις τοῖς μὴ σφόδρα εἰδόσι τῆς οἰκονομίας τὸ μυστήριον, τάχα καί τινα τοιαύτην ἔννοιαν ἐμποιεῖν ἠδύνατο, λέγω δὴ τὸ ἄνθρωπον αὐτὸν νομίσαι· τίνα γάρ, ἔλεγεν, οἱ ἄνθρωποι λέγουσιν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου *; καὶ τότε μὲν υἱὸν ἀνθρώπου ἀκούων αὐτόν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ αὐτὸν εἶναι ἔλεγες; νῦν δὲ μετὰ τὸ ἄλλων πολλῶν σημείων θεάσασθαι δύναμιν, μετὰ τὸ καὶ τῆς μακαρίας αὐτοῦ ἀναστάσεως, καὶ τῆς εἰς

* Act. II. 22.
* Rom. I. 25.
* Matth. XVI. 15.

οὐρανὸν ἀνόδου ἐν πείρᾳ γενέσθαι, ἄνθρωπον αὐτὸν εἶναι λέγεις;

κ'. Καὶ μή τις οἰέσθω δύνασθαι καὶ τότε ὡς περὶ ἀνθρώπου λέγειν αὐτὸν, τὸ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὡς καὶ τῶν ἁγίων χρηματιζόντων υἱῶν θεοῦ· οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν σὺ υἱὸς θεοῦ εἶ, ἀλλὰ σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ· ἡ γὰρ τοῦ ἄρθρου προσθήκη (1) δείκνυσι τὸν ἕνα καὶ μόνον ἀληθεινὸν υἱὸν ὁμολογῆσαι τὸν Πέτρον· πρὸς ταῦτα δὲ τοιούτοις μονονουχὶ αὐτὸς ὁ μακάριος Πέτρος ἀπήντησεν ἂν ῥήμασιν· μὴ τοῦτο νομίσητέ με εἰρηκέναι, ὅτι περ ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς εἷς ἐστὶν ὁ Χριστός· οὐ τοῦτο ἐστὶν ὃ φημί· πρᾶγμα δέ τι οἰκονομῶ θαυμαστὸν, καὶ παράδοξον· καὶ ποῖον τοῦτο ἐστί; τῇ καθόδῳ τοῦ πνεύματος περιηχηθεὶς τῶν Ἰουδαίων ὁ δῆμος *, συνέδραμεν πρὸς ἡμᾶς· εὑρὼν οὖν καιρὸν ἁλείας ἀνθρώπων εἶναι τότε, εἶτα φανερῶς αὐτοῖς καὶ ἀπ' εὐθείας οὐ δυνάμενος τὸν Χριστὸν θεὸν ἀνακηρύττειν, ἐπείπερ αὐτὸν πρὸ ὀλίγου σταυρώσαντες ἦσαν, καὶ βαρὺ αὐτοῖς διὰ τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἐφαίνετο, κρύπτω τὸ ἄγκιστρον τοῦ λόγου, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἰχθύων τῇ τροφῇ, τοῖς ταπεινωτέροις τούτοις ῥήμασι, καὶ τὸν Ἰησοῦν ναζωραῖον ὀνομάζω, καὶ ἐσταυρωμένον, καὶ ὅτι ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ οὕτω κεκαλυμμένως εἰσφέρω καὶ τὴν θεολογίαν αὐτοῦ, καὶ ταύτην μετά τινος τέχνης· τοῦ γὰρ Δαβὶδ αὐτοῦ ὑπομιμνήσκω λόγους, ἐπείπερ τὰ ἐκείνου μᾶλλον ἀνυπόπτως ἐδέχοντο, καὶ δι' ἐκείνων πάλιν τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει τὸ πᾶν ἀνατίθημι, ἵνα οὕτω κατὰ μικρὸν αὐτοὺς καταδέξασθαι ποιήσω τὸ σωτήριον κήρυγμα· οὗ δὴ γενομένου, καὶ εἰς κατάνυξιν ἐλθόντων αὐτῶν, φανερώτερόν πως αὐτὸν λοιπὸν θεὸν ἐπιδείξω διὰ τῆς τοῦ βαπτίσματος τούτου εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ προστάξεως, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν αὐτοῖς τούτου χαρίζεσθαι δυναμένου διδάξας.

* Act. II. 6. seq.

κα'. Καὶ ὅρα σύνεσιν ἀποστολικήν· « Ἰησοῦν φησὶν τὸν ναζωραῖον, ἄνδρα ἀποδεδειγμένον ἀπὸ τοῦ θεοῦ εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι

dem resurrectionis et in caelum reditus testis fuisti, hominem ipsum dicis?

20. Nec quisquam existimet, tunc etiam tamquam de homine potuisse de illo dicere, tu es Christus qui es filius Dei viventis, quandoquidem sancti quoque homines filii Dei sunt. Non enim simpliciter dixit, tu es filius Dei; sed tu es, qui filius Dei es. Namque articuli (graeci) adiectio unum demonstrat unicumque verum filium confessione Petri denotari. Huic demum obiectioni ipse beatus Petrus his fere verbis mihi videtur occurrere. Ne me ita locutum putetis, quasi unus de vobis sit homo Christus. Haud id equidem dico, sed rem miram et insperatam prudente sermone revelo. Quaenam vero haec est? Spiritûs descendentis fragore audito, Iudaeorum populus ad nos accurrit. Ergo idoneum piscandi homines tempus nactus, neque tamen valens manifesto directoque sermone Christum Deum praedicare, quia illi scilicet paulo ante hunc crucifixerant, molestumque illis huiusmodi negotium accidisset, celo inquit sermonis hamum, sicuti fit obiecta piscibus esca, sub horum verborum humilitate, et Iesum nazarenum nomino atque crucifixum, et quod Deus ipsum e mortuis suscitaverit; atque ita non sine velamine ingero nec sine arte quadam theologicam illius notitiam. Etenim Davidis verba in mentem ipsis revoco, quoniam viri illius potius oracula sine suspicione admittebant; perque ea mox omnia Dei virtuti attribuo, ut sic paulatim Iudaeos faciam salutarem doctrinam recipere: quo facto, iisque ad compunctionem conversis, manifestius deinde Deum ipsum demonstro per huius baptismi in eius nomine conferendi indictionem, docens simul vi huius fieri peccatorum remissionem.

21. Porro animadverte apostolicam prudentiam. « Iesum dicit nazarenum, virum adprobatum a Deo inter vos virtutibus et

(1) Hanc significativam vim habet hoc loco graecus articulus ὁ.

prodigiis atque signis, quae per eum fecit Deus in medio vestri. » Et a Deo adprobatum dicit, et Deum haec per illum egisse, ut patre nominato persuaderet illis quo ipsum quoque Iesum atque eius opera admitterent, ceu illo, id est patre, haec agente per filium: quae fecit, ait, per ipsum Deus. Deinde memorata cruce, resurrectionem quoque in medium adducit, et hanc item tamquam a patre effectam; ut resurrectionis causa, crucem quoque ab iis admitti curaret. Deinceps vero clam veluti, ipsius theologicam notitiam insinuat. Nam quum dixisset, quem Deus suscitavit solutis mortis doloribus, addit: quia impossibile erat hunc ab illa teneri. Ecce haud iam diutius tamquam de homine loquitur. Nam si homo fuisset, prorsus a morte retineri poterat. Sed hoc dicto, confugit statim ad propheticum testimonium, ut iam non ab ipso sed a propheta potius audientes, promptius dicta exciperent. Aitque: « David enim dicit de eo: providebam Dominum coram me semper » et reliqua. Animadverte quanto artificio sermonem de Domino apud eos facit. Deinde testimonio absoluto, rursus illorum cogitationes compescens, quia apertiore theologia de Iesu locutus fuerat, ad patrem denuo transfert sermonem, aitque: « certo igitur sciat universa Israhelis domus, quod et dominum et Christum Deus fecerit hunc quem vos crucifixistis Iesum. » Illis vero postea rogantibus quid factu opus esset; baptizari eos iussit in nomine illius, et peccatorum remissionem per eundem recipere; remissione videlicet peccatorum auctoritatem eis Christi suadens; verbis autem « Deus fecit » illorum contradictionem excludens.

22. Quod autem haud novum dominum nobis pater effecerit, neminem sana mente praeditum negaturum puto. Non enim, ut quidam insipienter dictum hoc de filii divinitate intelligunt, ita locutus est: neque de filii existentia loqui aposto-

καὶ τέρασι καὶ σημείοις, οἷς ἐποίησεν δι᾽ αὐτοῦ ὁ θεὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν· „ καὶ ἀπὸ θεοῦ ἀποδεδειγμένον λέγει, καὶ τὸν θεὸν ταῦτα δι᾽ αὐτοῦ ἐνεργήσαντα, ἵνα τῇ τοῦ πατρὸς προσηγορίᾳ πείσῃ αὐτοὺς, καὶ αὐτὸν τὸν Ἰησοῦν καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ καταδέξασθαι, ὡς ἐκείνου δι᾽ αὐτοῦ ταῦτα ποιοῦντος, λέγω δὴ τοῦ πατρός· οἷς ἐποίησεν γάρ, φησιν, δι᾽ αὐτοῦ ὁ θεός· εἶτα τοῦ σταυροῦ μνημονεύσας, καὶ τὴν ἀνάστασιν εἰσφέρει, καὶ ταύτην ὡς παρὰ τοῦ πατρὸς πάλιν γεγενημένην, ἵνα διὰ τούτου πάλιν καὶ αὐτὴν αὐτοὺς καταδέξασθαι ποιήσῃ· καὶ λοιπὸν ὥσπερ κεκαλυμμένως αὐτοῖς καὶ τὴν θεολογίαν εἰσφέρει· εἰρηκὼς γὰρ, ὃν ὁ θεὸς ἀνέστησεν λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου *, ἐπάγει· καθ᾽ ὅτι οὐκ * Act. II. 24.
ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ· οὐκέτι λοιπὸν ὡς περὶ ἀνθρώπου τοῦτο· εἰ γὰρ ἄνθρωπος ἦν, πάντως ὅτι καὶ κρατεῖσθαι ἠδύνατο ὑπὸ τοῦ θανάτου· ἀλλὰ τοῦτο εἰρηκὼς, καταφεύγει ταχέως ἐπὶ τὴν προφητικὴν μαρτυρίαν, ἵνα μηκέτι ὡς παρ᾽ αὐτοῦ, ἀλλὰ ὡς παρὰ τοῦ προφήτου μᾶλλον ἀκούοντες, προθυμότερον δέξωνται τὸ λεγόμενον· καὶ φησίν· * “ Δαβὶδ * v. 25
γὰρ λέγει εἰς αὐτόν· προορώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντός· „ καὶ τὰ ἑξῆς. Ὅρα μεθ᾽ ὅσης τέχνης αὐτοῖς τὴν κυριολογίαν εἰσήγαγεν· εἶτα τὴν μαρτυρίαν πληρώσας, πάλιν αὐτῶν ὥσπερ τὸν λογισμὸν καταστέλλων, ἐπειδήπερ φανερώτερον αὐτὸν ἐθεολόγει, ἐπὶ τὴν τοῦ πατρὸς πάλιν κατατρέχει προσηγορίαν, καὶ φησίν· * “ ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶ- * v. 36.
κος Ἰσραὴλ, ὅτι καὶ κύριον καὶ Χριστὸν ὁ θεὸς ἐποίησε τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε· * „ καὶ αἰτησάντων αὐτῶν λοιπὸν ἐκεί- * v. 37.
νων, τί ποιῆσαι ὤφειλον *, βαπτισθῆναι * v. 38.
αὐτοῖς προσέταξεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν διὰ τούτου λαμβάνειν· τῇ τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσει, τὴν κυριότητα αὐτοὺς ἐννοῆσαι ποιῶν· διὰ δὲ τοῦ λέγειν, ὁ θεὸς ἐποίησεν, τὴν ἐκείνων ἀποκλείων ἐναντιολογίαν.

κβʹ. Ὅτι γὰρ πρόσφατον ἡμῖν κύριον ὁ πατὴρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδένα οἶμαι τῶν εὖ φρονούντων ἀντερεῖν· καὶ γὰρ οὐκ ὥς τινες ἀνοήτως εἰς τὴν τοῦ υἱοῦ θεότητα τὸ ῥητὸν ἐκλαμβάνουσιν, οὕτως εἴρηκεν· οὐ γὰρ περὶ τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ σκοπὸς ἦν τῷ ἀποστόλῳ

διαλέγεσθαι, ἀλλὰ περὶ τῆς μετὰ τὴν ἀνάστασιν δόξης· τὸ οὖν κύριον αὐτὸν ἐποίησεν, ἀντὶ τοῦ κυριότητα καὶ Χριστοῦ δόξαν αὐτῷ δέδωκεν· οὐχ᾽ ὅτι δόξαν ἐπίκτητον ἔλαβεν ὁ υἱὸς, ἀλλ᾽ ἐκείνοις διὰ τὴν προειρημένην οἰκονομίαν οὕτως διαλεγόμενος, ὅτι οὕτω πιστεύειν εἰς αὐτὸν ὀφείλετε, ὡς Χριστῷ καὶ κυρίῳ προσιόντες· ὅτι γὰρ οὐκ ἄνθρωπος καθ᾽ ἡμᾶς γεγεννημένος χωρὶς τῆς τοῦ λόγου ἑνώσεως Ἰησοῦς ὁ ναζωραῖος, ὁ τὸ ἴδιον ὑπὲρ ἡμῶν αἷμα ἐκχεῖσθαι καταδεξάμενος, ἄκουε σαφῶς τοῦ ἀποστόλου Παύλου τοῖς Ἐφεσίων διδασκάλοις τοῦτο φανερῶς καθιστῶντος· * "προσέχετε γάρ, φησι, ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους, ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ αἵματος τοῦ ἰδίου·" ἀκούεις θεὸν φανερῶς ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου τὸν ἐσταυρωμένον κηρυττόμενον; ποιμαίνειν γάρ φησιν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ αἵματος τοῦ ἰδίου· οὐχ᾽ ὅτι τῇ φύσει τῆς θεότητος ἔπασχεν, ἀλλ᾽ ὅτι τὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ πάθη εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται, διὰ τὸ μὴ ἀνθρώπου τινὸς εἶναι ταύτην, ἀλλ᾽ αὐτοῦ τοῦ λόγου ἰδίαν σάρκα· εἰ τοίνυν θεοῦ αἷμα τὸ αἷμα λέγεται, δῆλον ὡς θεὸς ἦν σάρκα περικείμενος.

* Act. XX. 28.

κγ΄. Εἰ δὲ ἐπιμένοιεν λέγοντες, ποῦ τῆς γραφῆς θεοτόκος ἡ παρθένος ὠνόμασται; ἀκουέτωσαν σαφῶς τοῦτο τοῦ ἀγγέλου τοῖς ποιμέσιν εὐαγγελιζομένου, καὶ λέγοντος *, "ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ, ὅς ἐστιν Χριστὸς κύριος·" οὐ λέγει δὲ ὃς ἔσται κύριος, ἢ ἐν ᾧ ὁ κύριος ἐνοικήσειν μέλλει, ἀλλ᾽ ὅς ἐστιν κύριος· ἰδοὺ τοίνυν κύριον φανερῶς τὸν τεχθέντα ὁ ἄγγελος εὐαγγελίζεται· εἶτα καὶ σημεῖον ὥσπερ αὐτοῖς τῆς τοῦ κυρίου θέας παρεχόμενος "εὑρήσετε, φησὶν *, βρέφος ἐσπαργανωμένον, καὶ κείμενον ἐν φάτνῃ." Παραπλήσιά τε τῷ ἀγγέλῳ καὶ ὁ Πέτρος κηρύττων, ὅτε πρὸς τὸν Κορνήλιον εἰσῆλθεν ἔλεγεν· * "τὸν λόγον ἀπέστειλεν τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὗτός ἐστι κύριος πάντων." Ὁρᾷς πῶς τὸν λόγον, ἀντὶ τοῦ τὸ σωτήριον κήρυγμα διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπεστάλθαι φησί; καὶ δεικνὺς

* Luc. II. 11.
* v. 12.
* Act. X. 36.

lus sibi proposuit, sed de eius post resurrectionem gloria. Ergo verba « dominum eum fecit » dicuntur pro « dominatum et Christi gloriam ipsi attribuit: » non quod adquisitam gloriam filius acceperit, sed Iudaeis secundum praedictam dispensationem ita loquitur, quia sic credere ei deberent, ut Christi ac domini iam facti adseclae. Quod enim non homo more nostro genitus, sine Verbi unione, Iesus nazarenus sit, qui pro nobis sanguinem suum fundere non recusavit, audi manifeste apostolum Paulum coram Ephesiorum magistris palam adfirmantem: « attendite, inquit, vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. » Audin Deum manifeste ab apostolo crucifixum praedicari? Regere enim mandat ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Non quod in natura deitatis sit passus, sed quia carnis passiones ad ipsum referuntur, propterea quod non hominis cuiusdam haec sit caro, sed ipsius Verbi propria. Si ergo sanguis Dei, dicitur sanguis, Deum illum fuisse, qui sibi carnem induit, exploratum est.

23. Iam si dicere pergant, quonam scripturae loco Virgo appelletur deipara; audiant hoc perspicue nunciantem pastoribus angelum, dicentemque: « quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus dominus. » Non dicit qui erit Dominus, vel in quo Dominus habitaturus sit, sed qui est Dominus. En igitur Dominum manifeste eum, qui natus erat, angelus nunciat. Deinde tamquam signum spectandi mox Domini ipsis exhibens « invenietis, inquit, infantulum fasciis involutum et in praesepi positum. » Paria angelo Petrus quoque praedicans, cum ad Cornelium accessit, aiebat: « verbum misit filiis Israhelis, pacem nuncians per Christum Iesum. Hic est omnium dominus. » Cernis quomodo verbum, pro salutari praedicatione, per Iesum Christum missum fuisse dicit?

Demonstransque illis, quisnam esse Iesus Christus « hic est, ait, omnium dominus. » Viden infantulum tum ab angelo tum a Petro dominum *dici?* Ergo deipara omnino est quae dominum peperit. Sic ipsam etiam beati Baptistae mater, Spiritu sancto permota, appellavit. « Repleta est enim, inquit scriptura, Elisabet Spiritu sancto, et exclamavit: benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui! Et unde hoc mihi, ut mater Domini mei veniat ad me? » Quis iam adeo insaniat, ut nolit cum evangeliis deiparam appellare sanctam Virginem? Ne ergo simpliciorum auribus sint molesti, dum puerum et infantulum vocitant, ne forte paulatim universum quoque eius adventum pernegent. Nominatus est enim infantulus ab angelo, sed simul dominus.

24. Neque hoc loco rursus obmurmurent, passionem obiicientes et resurrectionem, et quod Deus illum suscitaverit; iam enim in praecedentibus demonstrata fuit dispensationis ratio. Attamen si forte velint evidentius adhuc discere, quis esset ille crucifixus, audiant mundi doctorem, id Corinthiis scribentem: « ego enim, inquit, accepi a Domino, et vobis tradidi, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem » et reliqua. Cernis eum qui pro nobis passus est, dominum palam praedicatum? Quod si verbà « Deus ipsum e mortuis suscitavit » offendiculo hominibus sunt, utpote de homine dicta, ipsum adhuc audiant apostolum hanc quoque suspicionem perimentem. Secundum enim dispensationis rationem haec in sanctis dicta sunt scripturis. Nam quod dominus esset, is qui in carne passus est et resurrexit, et non, ut isti aiunt, homo habens Verbum inhabitans, audiant Paulum Romanis ita de Abrahamo confidenter scribentem: « non eius causa tantummodo scripta sunt haec, sed etiam propter nos, quibus reputabuntur credentibus in eum, qui Iesum dominum nostrum e mortuis susci-

αὐτοῖς τίς εἴη Ἰησοῦς Χριστὸς “ οὗτός ἐστιν, ἔφη, πάντων κύριος· „ ὁρᾷς τὸ βρέφος, κύριον ὂν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου, καὶ ὑπὸ τοῦ Πέτρου *; — * ita uterque codex sine verbo.
οὐκοῦν θεοτόκος ἀναμφιβόλως ἡ τὸν κύριον γεννήσασα. Οὕτως αὐτὴν καὶ ἡ τοῦ μακαρίου Βαπτιστοῦ μήτηρ ὑπὸ πνεύματος ἁγίου κινουμένη προσηγόρευσεν· * “ ἐπλήσθη γάρ, φη- — * Luc. I. 41
σιν *, ἡ Ἐλισάβετ πνεύματος ἁγίου, καὶ ἀνε- — * v. 42
βόησεν· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου· * καὶ πόθεν — * v. 43
μοι τοῦτο, ἵνα ἡ μήτηρ τοῦ κυρίου μου ἔλθῃ πρός με; „ Τίς ἐπὶ τοσοῦτον μέμηνεν, ὡς μὴ βούλεσθαι μετὰ τῶν εὐαγγελίων θεοτόκον ἀποκαλεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον; μὴ τοίνυν τῶν ἀκεραιοτέρων τὰς ἀκοὰς θορυβείτωσαν, παιδίον καὶ βρέφος ὀνομάζοντες, ἵνα μὴ κατ᾽ ὀλίγον καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἐπιδημίαν ἀρνήσωνται· ὠνόμασται γὰρ βρέφος ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου, ἀλλ᾽ ἅμα καὶ κύριος.

κδ΄. Μηδ᾽ ἐν τούτῳ δὲ πάλιν ψιθυριζέτωσαν τὸ πάθος προβαλλόμενοι, καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ ὅτι θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν· ἤδη μὲν γὰρ καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἀποδέδεικται τῆς οἰκονομίας ὁ λόγος. Πλὴν εἰ καὶ φανερώτερον μανθάνειν βούλονται, τίς ὁ ἐσταυρωμένος ὑπῆρχεν, ἀκουέτωσαν τοῦ τῆς οἰκουμένης διδασκάλου, τοῦτο Κορινθίοις ἐπιστέλλοντος· * “ ἐγὼ γάρ, φησι, — * I. Cor. XI. 23
παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, καὶ παρέδωκα ὑμῖν, ὅτι ὁ κύριος Ἰησοῦς τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον „ καὶ τὰ ἑξῆς· θεωρεῖς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν παθόντα, κύριον φανερῶς κηρυττόμενον; εἰ δὲ καὶ τὸ *, ὁ θεὸς — * Act. II. 24.
αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σκανδαλίζει τοὺς ἀνθρώπους, ὡς περὶ ἀνθρώπου λεγόμενον, αὐτοῦ πάλιν τοῦ ἀποστόλου καὶ ταύτην ἀκουέτωσαν ἀναιροῦντος τὴν ὑπόνοιαν· οἰκονομικῶς γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐν ταῖς ἁγίαις εἴρηται γραφαῖς· ὅτι γὰρ κύριος ἦν ὁ τῇ σαρκὶ καὶ πάσχων καὶ ἀνιστάμενος, καὶ οὐχ᾽ ὡς αὐτοὶ φασὶν ἄνθρωπος ἐνοίκησιν ἔχων τοῦ λόγου, ἀκουέτωσαν τοῦ Παύλου Ῥωμαίοις οὕτω παῤῥησίᾳ γράφοντος περὶ τοῦ Ἀβραάμ· “ * οὐκ ἐγράφη δι᾽ αὐτὸν μόνον *, ἀλλὰ — * Rom. IV. 23 * v. 24.
καὶ δι᾽ ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν

κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν. „ Ἤκουσας τὸν ἐγειρόμενον, κύριον προσαγορευόμενον; μηκέτι σκανδαλίζου ἐπὶ τοῖς οἰκονομικῶς λεγομένοις.

κε'. Καὶ τοῦτο δὲ τοῖς εἰρημένοις προσθεῖναι ἀναγκαῖον ὑπάρχει, ἵνα μή τις ὑπολάβῃ χάριτι καὶ αὐτὸν, καθάπερ ἡμᾶς, θεὸν καὶ κύριον καὶ υἱὸν προσαγορευόμενον· ἡμεῖς μὲν γὰρ εἰ καὶ καλούμεθα θεοὶ, ἀλλὰ πάλιν ἀκούομεν καὶ τῆς ἀσθενείας ἡμῶν τὸ
Ps. LXXXI. 6. μέτρον· * " ἐγὼ γὰρ εἶπα, φησὶ, θεοί ἐστε, καὶ
* v. 7. υἱοὶ ὑψίστου. „ ἀλλ' εὐθέως ἐπάγει· * " ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε· „ καὶ δῆλον ὡς τὴν προσηγορίαν κατὰ χάριν ἐσχήκαμεν· αὐτὸς δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μετὰ τῆς θεοπρεποῦς δόξης, καὶ τὴν προσηγορίαν ἔχει· καλεῖται γὰρ οὐχ ἁπλῶς θεὸς, ἀλλὰ θεὸς ἐπὶ πάντων,
* Rom. IX. 5. καὶ εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας· * καλεῖται δὲ πάλιν καὶ κύριος οὐκ ὀνόματι μόνον, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ κύριος τῆς δόξης, καὶ κύριος
* Act. X. 36. πάντων, ὡς ὁ Πέτρος ἐδίδαξεν· * λεγόμενος δὲ καὶ υἱὸς, οὐδὲ τοῦτο καθάπερ ἡμεῖς ἁπλῶς υἱὸς, ἀλλὰ υἱὸς μόνος, καὶ ἀληθι-
* I. Ioh. V. 20. νὸς κατ' οὐσίαν, ὡς φησὶν Ἰωάννης· * " καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ θεῷ, καὶ ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ· οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος. „ Φανερώτερον δὲ τοῦτον ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἀπὸ τῶν πολλῶν διορίζει ὡς μόνον καὶ κατὰ ἀλήθειαν υἱόν· λέγει γὰρ
* I. Cor. VIII. 5. οὕτως· * " καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶν λεγόμενοι θεοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς, ὥσπερ εἰσὶν θεοὶ πολλοὶ καὶ κύριοι πολλοὶ λεγό-
* ita codex uterque. * v. 6. μενοι „ πάλιν ἵνα * νοῇς " * ἀλλ' ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα· „ ὁρᾷς ὡς οὐ μετὰ πάντων αὐτὸς κύριος ἢ θεὸς ὀνομάζεται, ἀλλὰ μόνος τῷ πατρὶ συνδοξάζεται, ὡς ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχων;

κϛ'. Καιρὸς δὲ λοιπὸν, καὶ τὴν ἑτέραν τοῦ ἀποστόλου μαρτυρίαν εἰς μέσον παραγαγεῖν,
* θεὸν abest ab uno e codicibus. * cod. uterque δεικνύς. τοῦτον τὸν ἀληθινὸν θεὸν * υἱὸν δεικνῦσαν * ἄνθρωπον εἶναι τὸν ἐκ τῆς καλλιπαρθένου τεχ-
* Gal. IV. 4. θέντα· ἔχει δὲ οὕτως· * " ὅτε δὲ ἦλθεν τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικός· „ μηδεὶς δὲ τοῦτο λέγειν ἐρυθριάτω· οὐδεμίαν γὰρ

tavit. » Audisti eum qui suscitatus fuit, dominum appellatum? Ne ergo quae secundum dispensationem sunt dicta, scandalo tibi sint.

25. Sed et aliud praedictis necessario adiiciendum est, ne quis suspicetur, ipsum gratiose, sicut nobis usuvenit, et Deum fuisse appellatum et dominum atque filium. Nos quippe etiamsi dii appellemur, nihilo tamen minus infirmitatis simul nostrae modulum sentimus. « Ego enim dixi, inquit psalmista, dii estis et Altissimi filii. » Sed protinus addit: « vos autem ut homines mortem patimini. » Certe constat hac nos appellatione nonnisi per gratiam frui. Non sic ipse, sed cum digna Deo gloria, nomen quoque gerit. Vocatur non simpliciter Deus, sed super omnia Deus, et benedictus in saecula. Vocatur item dominus, non nomine tenus, ut nos, sed gloriae dominus, dominusque omnium, ut Petrus docuit. Dicitur etiam filius; at ne hoc quidem ut nos simpliciter, sed unicus filius, et substantialiter verus, ut ait Iohannes: « et sumus in vero Deo, et in filio eius. Hic verus Deus est, et vita aeterna. » Manifestius autem hunc apostolus Paulus a multis discernit, utpote solum et vere filium. Ait enim sic: « nam etsi sunt qui dicuntur dii, sive in caelo, sive super terram, siculi revera sunt dii multi, et multi qui dicuntur domini; » subdit ut intelligas: « nobis tamen unus Deus pater ex quo omnia, et unus dominus Iesus Christus per quem omnia. » Cernis, quod non cum omnibus ipse dominus vel Deus nominatur, sed unus cum patre glorificatur, tamquam ex ipso naturaliter existens?

26. Superest, ut aliud apostoli testimonium in medium proferamus, quod hunc verum Deum filium ostendit esse hominem, quem egregia peperit Virgo. Ita vero se habet: « cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. » Neminem porro hoc dicere pudeat; nulla enim hinc iniuria Verbo fit, benignitas vero

potius patescit, et gloria infinita atque immensurabilis. Nam quod nihil inde Verbum detrimenti capiat, quum sit intangibile suapte natura, impassibile, et incircumscriptum, sed ineffabili sua erga homines bonitate id effecerit, audi rursus Paulum hoc docentem. « Iesus Christus, inquit, heri et hodie, idem et in saecula. » Cum dicit « heri » sempiternam eius dicit gloriam. « Hodie » vero praesens tempus significat. Et quia numquam mutatus est, idemque mansit etiam caro factus, eritque in aeternum, addidit « idem et in saecula. » Quae quum ita sint, magna oppido benignitate caritatem erga nos suam demonstravit, seque communicavit naturae nostrae, ut eam relevaret, atque a diaboli servitute subduceret. Neminem ergo pudeat, cum puerum dici audit et infantulum, et quicquid aliud humanitus de illo scriptum est. Cuncta enim haud sui sed nostri causa sustinuit; quod humanam naturam decet, ubique conservans, ne forte phantasiae instar divina dispensatio existimaretur.

27. Igitur quum audieris susceptum eum a beato Iosepho in Aegyptum fugisse, ne quaeso ignominiam id esse putes, sed potius cogita dispensationem. Hoc enim non tunc tantummodo de eo scriptum est, sed etiam cum trigesimo aetatis anno praedicare coepit et docere, ac miraculorum virtutes patrare, iterum haec de eo scripta comperimus. « Audiens enim, inquit, Iohannem fuisse traditum, secessit in Galilaeam. » Et alia huiusmodi deprehendere est. Verum haec haud metu, neque tunc neque postea fecit, sed quia tempus idoneum expectabat salutari passioni. Oportebat enim primo inclarescere praedicationem, et omnia quae decreverat fieri; ac tum demum ad salutarem passionem venire; quod et reapse accidit. Quod autem non consternatione animi aut pavore ita se gesserit, constat ex his quae fecit, cum tradi se noluit: nam Iudaeis dare eum praecipitem tunc volentibus, « ipse, inquit evan-

ὕβριν τοῦτο τῷ λόγῳ φέρει, φιλανθρωπίαν δὲ μᾶλλον, καὶ δόξαν διὰ τοῦτο ἄπειρον καὶ ἀμέτρητον. Ὅτι γὰρ οὐδὲν ἐκ τούτου ὁ λόγος ἐβλάπτετο, ἄψαυστος ὑπάρχων τὴν φύσιν καὶ ἀπαθὴς καὶ ἀπερίγραφος, ἀῤῥήτῳ δὲ φιλανθρωπίᾳ τὸ πρᾶγμα διήνυσεν, ἄκουε πάλιν αὐτοῦ τοῦ Παύλου τοῦτο διδάσκοντος· * « Ἰησοῦς Χριστὸς, φησὶν, χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· » [* Hebr. XIII. 8] τὸ γὰρ χθὲς λέγων, τὴν προαιώνιον αὐτοῦ σημαίνει δόξαν· τὸ δὲ σήμερον, ἐνεστῶτος καιροῦ ποιεῖται σημαντικόν· καὶ ὅτι οὐκ ἐτράπη, ἀλλ' ὅτι ὁ αὐτὸς ἔμεινεν καὶ ἐν σαρκὶ γενόμενος, καὶ ἔσται εἰς τοὺς αἰῶνας, ἐπήγαγεν ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· ὅτε τοίνυν ταῦτα οὕτως ἔχει, φιλανθρωπίᾳ μεγάλῃ τὴν εἰς ἡμᾶς ἀγάπην ἐνεδείξατο, καὶ κεκοινώνηκεν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, ἵνα ἀναστήσῃ αὐτὴν, καὶ τῆς ὑπὸ τὸν διάβολον ἀπαλλάξῃ δουλείας· μηδεὶς οὖν αἰσχυνέσθω παιδίον ἀκούων, καὶ βρέφος, καὶ ὅσα ἀνθρωπινώτερον περὶ αὐτοῦ γέγραπται· ὑπέμεινεν γὰρ πάντα οὐ δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, πανταχοῦ τὸ πρέπον φυλάττων τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει, ἵνα μὴ φαντασία ἡ οἰκονομία νομίζηται.

κζ'. Οὐκοῦν κἂν ἀκούσῃς ὅτι παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ μακάριος Ἰωσὴφ, καὶ φεύγει εἰς Αἴγυπτον, μὴ αἰσχύνην αὐτὸ νόμιζε, τὴν δὲ οἰκονομίαν ἐννόει· καὶ γὰρ οὐ τότε μόνον τοῦτο περὶ αὐτοῦ γέγραπται, ἀλλὰ καὶ ὅτε εἰς τὸν λ' ἐνιαυτὸν ἐλθὼν ἤρξατο κηρύττειν καὶ διδάσκειν, καὶ τὴν τῶν θαυμασίων ἐπετέλει τὴν δύναμιν, πάλιν τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα εὑρίσκομεν· * « ἀκούσας γὰρ, φησιν, ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν· » [* Matth. IV. 12.] καὶ ἕτερα δὲ τοιαῦτα ἐστὶν εὑρεῖν· ἀλλ' οὐ φόβῳ τοῦτο ἐποίει οὐδὲ τότε οὐδὲ νῦν, ἀλλὰ τὸν πρέποντα καιρὸν ἀναμένων τοῦ σωτηρίου πάθους· ἔδει γὰρ πρῶτον διαλάμψαι τὸ κήρυγμα, καὶ πάντα ἐπιτελέσαι ὅσα ἐβούλετο, καὶ τότε καὶ ἐπὶ τὸ σωτήριον πάθος ἐλθεῖν· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Ὅτι δὲ οὐ φόβῳ καὶ δειλίᾳ τοῦτο ἐγίνετο, δῆλον ἀφ' ὧν πεποίηκεν ὅτε παραδοθῆναι οὐκ ἐβούλετο· καὶ γὰρ τῶν Ἰουδαίων αὐτὸν τότε κατακρημνίσαι θελησάντων * « αὐτὸς, φησὶν, διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν ἐπορεύετο· » [* Luc. IV. 30.] καὶ ἄλλοτε δὲ πιά-

(a Ioh. VII. 30.) σαι αὐτὸν ἐθελόντων * „ οὐδεὶς, φησὶν, ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ· „ πλὴν ἀλλὰ καὶ ἀχείρωτος εἶναι δυνάμενος ὡς Θεὸς, πάλιν διὰ τὸ ἀνθρώπινον ὑπανεχώρει, ἵνα φαίνηται κατ' ἀλήθειαν γενόμενος ἄνθρωπος· εἰ δὲ λέγοι τίς, διὰ τί μὴ καὶ τότε ὅτε παιδίον ἦν, δι' ἑαυτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξέκλεινεν, ἀλλ' ἀγγέλου χρηματίζοντος; μανθανέτω, ὡς καὶ τότε αὐτοῦ ἦν τὸ ἔργον· ἀλλ' ἵνα μὴ τῆς οἰκονομίας τοσοῦτον παραλύσῃ τὸν λόγον διὰ τὴν ἡλικίαν, διὰ τοῦτο δι' ἀγγέλου τὸ πρᾶγμα πεποίηκεν.

κη'. Ὅτι δὲ τὰ πρέποντα σώζειν βουλόμενος, πάντα οἰκονομικῶς ἐποίει, καὶ συνεχώρει τῇ σαρκὶ δεικνύειν τὰ αὐτῇ ἀκόλουθα, πληροφορήσει σε πάλιν αὐτός· ὅτε γὰρ (a Matth. III. 14.) ὁ μακάριος Βαπτιστὴς αὐτῷ ἔλεγεν * „ ἐγὼ (b v. 15.) χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι *, ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτόν· ἄφες ἄρτι, οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην· „ ὁρᾷς ὅτι καὶ τὸ βάπτισμα, καὶ πάντα τὰ πρέποντα οἰκονομικῶς κατεδέχετο; ὅταν τοίνυν ἀκούσῃς παιδίον καὶ βρέφος καὶ ὅσα ἀνθρωπινώτερον περὶ αὐτοῦ γέγραπται, καθὼς προείρηται, μηδέποτε δίχα τῆς θεότητος αὐτὸν ὄντα ὑπολάμβανε· καὶ γὰρ καὶ ἄνθρωπος λεγόμενος, δείκνυται θεὸς ὑπάρχων, ὡς πολλάκις ἀποδέδεικται. Ἐπιμαρτυρήσει δὲ πρὸς τοῦτο τοῖς εἰρημένοις καὶ ὁ μακάριος Βαπτιστὴς οὕτω λέγων περὶ αὐ- (a Ioh. I. 27.) τοῦ· * „ ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν· κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν· „ πῶς οὖν ἄνδρα λέγων αὐτὸν, πρῶτον ἑαυτοῦ φησὶν αὐτὸν εἶναι; καὶ μὴν κατὰ τὸν τῆς οἰκονομίας χρόνον αὐτὸς πρῶτος ὁ μακάριος Βαπτιστὴς γεγεννημένος εὑρίσκεται· ὅτε γὰρ ὁ Γαβριὴλ τῇ Θεοτόκῳ Μαρίᾳ τὴν ἄχραντον σύλληψιν εὐηγγελίζετο, ἕκτον ἔλεγεν ἤδη μῆνα τὴν Ἐλισάβετ ἔχειν (a Luc. I. 36.) συνειληφυῖαν τὸν Βαπτιστήν· * πῶς οὖν ἄνδρα λέγων, πρῶτον φησὶν αὐτὸν ἑαυτοῦ ὄντα, εἰ μήτι Θεὸν φανερῶς ἐνανθρωπήσαντα αὐτὸν ἠπίστατο: „ ὀπίσω μου γάρ, φησιν, ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν· „ πῶς δὲ εἰ πρῶτος ἦν ἐμ-

gelista, transiens per medium illorum ibat.» Alio item tempore quum vellent eum capere, « nemo, inquit, iniecit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. » Sed quum alioqui sit invictus Deus, attamen humanitatis suae causa cedebat, ut vere factus homo videretur. Quod si quis dicat, cur non tum quoque cum infantulus erat, insidias per se ipse declinavit, sed admonente angelo? sciat, tum quoque operam eius intervenisse; sed ne ea res dispensationis rationem pessum daret, habito aetatis respectu, idcirco per angelum rem gessisse.

28. Quod autem humani officii causa, cuncta ad dispensationis normam dirigeret, carnemque pateretur proprietates suas demonstrare, persuadebit tibi rursus ipsemet Christus. Nam quum beatus Baptista ei diceret: ego opus habeo a te baptizari; respondit ei: sine modo; sic enim oportet omnem iustitiam impleri. Videsne, quod et baptismum et cuncta huiusmodi officia prudenti dispensatione receperit? Quoties ergo et puerum et infantulum, et quicquid humano more de eo scriptum est, audis, ut iam diximus, numquam eum absque divinitate fuisse arbitrare. Nam et cum homo dicitur, Deus esse demonstratur, ut saepe a nobis comprobatum fuit. Accedet hactenus dictis testis beatus quoque Baptista sic de illo loquens: « post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat; et ego eum nesciebam. » Quomodo ergo virum eum dicens, priorem se dicit? si quidem dispensationis tempore ipse prior beatus Baptista natus comperitur. Nam quum beatae deiparae Mariae immaculatum conceptum Gabrihel nunciabat, sexto iam mense geri ab Elisabeta Baptistam in utero aiebat. Quomodo ergo postquam eum virum dixerat, priorem se fuisse adfirmabat, nisi Deum manifeste humanatum ipsum scivisset? Post me enim, inquit, venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Quomodo autem, si quidem antea prior erat, posterior factus est? manifestatione

videlicet atque apud populum notitia. Nam prius quam ad praedicandum accederet, non admodum multis notus erat. Baptista vero iam tum et praedicabat, et ante eum baptizabat. Deinceps vero cum etiam Dominus coepit praedicare, et miracula edere, ante, id est magis quam Baptista, primatum retulit. Et quod vocabuli «ante» hic sensus sit, audi quid Iohanni dixerint proprii discipuli: magister, ille qui tecum erat in Iordane, cui tu testimonium dedisti, ecce nunc is baptizat, et ad eum cuncti veniunt. Viden qua ratione et virum, et priorem ipsum praedicaverit?

29. Postremo si vetere gravati crapula, adhuc veritati credere hi errones differunt, age iam illud quoque testimonium proferamus in medium, cui contradicere ne ipsi quidem paria his sentientes Iudaei, et simplicem hominem iudicantes, diutius potuerunt. Quod vero hoc est? Ipse aliquando Pharisaeos Dominus interrogavit dicens: « quid vobis videtur de Christo? cuiusnam filius est? Respondentibus illis, Davidis: ait illis: cur ergo David Spiritu instinctus vocat eum dominum, dicens: dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David vocat eum dominum, quomodo filius eius est?» Nonne aperte vides, quod dominum semet Davidis demonstravit? Quomodo ergo qui de semine Davidis erat, huius dominus esse poterat, et patris in throno consessor, nisi quia Deus erat humana natura circumdatus? Filium enim Davidis ac dominum, eum quem virgo peperit, se ipsum videlicet, demonstravit. Et illi quidem hoc audito testimonio, abierunt, et contradicendo abstiterunt, ut narrat evangelista. « Nemo enim, inquit, poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa hora eum amplius interrogare. »

30. Utinam vero et hi adversarii nostri, quamquam sero, omissa vesania sua rectae religionis doctrinam agnoscant? Nos

προσθεν, ὕστερον ἐγένετο; τῇ φανερώσει, καὶ τῇ γνώσει τῇ πρὸς τὸν λαόν· πρὶν μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ κηρύττειν παρέλθῃ, οὐ σφόδρα ἦν τοῖς πολλοῖς γνώριμος· ὁ δὲ Βαπτιστὴς ἤδη καὶ ἐκήρυττεν, καὶ ἐβάπτιζεν πρὸ αὐτοῦ· ὅτε δὲ λοιπὸν καὶ ὁ κύριος ἤρξατο κηρύττειν, καὶ τὰ θαύματα ἐπιτελεῖν, ἔμπροσθεν τουτέστιν μᾶλλον τοῦ Βαπτιστοῦ τὰ πρωτεῖα ἔφερεν· καὶ ὅτι τοῦτο ἐστὶν τὸ ἔμπροσθεν, ἄκουε τί πρὸς τὸν Ἰωάννην οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ ἔλεγον· * « ῥαββεὶ, ὃς ἦν μετὰ σοῦ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας, ἴδε οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν· » θεωρεῖς πῶς καὶ ἄνδρα, καὶ πρῶτον αὐτὸν ἐκήρυξεν; * Ioh. III. 26.

κθʹ. Εἰ τῇ προλαβούσῃ κεκαρωμένοι μέθῃ, ἔτι καὶ νῦν ἀναβάλλονται τῇ ἀληθείᾳ πείθεσθαι οἱ πεπλανημένοι, φέρε κἀκείνην αὐτοῖς τὴν μαρτυρίαν εἰς μέσον ἀγάγωμεν, πρὸς ἣν ἀντειπεῖν οὔτε αὐτοὶ οἱ τὰ αὐτὰ αὐτοῖς ὑπειληφότες ἰουδαῖοι, καὶ νομίζοντες ἄνθρωπον εἶναι ψιλὸν, οὐκέτι ἠδυνήθησαν· ποία δὲ αὕτη ἐστίν; αὐτὸς ποτὲ τοῖς φαρισαίοις ὁ κύριος ἠρώτησεν λέγων· * « τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; τίνος υἱός ἐστί; » τῶν δὲ ἀποκριναμένων, τοῦ Δαβίδ· ἔφη πρὸς αὐτούς· * « πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι καλεῖ αὐτὸν κύριον, λέγων· * εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου; εἰ οὖν Δαβὶδ καλεῖ αὐτὸν κύριον *, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστίν; » Ὁρᾷς φανερῶς πῶς κύριον τοῦ Δαβὶδ ἑαυτὸν ἀπέδειξεν; πῶς οὖν ὁ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, κύριος αὐτοῦ εἶναι ἠδύνατο, καὶ τοῦ πατρὸς σύνθρονος, εἰ μὴ ὅτι θεὸς ἦν τὰ ἀνθρώπινα περιβαλόμενος; υἱὸν γὰρ Δαβὶδ καὶ κύριον, τὸν ἐκ τῆς παρθένου τεχθέντα, τουτέστιν ἑαυτὸν, ἀπέδειξεν· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν καὶ ταύτην τὴν μαρτυρίαν ἀκούσαντες ἀνεχώρησαν, καὶ τοῦ ἀντιλέγειν ἐπαύσαντο, ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς ἱστορεῖ· * « οὐδεὶς γάρ, φησιν, ἠδύνατο ἀποκριθῆναι αὐτῷ λόγον, οὐδὲ ἐτόλμησεν ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας ἐπερωτῆσαι αὐτὸν οὐκέτι. »

* Matth. XXII. 42.

λʹ. Γένοιτο δὲ καὶ τούτους, κἂν ὀψέ, ποτε τῆς ἀνοίας ἀποστάντας ἐπιγνῶναι τῆς εὐσεβείας τὸ κήρυγμα· ἡμεῖς δὲ ταύτης

ἐχώμεθα τῆς πίστεως διὰ παντὸς, ἀγαπητοί· ταύτην καὶ ἐν διανοίᾳ κατέχωμεν, καὶ τῇ γλώττῃ φανερῶς καὶ μετὰ παῤῥησίας κηρύττωμεν, πάντα διὰ ταύτην ὑπομένειν προθύμως ἀνεχόμενοι· αὕτη μὲν γὰρ προφητῶν ἐστὶν πρόῤῥησις, ἀποστόλων δὲ κήρυγμα, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας πρόξενος, αὕτη τῆς αἰωνίου ζωῆς ὁδηγὸς, αὕτη τῶν πατέρων ὁ πλοῦτος, αὕτη καὶ ἡμῶν ὁ ἀληθεινὸς θησαυρὸς, ὑπὲρ οὗ πάντα πωλεῖν καὶ προέσθαι δίκαιον· τοῦτον εἴ τις ἡμῶν ἀποσυλῆσαι θελήσοι, ἀποστρεφώμεθα ὡς χριστομάχον, καὶ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐχθρὸν, πειθόμενοι τῷ παραγγέλλοντι ἀποστόλῳ * « κἂν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμῖν, παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. »

* Gal. I. 8.

certe fidei huic adhaereamus constanter, o carissimi. Hanc et mente retineamus, et lingua palam confidenterque praedicemus, nihil huius causa alacriter perpeti recusantes. Haec enim est prophetarum praedictio, apostolorum praedicatio, et regni caelorum donatrix, haec aeternae vitae dux, haec patrum dite patrimonium, haec verus noster thesaurus, cuius causa omnia vendere ac proiicere aequum est. Hoc si quis thesauro spoliare nos voluerit, eum ut Christi adversarium aversemur, et nostrae salutis inimicum: praecipienti obedientes apostolo: « licet nos vel angelus de caelo vobis evangelizaverit, praeter quam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. »

SCHOLION.

Errorem, quo B. Mariae negatur *deiparae* titulus, mordicus adhuc retinent miseri Chaldaei, quos vulgo Nestorianos dicimus; quamquam ipsi Nestorianorum nomen sibi imponi aegre ferunt, quia putant Nestorium potius ab orientalibus seu Chaldaeis doctrinam suam sumpsisse. Certe Ebediesus chaldaeus, saeculo XIV. sobensis metropolita, in suo de veritate christianae religionis syriaco opere tract. III. cap. IV, controversiam hanc lucide exponit, ut legere licet in editione a nobis curata syr. lat. Script. vet. T. X. Nam divisis ab eo Christianis in tres sectas, quarum tertiam dicit esse Nestorianos, ultro fatetur sectas priores duas (numerosiores multo atque doctiores) admisisse vocabulum *deipara*, quod a solis Nestorianis excluditur. Idem, utpote apprime nestoriano errori addictus, capitulo VI. (quod nos ut ineptum et invidiosum illic omisimus) dogma hoc frigidis futilibusque argumentis oppugnat. 1. Quia si Maria sit deipara, videretur totius Trinitatis, in qua simpliciter Deus consistit, mater. 2. Quia Deus in Christo videretur mortuus, resuscitatus etc. 3. Denique quia quum sit Christus, teste Petro, filius Dei vivi, videretur deipara Maria mater potius Dei patris, frustraque Christi mater iam quaereretur.—Quis non videt ignorari prorsus a nestoriano Ebediesu veram de Christi incarnatione theologiam, et idiomatum in eodem Christo communionem, quam orthodoxi patres, praecipueque Cyrillus, luculentissime voluminibus integris exposuerunt? Sed enim alias multas Nestorianorum contra hoc dogma cavillationes dissolvit toto sexto libro polemici sui contra illos haereticos operis Leontius hierosolymitanus, quem nos auctorem aeque edidimus Script. vet. T. IX. Porro apud Photium, cod. 228. p. 775, Ephraemius patriarcha antiochenus, vir apprime orthodoxus, observat sanctum Leonem I. rom. pontificem in dogmaticis epistolis primum propria explicitaque dictione, ἰδικῶς αὐταῖς λέξεσι, appellasse Mariam *matrem Dei* (ὡς μήτηρ θεοῦ ἐστὶν ἡ ἁγία θεοτόκος); quam Graeci theologico sensu ideo dicebant *deiparam*, ut intelligeremus contra Nestorii blasphemiam, quam semper oppugnabat Cyrillus, revera in beatae Mariae utero, non autem postea, factam esse divini Verbi hypostaticam cum humana natura coniunctionem. Dictio vero illa Leonis papae extat in epistola ad Leonem augustum ed. Cacciarii ep. 138, ed. Baller. ep. 165, ubi anathematizatur *Nestorius qui beatam virginem Mariam non Dei sed hominis tantummodo credidit genitricem.* Ceterum silere nequeo, quod Suicerus thesaur. eccles. voc. θεοτόκος contra Ephraemii testimonium negat, primum omnium Leonem nostrum matrem Dei appellasse B. Mariam, quia antiquiores, ut ait, patres id factitaverint. Suicerum vero secutus Petavius negationem hanc copiosius exponit et approbat de incarn. lib. V. cap. 15. Atqui, si quid ego video, uterque tam Suicerus quam Petavius a vero accuratoque verborum Ephraemii sensu declinant. Non enim de dogmate quaestio est, sed de verbis quibus illud Leo papa ante alios denotaverit. Utique graeci multi patres dixerant θεοτόκον, atque in his passim Cyrillus quem Ephraemius prae manibus habebat, sicuti ne alios quidem antiquiores similiter locutos ignorabat. Graeci praeterea, quamquam plerumque paulo recentiores, dicunt θεομήτορα, θεογεννήτορα, μητρόθεον. Recte omnes. Sed tamen a nemine, ut adfirmat Ephraemius, appellata fuerat B. Maria hac explicita dictione μήτηρ Θεοῦ, ut fit a Leone in praedicta epistola, quam in interpretatione graeca legebat Ephraemius, qua etiam denique lingua edidit eam apud nos Cacciarius ex cod. vat. 1431. (Ex quo eodem codice feliciter nos Cyrilli illum πάνυ tractatum de *deipara* extulimus, quem incaute Cacciarius, uni Leoni intentus, inobservatum dimiserat.) Itaque alia illa vocabula, etsi dogmaticum sensum aeque continent, tamen adiectiva potius sunt quam substantiva, et certe materialiter differunt a propriore dictione μήτηρ Θεοῦ. Stat igitur, ut spero, contradicentibus licet praedictis theologis, Leonis nostri gloria, quod ipse nempe primus, ut iudicavit Ephraemius, B. Mariam appellaverit hac explicita dictione μητέρα Θεοῦ, sive ut in latina originali epistola scribitur, *Dei genitricem.*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΔΙΑΛΕΞΙΣ ΠΡΟΣ ΝΕΣΤΟΡΙΟΝ (1)

ΟΤΙ ΘΕΟΤΟΚΟΣ Η ΑΓΙΑ ΠΑΡΘΕΝΟΣ ΚΑΙ ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΤΟΚΟΣ (2).

SANCTI EIUSDEM CYRILLI

DIALOGUS CUM NESTORIO

QUOD SANCTA VIRGO DEIPARA SIT ET NON CHRISTIPARA.

NESTORIUS. Cum divina scriptura narrat Christi ex Maria virgine nativitatem, vel mortem, nusquam apponit vocabulum Dei, sed Christi aut Domini aut Iesu, quoniam tria haec duarum naturarum significativa sunt, modo unius modo alterius. Exempli causa, cum ex Virgine Christi nativitatem nobis innuit apostolus, ait: misit Deus filium suum factum ex muliere. Non dixit, misit Deum Verbum; sed utitur vocabulo (filii) quod utramque naturam denotat, Dei scilicet et hominis, quandoquidem duplex est Christus. Nam Dei filium peperit Virgo eo sensu quo dictum est: vos autem dii estis et filii Altissimi omnes. Quamobrem christiparam, dominiparam, hominiparam didicimus a scriptura dicere,

ΝΕΣΤΟΡΙΟΣ. Ὅταν ἡ θεία γραφὴ διαλέγηται γέννησιν Χριστοῦ ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου [ἢ] θάνατον, οὐδαμοῦ τεθεῖσα φαίνεται θεοῦ, ἀλλὰ Χριστοῦ ἢ Κυρίου ἢ Ἰησοῦ, ἐπειδὴ τὰ τρία ταῦτα τῶν δύο φύσεων σημαντικά, ποτὲ μὲν ταύτης, ποτὲ δὲ ἐκείνης· οἷον τί λέγω· ὅταν τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν ἡμῖν τοῦ Χριστοῦ μηνύει * ὁ ἀπόστολος, λέγει· * ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν γενόμενον ἐκ γυναικός· οὐκ εἶπε δέ, ἐξαπέστειλε τὸν θεὸν λόγον· λαμβάνει δὲ τὸ ὄνομα τὸ μηνύον τὰς δύο γενέσεις, ἤτοι θεὸν * καὶ ἄνθρωπον *, ἐπειδὴ διπλοῦς ἐστιν ὁ Χριστός· υἱὸν γὰρ θεοῦ ἐγέννησεν ἡ παρθένος, καθότι ἔφησεν· * ὑμεῖς δὲ θεοὶ ἐστὲ καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες· ὅθεν χριστοτόκον, κυριοτόκον, ἀνθρωποτόκον ἐμάθομεν ἀπὸ τῆς γραφῆς λέ-

Ex codice vat. 790. fol. 165. b.

* cod. μηνυων.
* Gal. IV. 4.

* cod. θεός
* cod. α… πον.
* Ps. LXXXI. 6.

(1) Conferre praestabit Cyrillum cum Nestorio aeque disputantem Opp. T. VI. p. 6. seqq. Cyrilli disputatio cum Nestorio, in arabicum sermonem conversa, extabat etiam in codice anglicano 272. Thomae Roensis.

(2) Beatissima virgo Maria, quae Christum peperit, recto aliquo sensu dici potest *christipara*; sed quia Nestorius id vocabulum haereticali mente excogitaverat, ut praestantius alterum negaret *deipara*, idcirco noster Cyrillus in epistola etiam ad monachos aegyptios T. V. part. 2. p. 8. excludit primum prae secundo, quia prophetarum etiam matres, seu christorum ut eos interdum appellat scriptura, christiparae possunt appellari, nequaquam vero deiparae, quod est unius beatissimae Mariae proprium. Id ergo agit in praesente quoque dialogo Cyrillus. Fuit enim hic putus Nestorianorum error, ut adfirmat tract. 3. cap. 4. p. 352. chaldaeus Ebediesus: *nos non Dei sed Christi potius matrem appellamus.* Idemque repetit p. 354. Profecto etiam Ioh. damascenus de fide orthod. lib. III. cap. 12. eandem, quam Cyrillus, tradit doctrinam: Χριστοτόκον οὐδαμῶς φαμὲν τὴν ἁγίαν παρθένον, διότι ἐπ' ἀναιρέσει τῆς, θεοτόκος, φωνῆς ὁ μιαρὸς Νεστόριος ταύτην τὴν προσηγορίαν ἐξηύρατο ὡς ἐπηρεαζομένην: *sanctam Virginem haud dicimus christiparam, quia ad abolendum deiparae appellationem, impurus Nestorius vocabulum illud contumeliae faciendae causa excogitavit.* Damasceni hunc locum illustrat etiam Allatius de processione Sp. s. ed. rom. gr. p. 178. Parem ob causam vocabulum θεοφόρος, *deifer*, dici de Christo vetat ibidem Damascenus, quamquam divus Basilius Christi carnem dixerat θεοφόρον; quia hoc item vocabulo Nestorius abusus fuerat. Immo et Leontius meus toto libro sexto vocabulum θεοφόρος ceu nestorianum insectatur.

γειν, θεοτόκον δὲ οὐδαμῶς ἐδιδάχθημεν λέγειν τὴν ἁγίαν παρθένον.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἡσαΐας βοᾷ ἐν πνεύματι λέγων· * ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ. ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον μεθ' ἡμῶν ὁ θεός· θεὸς οὖν ὁ τεχθεὶς, κἂν θέλῃς κἂν μὴ θέλῃς.

* Is. VII. 14.

ΝΕΣΤ. Ὁ ἄγγελος τῷ Ἰωσὴφ εἶπεν· * ἀναστὰς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἴσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἴπω σοι· οὐκ εἶπε δὲ παράλαβε τὸν θεὸν καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ.

* Matth. II. 13.

ΚΥΡ. Ἀλλ' ὁ ἀρχάγγελος Γαβριὴλ πρὸς τὴν παρθένον λέγει· * πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπί σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται.

* Luc. I. 35.

ΝΕΣΤ. Ὁ ἀπόστολος ἔφη· * ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών· ὅπερ ἐστὶ τὸ ἡμέτερον ἐνδυσάμενος σῶμα, ἔνθα προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις *, ὡς κυριακὸς ἄνθρωπος.

* Philip. II. 7.

* Luc. II. 52.

ΚΥΡ. Πᾶν τὸ γενόμενον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστί· οὐκ ἀναιρεῖ δὲ τῆς γεννήσεως παράδοξον· ὡς γὰρ ὁ θεὸς τίκτει θεϊκῶς, οὕτω καὶ ἡ θεοπρεπὴς παρθένος ἔτεκεν ἐν σαρκὶ τὸν ἐκ θεοῦ θεὸν λόγον.

ΝΕΣΤ. Πᾶσα μήτηρ τὸ ὁμοούσιον αὐτῆς τίκτει· οὐκ ἔστιν οὖν αὐτοῦ μήτηρ, εἰ μὴ αὐτὸς ὁμοούσιος αὐτῆς ὑπάρχει· πῶς γὰρ αὐτοῦ μήτηρ τοῦ ἀλλοτρίου τῆς οὐσίας αὐτῆς ὑπάρχοντος *;

* cód. τὸ ἀλλότριον-ὑπάρχον.

ΚΥΡ. Ἡμᾶς ἐκ παρθένου καὶ ἐκ πνεύματος ἁγίου ἕνα υἱὸν ἐδιδάχθημεν ὁμολογεῖν, ὁμοούσιον τῇ μητρὶ ὡς τῷ πατρὶ, καθὼς οἱ πατέρες εἰρήκασιν.

ΝΕΣΤ. Διαιρῶ τὰς φύσεις, ἑνῶ τὴν προσκύνησιν, ἐπεὶ ἀχώριστος τοῦ φαινομένου θεός· διὰ τοῦτο οὐ χωρίζω τὴν τιμήν.

ΚΥΡ. Ὁ διαιρῶν (1) τὰς φύσεις, δύο

deiparam numquam vero docti fuimus sanctam Virginem appellare.

Cyrillus. Isaias clamat in Spiritu dicens: ecce virgo concipiet et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuhel, quod est interpretatum nobiscum Deus. Deus erat itaque qui natus est, velis nolis.

Nest. Angelus Iosepho dixit: surgens accipe puerum et matrem eius, et fuge in Aegyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Non dixit: accipe Deum et matrem eius.

Cyr. Attamen archangelus Gabrihel Virgini ait: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideo et quod nascetur ex te sanctum, filius Altissimi vocabitur.

Nest. Apostolus ait: semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens; id est, nostrum sibi induens corpus, in quo proficiebat sapientia ac aetate et gratia apud Deum et homines, tamquam homo dominicus.

Cyr. Quicquid factum est ex carne, caro est, neque tamen hinc perimitur nativitatis miraculum. Sicut enim Deus divinitus generat, ita venerabilis quoque Virgo peperit in carne Verbum ex Deo Deum.

Nest. Omnis mater consubstantialem suum parit: non est ergo eius mater, nisi ipse est illi consubstantialis. Nam quomodo sit mater eius, qui ab ipsius substantia alienus fuerit?

Cyr. Nos ex Virgine et ex Spiritu sancto unum filium edocti fuimus confiteri, consubstantialem matri ut patri, sicuti patres dixerunt.

Nest. Divido naturas, unam facio adorationem, quia Deus inseparabilis est ab eo qui cernitur. Ideo honorem non divido.

Cyr. Qui naturas dividit, duos dicit fi-

(1) Negat Cyrillus se dividere Christi naturas, non quod unam naturam credat (nam duas etiam in hoc volumine p. 70-71. esse ait) sed quia personali copula unitas adfirmat. Iam vocabulum *divisionis* a Nestorianis prave adhibitum, ansam Monophysitis praebuit calumniandi Catholicos, qui naturarum dualitatem tuebantur. Hinc mentium tenebrae, hinc vocum abusiones, hinc rixae proximae interdum λογομαχίαις. Quamquam reapse in secta monophysitica non imaginarius sed capitalis error latet.

lios, scripturae non credens dicenti: Verbum caro factum est.

Nest. Paulus dicit pontificem et apostolum confessionis nostrae esse Iesum, qui fidelis est ei qui fecit ipsum, qui semet hostiam obtulit pro se haud minus quam pro populo. Quare pontifex est constitutus in iis quae ad Deum pertinent.

Cyr. Paulus ait: Christus semel oblatus ad multorum perferenda peccata, secundo sine peccato apparebit. Item: qui peccatum non fecit, nec dolus erat in ore eius. Et en ipse semet pro nobis offert. Videsis itaque quod non pro se ipso se obtulit, sed pro populo.

Nest. Quum ipse dicat: qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, vivet propter me, sicut ego vivo propter eum, qui me misit, patrem; quid ergo manducas, o haeretice? divinitatem, an humanitatem? Non enim dixit Christus: qui manducat meam divinitatem, sed carnem.

Cyr. Ego fide recipio vivificantis Verbi carnem. Unde Servator ait: qui manducant ex hoc pane, non gustabunt mortem in aeternum. Qui vero indigne sumunt, propter incredulitatem iudicabuntur.

Nest. Dominus misit me et Spiritus eius. Spiritus Domini super me, propter quod unxit me. Ideoque dixit: unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae prae consortibus tuis. Intellige ergo unctum, confitere ungentem, adora templum propter eum qui in ipso habitat.

Cyr. Ego ex sancto Spiritu et Maria Virgine unum filium ex duobus confiteor. Unum in duos non divido.

Πεινῶντας μὲν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων λέγει· ἐλίμωττον γὰρ πλὴν ἰουδαίων μόνων· οὗτοι δὲ ἐπλούτουν τῇ νομοθεσίᾳ, τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἁγίων προφητῶν· αὐτῶν γὰρ νομοθεσία, ἡ υἱοθεσία, ἡ λατρεία, αἱ ἐπαγγελίαι· * ἀλλ᾽ οὗτοι μὲν ὑπερμαζήσαντες, καὶ λίαν τῷ ἀξιώματι ἐπαρθέντες, διὰ τὸ μὴ ταπεινῶς προσηλθεῖν τῷ ἐνανθρωπήσαντι,

B. f. 16. H. f. 11. b. E. f. 59. b. — * Rom. IX. 4.

ἐξαπεστάλησαν κενοὶ, μηδὲν ἐπιφερόμενοι, μήτε πίστιν, μήτε γνῶσιν, μήτε ἐλπίδα ἀγαθῶν· ἐκπεπτώκασι γὰρ καὶ τῆς ἐπιγείου Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς μελλούσης ἠλλοτριώθησαν ζωῆς τε καὶ δόξης, διότι οὐκ ἐδέξαντο τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, ἀλλὰ καὶ ἐσταύρωσαν τὸν κύριον τῆς δόξης, καὶ ἐγκατέλιπον τὴν πηγὴν τοῦ ζῶντος ὕδατος, καὶ ἐξουθένησαν τὸν ἄρτον τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατελθόντα· διὰ τοῦτο καὶ ἦλθεν ἐπ᾽ αὐτοὺς λιμὸς ὁ πάντων χαλεπώτατος, καὶ δίψα δίψης ἁπάσης πικροτέρα· οὐ γὰρ ἦν λιμὸς ἄρτου αἰσθητοῦ, οὐδὲ δίψα ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸς τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου· * οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πεινῶντες καὶ διψῶντες καὶ ἐν κακοῖς τὴν ψυχὴν τηκόμενοι, διότι τὸν κύριον προσήκαντο, ἐνεπλήσθησαν τῶν πνευματικῶν ἀγαθῶν· μετέβη γὰρ εἰς αὐτοὺς τὰ τῶν ἰουδαίων καλά.

a Amos VIII. 11.

natum Deum humiliter non accesserint, vacui dimissi sunt, nihil secum ferentes, neque fidem scilicet, neque scientiam, neque spem ullam bonorum. Nempe amiserunt terrestrem Hierusalem, et a futura quoque vita gloriaque exciderunt, propterea quod vitae auctorem non receperunt, et gloriae dominum cruci fixerunt, fontem aquae viventis dereliquerunt, et panem de caelo demissum aspernati sunt. Ideo supervenit ipsis pessima omnium fames, et sitis quavis siti molestior. Non enim famis fuit panis sub sensum cadentis, nec aquae sitis; sed divini verbi fames. Ethnici contra esurientes atque sitientes, malisque animum afflictum gerentes, Domino recepto, spiritalibus bonis repleti fuere. Iudaeorum enim prosperitas ad ipsos transmigravit.

v. 54. Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους.

Suscepit Israhelem puerum suum.

E. f. 50. b.
F. f. 71.

Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ, οὐ τοῦ κατὰ σάρκα, τοῦ τῷ ὀνόματι ψιλῷ σεμνυνομένου, ἀλλὰ τοῦ κατὰ πνεῦμα, τοῦ τὴν δύναμιν τῆς προσηγορίας τετηρηκότος, τουτέστιν τῶν εἰς αὐτὸν ὁρώντων καὶ πιστευόντων καὶ δι᾽ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ υἱοθετουμένων, καθὼς καὶ τοῖς πάλαι προφήταις καὶ πατριάρχαις ὁ λόγος καὶ ἡ ὑπόσχεσις· δύναται δὲ καὶ πρὸς τὸν κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ τοῦτο ἁρμόσαι· πολλαὶ γὰρ ἐξ αὐτῶν μυριάδες ἐπίστευσαν. “ Ἐμνήσθη δὲ τοῦ ἐλέους αὐτοῦ, καθὼς ἐπηγγείλατο τῷ Ἀβραάμ. „ Καὶ εἰς πέρας ἤγαγεν ὅπερ ἦν εἰπὼν πρὸς αὐτὸν, ὅτι εὐλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς· ἐπληροῦτο δὲ αὕτη ἡ ἐπαγγελία, ἐξ αὐτῆς μέλλοντος γεννᾶσθαι τοῦ κοινοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, ὅς ἐστι τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ, ἐν ᾧ τὰ ἔθνη εὐλογοῦνται· σπέρματος γὰρ Ἀβραὰμ ἐπελάβετο, καθὼς φησὶν ὁ ἀπόστολος *, καὶ οὕτω τοῖς πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν ἐπλήρωσε (1).

a Hebr. II. 16.

Israhelem suscepit, non illum secundum carnem, et nomine nudo gloriantem, sed illum secundum spiritum, vimque appellationis suae conservantem, id est homines qui Deum spectant atque ei credunt, ac per eius filium adoptionem sunt consecuti, prout priscis quoque prophetis et patriarchis dictum fuerat atque promissum. Quamquam id Israheli quoque, qui est secundum carnem, congruere potest; multa enim ex hac gente milia crediderunt. « Recordatus autem est misericordiae suae, prout Abrahamo promiserat. » In rem videlicet contulit dictum ei vaticinium, fore ut in semine eius tribus omnes terrae benedicerentur. Impletum vero fuit vaticinium, orturo inde communi servatore Christo, qui de semine Abrahami est, in quo gentes benedicuntur. Apprehendit enim semen Abrahami, ut ait apostolus, atque ita editum patribus promissum complevit.

(1) Ex Corderii latina catena fragmentum Cyrilli subtexo, quod graece mihi nondum occurrit.
« v. 73. Iusiurandum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum.
» Cyrillus. Nemo autem quod Deum Abrahamo iurasse audiat, iurare assuescat. Quemadmodum enim » ira de Deo dicta, non est ira, nec passionem significat, sed punitivam vim aut aliquem huiusmodi motum; sic nec iuramentum, iuramentum est. Non enim iurat Deus, sed certitudinem indicat, omnino futurum esse quod dicit. Iuramentum enim Dei est verbum ipsius, persuadens (πληροφορῶν) audientes, et » fidem cuique faciens, id quod promisit ac dixit, prorsus esse eventurum. »

Erexit cornu salutis nobis.

Intelligitur cornu vocabulum non de potentia solum, verum etiam de regno. Utrumque vero Christus est, qui de familia et genere Davidis ortus est nobis servator. Ipse enim est rex regum, et invicta patris potentia.

Ad faciendam misericordiam.

Misericordia ac iustitia Christus est. Etenim ab eo misericordiam consecuti sumus ac iustificati, abstersis nequitiae sordibus, per fidem videlicet in ipsum.

Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis.

Sed enim id quoque animadverte, nempe Christum esse illum altissimum, cui praeivit Iohannes nativitate simul et praedicatione. Quid vero iam deinceps ii dicent, qui divinitatem illius minuunt? Cur nolent intelligere, verba « et tu propheta Altissimi vocaberis » a Zacharia sic dicta fuisse, ut ab aliis quoque ipsius, nempe Dei, prophetis?

Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent.

Populo igitur sub lege degenti, quaedam erat in Iudaea lucerna praecursor Christi Baptista, deque eo Deus praedixerat: paravi lucernam Christo meo. Item typus eius exprimebatur in lege, ubi ea mandat lucernam ardentem in anteriore tabernaculi parte nutriri. Verumtamen Iudaei, brevi tempore, eo delectati dum ad ipsius baptismum concurrerent, vitaeque genus admirarentur, mox eundem leto merserunt, illam perpetui splendoris lucernam propemodum extinguentes. Propterea Christus quoque de illo dixit: ille erat lucerna ardens et lucens; vos autem voluistis ad horam paululum exultare in luce eius.

Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Errabat mundus dum creatori debitum obsequium deferebat creaturae; ignorantiae infuscabatur tenebris, et nox veluti quae-

Ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν. v. 69.

Λαμβάνεται δὲ τὸ κέρας οὐ μόνον ἀντὶ δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ βασιλείας· ἀμφότερα δὲ ὁ Χριστός ἐστιν, ὁ ἐκ τῆς πατριᾶς καὶ τοῦ γένους Δαβὶδ ἀνατείλας ἡμῖν σωτήρ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ ἡ ἀκαταμάχητος δύναμις τοῦ πατρός (1). E. f. 26. H. f. 34. b

Ποιῆσαι ἔλεος. v. 72.

Ἔλεος καὶ δικαιοσύνη Χριστός· ἠλεήθημεν γὰρ δι' αὐτοῦ, καὶ δεδικαιώμεθα, τοὺς τῆς φαυλότητος ῥύπους ἀπονιψάμενοι διὰ πίστεως δηλονότι τῆς εἰς αὐτόν. I. f. 13

Καὶ σὺ παιδίον προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ. v. 76.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦτο σκόπει, ὅτι ὕψιστός ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὗ προέδραμεν Ἰωάννης καὶ τῇ γεννήσει καὶ τῷ κηρύγματι· καὶ τί λοιπὸν φήσουσιν οἱ ἐλαττοῦντες αὐτοῦ τὴν θεότητα (2); πῶς δὲ οὐ βούλονται συνιέναι, ὅτι τὸ καὶ σὺ προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ, παρὰ Ζαχαρίου εἴρηται, ὡς καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν αὐτοῦ γεγονότων, ὡς θεοῦ δηλαδή; A. f. 12. b E. f. 30. H. f. 38.

Ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις. v. 79.

Τοῖς οὖν ἐν νόμῳ καὶ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν λύχνος ἦν οἷά τις Χριστοῦ προβαδίζων ὁ Βαπτιστὴς, καὶ περὶ αὐτοῦ προανεφώνηκεν ὁ θεός· ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου· * προετύπου δὲ αὐτὸν καὶ ὁ νόμος, κελεύων ἄσβεστον διατηρεῖσθαι τὸν λύχνον ἐν τῇ πρώτῃ σκηνῇ· ἀλλ' οἱ Ἰουδαῖοι χρόνον βραχὺν ἐπ' αὐτῷ ἠσθέντες διά γε τὸ προσδραμεῖν αὐτοῦ τῷ βαπτίσματι, καὶ θαυμάσαι τὸν βίον, εὐθὺς κατεκοίμησαν αὐτὸν τῷ θανάτῳ, μονονουχὶ τὸν ἀειφανῆ λύχνον κατασβεννύοντες· διὰ τοῦτο καὶ ὁ σωτὴρ ἔλεγε περὶ αὐτοῦ· * ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων· ὑμεῖς δὲ ἠθελήσατε μικρὸν ἀγαλλιασθῆναι πρὸς ὥραν ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ. E. f. 29. b *Ps. CXXXI. 17 *Ioh. V. 35

Τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης. v. 79.

Ἐπλανᾶτο μὲν γὰρ ἡ ὑπ' οὐρανὸν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίστην λατρεύουσα, καὶ τῷ τῆς ἀμαθείας κατεμελαίνετο σκότῳ, καὶ νὺξ I. f. 1[illegible]

(1) In codd. dicitur Victoris et Cyrilli. Latine tantum Corderius sub Victoris nomine.

(2) Intelligit Arianos qui Filium Deum quidem, sed tamen Patre minorem dicebant; id quod Eusebius quoque, utpote arianus, scribit in psalmi praesertim 88. interpretatione.

οἷα τις τῶν ἁπάντων διανοίαις ἐμπίπτουσα, τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα θεὸν ὁρᾶν οὐκ ἀφίει· ἀνέτειλεν δὲ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ φωτὸς καὶ ἡλίου δίκην ὁ τῶν ὅλων κύριος.

ΚΕΦ. Β'.

v. 79. Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις κ. τ. λ.

A. f. 14. b. E. f. 63. b. F. f. 750. H. f. 63. b.

Χρησίμως δὲ καὶ ἀναγκαίως ἐπεσημήνατο ὁ εὐαγγελιστὴς τὸν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γεννήσεως καιρόν· ἵνα γὰρ μάθωμεν, ὡς βασιλεὺς τῆς ἐκ φυλῆς Δαβὶδ, οὐκ ἦν παρὰ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἀλλ᾽ οἱ παρ᾽ αὐτοῖς ἄρχοντες ἐκλελοίπασιν, εἰκότως διαμέμνηται τῶν τοῦ Καίσαρος θεσπισμάτων, ὡς ὑπὸ σκῆπτρα λοιπὸν ἔχοντος μετὰ τῶν ἄλλων τὴν Ἰουδαίαν· οὕτω γὰρ κεκέλευκε γενέσθαι τὴν ἀπογραφήν.

v. 4. Διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ.

I. f. 63. b. F. f. 748. b.

Ἡ μὲν οὖν τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων βίβλος εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὴν γενεαλογίαν κατάγουσα, ἐκ τοῦ δαυιτικοῦ ἔχοντα οἴκου τὸ γένος, ἔδειξε δι᾽ αὐτοῦ καὶ τὴν παρθένον τοῦ Δαβὶδ συμφυλέτιν, τοῦ θείου νόμου τὰς συζυγίας ἀπὸ φυλῆς θεσπίζοντος γίνεσθαι τῆς αὐτῆς· ὁ δὲ τῶν οὐρανίων ὑποφήτης δογμάτων, ὁ μέγας ἀπόστολος Παῦλος *, ἀναφανδὸν διασαφεῖ τὴν ἀλήθειαν, ἐξ Ἰούδα μαρτυρῶν ἀνατεῖλαι τὸν κύριον. — Ἀλλὰ διάφοροι μὲν αἱ πρὸς ἑνότητα συνενεχθεῖσαι φύσεις τὴν ἀληθινὴν, εἷς δὲ ἐξ ἀμφοῖν θεὸς καὶ υἱὸς, οὐχ ὡς τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν· δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονε· διὸ ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν· κατὰ ταύτην τὴν τῆς ἀσυγχύτου ἑνώσεως ἔννοιαν, θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον κηρύττομεν, διὰ τὸ τὸν θεὸν λόγον σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἑνῶσαι ἑαυτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν (1)· ὁρῶμεν γὰρ ὅτι δύο φύσεις συνῆλθον ἀλλήλαις καθ᾽ ἕνωσιν ἀδιάσπαστον, ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως· ἡ γὰρ σὰρξ, σάρξ ἐστι καὶ οὐ θεότης, εἰ καὶ γέγονε θεοῦ σάρξ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ λόγος, θεός ἐστι καὶ οὐ

* Hebr. VII. 14.

E. f. 7.. F. f. 7... b.

dam mentibus omnium offusa, verum naturalemque Deum cernere non sinebat. Sed enim Israhelitis lucis solisque instar exortus est omnium Dominus.

Cap. II.

Factum est autem diebus illis etc.

Utiliter immo necessario designavit evangelista Servatoris nostri nativitatis tempus. Namque ut cognoscamus, regem de familia Davidis tunc nullum fuisse apud Israhelitas, sed eorum principes defecisse, recte meminit Caesaris edictorum, ceu qui cum ceteris populis Iudaeam quoque sceptro suo cohiberet. Sic enim descriptionem omnium mortalium fieri mandaverat.

Eo quod esset de domo et familia Davidis.

Sacrorum evangeliorum liber, ad Iosephum stirpis seriem deducens, qui de Davidis familia genus erat sortitus, demonstrat simul Virginem quoque de Davidis tribu aeque ac illum fuisse, quia divina lex coniugia intra eandem tribum fieri iubebat. Ceterum caelestium dogmatum interpres, magnus apostolus Paulus, veritatem palam edicit, ex Iuda ortum esse Dominum testans. – Diversae quidem ad veram unitatem faciendam concurrerunt naturae, unusque ex utraque Deus filius: non quod naturarum diversitas ob adunationem perempta fuerit; nam duarum potius naturarum adunatio facta est: propterea unum Christum, unum filium, unum dominum confitemur. Atque ob hanc inconfusae adunationis sententiam, deiparam quoque sanctam Virginem praedicamus, quia nimirum Dei Verbum caro factum est et homo, atque ab ipso conceptu copulavit sibi sumptum ex Virgine templum. Cernimus enim duas naturas indivisibili adunatione copulatas, indistincte, inseparabiliter. Nam caro, caro est non deitas, quamquam Dei caro facta est. Aeque Verbum, Deus est non caro, quamquam ob dispensationis mysterium

(1) Confer in nostra editione p. 77. Cyrillum orat. de Deipara cap. 4.

carnem illam sibi propriam effecit. Etsi autem et diversae et inaequales naturae sunt quae ad unitatem (Christi) faciendam concurrerunt, unus tamen ex utraque solusque est; neque licet unicum dominum Iesum Christum in hominem seorsum dividere, et item in Deum seorsum; sed unum eundemque dicimus esse Christum Iesum, naturarum diversitatem probe scientem, ipsasque sine ulla mutua confusione retinentem.

σὰρξ, εἰ καὶ ἰδίαν ἐποιήσατο τὴν σάρκα οἰκονομικῶς· εἰ δὲ καὶ διάφοροι καὶ ἀλλήλαις ἄνισοι τῶν εἰς ἑνότητα συνδεδραμηκότων αἱ φύσεις, ἀλλ᾽ οὖν εἷς ὁ ἐξ ἀμφοῖν γε μόνος· καὶ οὐ διαιρετέον τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς, καὶ εἰς θεὸν ἰδικῶς, ἀλλ᾽ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι φαμὲν Χριστὸν Ἰησοῦν, τὴν τῶν φύσεων εἰδότα διαφορὰν, καὶ ἀσυγχύτους ἀλλήλαις αὐτὰς διατηροῦντα (1).

Cum Maria desponsata sibi uxore praegnante.

Σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ, οὔσῃ ἐγκύῳ. V. 5.

Desponsatam ait fuisse sacer evangelista Iosepho Mariam, ut demonstret manentibus tantum sponsalibus evenisse conceptionem, miramque Emmanuhelis nativitatem, praeter humanae naturae leges. Non enim Virgo virili suscepto semine partum effudit. Quaenam autem rei ratio? Omnium inchoatio Christus, et secundus ut aiunt scripturae Adamus, Spiritu sancto operante genitus fuit, ut ad nos quoque gratiam transmitteret. Futurum quippe erat, ut nos pariter haud iam diutius hominum filii, sed Dei potius essemus, in Christo scilicet primo per Spiritum regenerationem adepti; ut fieret ipse primogenitus inter omnes, prout ait sapientissimus Paulus. Providentissime autem census occasio sanctam Virginem misit Bethleemum, ut alterius quoque vaticinii exitum videremus. Scriptum est enim, ut diximus: et tu Bethleem domus Ephrathae, modica es ut sis in millibus Iudae: ex te mihi exibit qui dux fiet in Israhele. – Iis autem qui dicunt, quod si carnaliter peperit Virgo, ipsa corrupta fuerit; sin vero minus corrupta fuerit, phantastice tantum peperisse; nos dicimus: propheta ait, dominum Deum Isra-

Ὁ δέ γε ἱερὸς εὐαγγελιστὴς, μεμνηστεῦθαι φησὶ τῷ Ἰωσὴφ τὴν Μαριὰμ, δεικνὺς ὡς ἐπὶ μόνοις τοῖς μνήστροις ἡ σύλληψις, καὶ παράδοξος ἡ γέννησις τοῦ Ἐμμανουὴλ, καὶ τοῖς τῆς ἀνθρωπίνης φυσεως οὐκ ἀκολουθοῦσα νόμοις· οὐ γὰρ τέτοκεν ἡ ἁγία παρθένος, ἀνθρωπίνου σπέρματος λαβοῦσα καταβολήν· καὶ τίς ὁ τοῦδε λόγος; ἡ πάντων ἀπαρχὴ Χριστὸς, ὁ δεύτερος Ἀδὰμ κατὰ τὰς γραφὰς, γεννητὸς γέγονε πνεύματος, ἵνα καὶ εἰς ἡμᾶς διαπέμψῃ τὴν χάριν· ἐμέλλομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς, οὐκ ἀνθρώπων ἔτι χρηματίζειν τέκνα, θεοῦ δὲ μᾶλλον, τὴν διὰ τοῦ πνεύματος ἀναγέννησιν ἐν πρώτῳ λαχόντες Χριστῷ· ἵνα γένηται αὐτὸς πρωτεύων ἐν πᾶσι, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος· * οἰκονομικώτατα δὲ τῆς ἀπογραφῆς ὁ καιρὸς πέπομφεν εἰς Βηθλεὲμ τὴν ἁγίαν παρθένον, ἵνα ἑτέραν ἴδωμεν προφητείαν ἐκτετελεσμένην· γέγραπται γὰρ ὡς ἔφημεν· καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθὰ (2), ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραήλ. * — Πρὸς δὲ τοὺς λέγοντας, ὅτι εἰ σαρκὶ γεγέννηται ἡ παρθένος, διέφθαρται· εἰ δὲ οὐ διέφθαρται, κατὰ φαντασίαν γεγέννηται, φαμέν· ὁ προφήτης λέ-

A. f. 15. L. f. 64. F. f. 748. b. H. f. 62.

* Coloss. I. 15. F. f. 65. b. F. f. 750.

* Matth. II. 6. B. f. 22.

(1) Saepe etiam alibi, ut heic, de duabus manentibus in Christo naturis perspicue locutus est Cyrillus, puta in libris atque epistolis adversus Nestorium (praesertim in illa quae incipit καταφλυαροῦσι), in dialogo quod unus sit Christus, in scholiis, atque in novis quae nos ipsi edidimus eiusdem scriptis. Quamobrem singulari Severi antiocheni impudentia atque mendacio opus fuit, ut Cyrillum haereseos suae monophysiticae patronum esse iactaret.

(2) Ita codices A. E. F. H. sine negante particula, uti reapse se habet textus hebraicus Michaeae V. 2, cum gr. et lat. vulgato; qua super re satis dictum est a sacris criticis, praesertim a S. Hieronymo ad Mich. loc. cit. et epist. 57.

γῃ, ὅτι [κύριος ὁ θεὸς Ἰσραὴλ] εἰσῆλθε
* Ezech. XLIV. 2. καὶ ἐξῆλθε, καὶ μένει ἡ πύλη κεκλεισμένη· * καὶ εἰ ἀσυγχύτως ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἀσπόρως πάντως συλληφθεὶς, ἀφθόρως γεγέννηται.

v. 7. *Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον.*

A. f. 2., B. f. 22 b., I. f. 71, i. f. 755 b., H. f. 71.

Ποῖον ἄρα πρωτότοκον; πρωτότοκον λέγει νῦν, οὐ υἱὸν πρῶτον ἐν ἀδελφοῖς, ἀλλὰ υἱὸν καὶ πρῶτον καὶ μόνον· ἔστι γάρ τι καὶ τοιοῦτον εἶδος ἐν ταῖς σημασίαις τοῦ πρωτοτόκου· καὶ γὰρ καὶ πρῶτον ἐστὶν ὅτε υἱὸν μόνον ἡ γραφὴ καλεῖ· ὡς τὸ, ἐγώ εἰμι θεὸς πρῶτος, καὶ μετ' ἐμοῦ οὐκ ἔστιν
* Is. XLIV. 6. ἕτερος· * ἵνα οὖν δείξῃ, ὅτι οὐ ψιλὸν ἄνθρωπον ἐγέννησεν ἡ παρθένος, ἐπήγαγεν τὸ πρωτότοκον· ἕτερον γὰρ οὐκ ἔσχεν υἱὸν, μείνασα παρθένος, ἀλλὰ υἱὸν τοῦ πατρός· περὶ οὗ καὶ θεὸς, καὶ πατὴρ διὰ φωνῆς
* Ps. LXXXVIII. 28. τοῦ Δαβὶδ βοᾷ· * κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτὸν ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς· τούτου καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος
* Hebr. I. 6. διαμνημονεύει λέγων· * ὅταν δὲ εἰσαγάγῃ υἱὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ· εἶτα πῶς εἰσβέβηκεν εἰς τὴν οἰκουμένην; ἔξω γὰρ ὑπάρχει αὐτῆς, οὐ τοπικῶς μᾶλλον ἀλλὰ φυσικῶς· ἕτερος γὰρ κατὰ φύσιν ἐστὶ παρά γε τῶν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· εἰσβέβηκε δὲ εἰς αὐτὴν γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ μέρος αὐτῆς χρηματίσας διὰ τὴν σάρκωσιν· καί τοι γὰρ μονογενὴς ὑπάρχων θεϊκῶς, ἐπειδὴ γέγονεν ἡμῶν ἀδελφὸς, ταύτῃ τοι καὶ ὠνομάσθη πρωτότοκος· ἵνα ὡς ἀπαρχὴ τῆς τῶν ἀνθρώπων υἱοθεσίας γεγονὼς, καὶ ἡμᾶς υἱοὺς θεοῦ γενέσθαι παρασκευάσῃ.

E. f. 73. F. f. 758. Ὥστε τὸ πρωτότοκον, περὶ τῆς οἰκονομίας εἰρῆσθαι νόμιζε· κατὰ γὰρ τὴν θεότητα μονογενής· πάλιν μονογενὴς μὲν καθ' ὃ λόγος ἐστὶν ἐκ πατρὸς, ἀδελφοὺς κατὰ φύσιν οὐκ ἔχων, οὐδὲ ἑτέρῳ τινὶ συνταττόμενος· εἷς γὰρ καὶ μόνος ὁ ὁμοούσιος τῷ πατρὶ υἱὸς τοῦ θεοῦ· πρωτότοκον δὲ διὰ τὴν πρὸς τὰ κτίσματα συγκατάβασιν· ὅτε μὲν οὖν μονογενὴς ὀνομάζεται, οὐδεμιᾶς αὐτῷ προσπεπλεγμένης αἰτίας,

helis ingressum esse atque egressum, et tamen ianuam clausam mansisse. Praeterea si inconfuse Verbum factum est caro, absque semine prorsus conceptum, sine ulla item corruptione natum est.

Peperitque filium suum primogenitum.

Quem, inquam, primogenitum? Primogenitum nunc dicit, non primum inter fratres, sed primum simul et unicum. Nam et hic quoque vocabuli « primogeniti » sensus est. Etenim primus dicitur interdum a scriptura qui unus est. Veluti illud: ego sum Deus primus, et mecum non est alter. Ut ergo ostenderet haud simplicem hominem a Virgine genitum, addidit « primogenitum. » Non enim alium habuit filium, quum virgo permanserit, nisi patris (caelestis) filium; de quo Deus pater voce Davidis clamat: et ego primogenitum ponam illum, excelsum prae regibus terrae. Huius sapientissimus quoque Paulus meminit dicens: et cum introducit primogenitum in orbem terrae, dicit: et adorent eum omnes angeli Dei. Iam vero quomodo in mundum introiit? Est enim extra ipsum non localiter sed potius naturaliter. Diversus enim natura est a re quavis in universo mundo contenta. Introiit ergo in mundum, quatenus factus est homo, mundique pars coepit esse propter incarnationem. Quamquam vero divinitus erat unigenitus, attamen postquam frater noster evasit, tum demum primogenitus quoque nominatus est; ut quatenus adoptivorum hominum princeps factus est, nos pariter Dei filios fieri curaret.

Primogenitum, ob dispensationis mysterium dictum esse puta: etenim secundum deitatem, unigenitus est. Rursus unigenitus est, quatenus Verbum est ex patre, fratres naturales non habens, nec alii cuiquam connumeratus: unus enim solusque est consubstantialis patri filius Dei. Primogenitus autem propter suam ad creaturas inclinationem. Cum ergo unigenitus appellatur, sic nempe absolute dicitur, quin

ulla causa admisceatur, ob quam reapse taliter nominetur, quum utique unigenitus Dei sit in patris sinu. Cum autem primogenitum ipsum sacrae appellant scripturae, statim addunt et quorum sit primogenitus, nec non causam ob quam eiusmodi appellationem sortitus sit. Dicunt enim primogenitum inter multos fratres, et primogenitum ex mortuis: illud quidem, quatenus factus est per omnia similis nobis absque peccato: alterum vero, quatenus ipse primus carnem suam ad immortalitatem resuscitavit. Porro unigenitus extitit secundum naturam, ceu solus ex patre Deus de Deo, solus de solo, Deus ex Deo effulgens, lumen de lumine. Primogenitus autem propter nos, ut quoniam primogenitus eorum qui facti sunt dicitur, per ipsum salvetur quicquid pari ac ille conditione est. Nam si eum esse primogenitum prorsus necesse est, sequitur ut ii quoque quorum est primogenitus, maneant. Quod si, prout vult Eunomius, primogenitus ex Deo dicitur ceu primus inter multos genitus; pariterque est Virginis primogenitus; utique ex hac etiam talis fuerit, tamquam alio prior. Iam quia reapse solus, non autem prior aliis, ex Maria primogenitus prodiit; utique ex Deo quoque primogenitus processit, non tamquam primus in multis, sed tamquam unicus revera genitus. Praeterea, si priora recte dicuntur causa posteriorum; primoque Deus erat et Dei filius, utique eorum, qui filii appellantur, causa filius est, quia hi ab illo nomen sunt auspicati. Ergo qui posteriorum filiorum causa est, merito dicetur primogenitus, non quod primus ortu sit inter illos, sed quia obtinendae filiorum appellationis causa ipsis fuit. Ac siculi, quia pater dicitur primus, iuxta illud, ego sum, inquit, primus, et ego novissimus, minime hinc prorsus cogimur credere illum posteriorum affinem; ita etiamsi primus dicitur in creatis rebus filius, sive ante omnem creaturam primogenitus, non

καθ᾽ ἣν ἐστὶν μονογενής, τοῦτο καλεῖται, ἀλλ᾽ ἀπολελυμένως, μονογενὴς θεὸς, ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός· * ὅτε δὲ πρωτότοκον αὐτὸν αἱ θεῖαι καλοῦσι γραφαὶ, εὐθὺς ἐπιφέρουσι καὶ ὧν ἐστι πρωτότοκος, καὶ τὴν αἰτίαν δι᾽ ἣν καὶ ταύτην ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν· φασὶ γὰρ πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς *, καὶ πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν· * τὸ μὲν, καθ᾽ ὃ γέγονεν ὅμοιος ἡμῖν κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας· τὸ δὲ, καθ᾽ ὃ πρῶτος αὐτὸς εἰς ἀφθαρσίαν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἀνέστησε· καὶ ἔστι μονογενὴς μὲν κατὰ φύσιν, ἅτε δὴ μόνος ὢν ἐκ πατρὸς θεὸς ἐκ θεοῦ, καὶ μόνος ἐκ μόνου, θεὸς ἐκ θεοῦ ἀναλάμψας, καὶ φῶς ἐκ φωτός· πρωτότοκος δὲ δι᾽ ἡμᾶς, ἵν᾽ ἐπειδὴ καλεῖται τῶν πεποιημένων πρωτότοκος, δι᾽ αὐτὸν σώζηται τὰ κατ᾽ αὐτόν· εἰ γὰρ δεῖ πάντως αὐτὸν εἶναι πρωτότοκον, μένουσι πάντως καὶ ὧν ἐστι πρωτότοκος· εἰ δὲ κατ᾽ Εὐνόμιον πρωτότοκος ἐκ θεοῦ λέγεται ὡς τῶν πολλῶν πρῶτος γεννηθεὶς, ἔστι δὲ καὶ ἐκ παρθένου πρωτότοκος, εἴη ἂν καὶ ἐξ αὐτῆς ὡς πρῶτος ἑτέρου· εἰ δὲ μόνος, ἀλλ᾽ οὐ πρὸ ἄλλων γεννηθεὶς, ἐκ Μαρίας πρωτότοκος κέκληται, καὶ ἐκ θεοῦ ἄρα πρωτότοκος, οὐχ ὡς πολλῶν πρῶτος, ἀλλ᾽ ὡς μόνος γεννηθείς (1)· ἔτι εἰ τὰ πρῶτα τῶν δευτέρων αἴτια ὡμολόγηται, πρῶτον δὲ ἦν θεὸς καὶ θεοῦ υἱὸς, τῶν ἄρα υἱῶν λεγομένων αἴτιος ὁ υἱὸς, ὡς ἐξ ἐκείνου λαχόντων τὴν κλῆσιν· ὁ ἄρα αἴτιος τῶν δευτέρων υἱῶν, λέγοιτ᾽ ἂν πρωτότοκος δικαίως, οὐχ ὡς πρῶτος ἐκείνων ὑπάρξας, ἀλλ᾽ ὡς πρῶτος τῆς υἱοῦ προσηγορίας γενόμενος αὐτοῖς αἴτιος· καὶ ὥσπερ τὸ λέγεσθαι πρῶτον τὸν πατέρα, ἐγὼ γάρ φησιν εἰμὶ πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, οὐκ ἀναγκάσει πάντως αὐτὸν συγγενῆ τοῖς μετ᾽ αὐτὸν νοεῖσθαι, οὕτω κἂν πρῶτος λέγηται τῆς κτίσεως ὁ υἱὸς, εἴτ᾽ οὖν πρωτότοκος πρὸ πάσης κτίσεως, οὐ πάντως ἔσται τῶν ποιημάτων εἷς· ἀλλ᾽ ὥσπερ ὁ πατὴρ ἀρχὴν ἑαυτὸν τῶν πάντων ἀποδεικνύων ἔλε-

* Ioh. I. 18.
* Rom. VIII. 29.
* Coloss. I. 18.

(1) Animadverte acutum et theologicum Cyrilli argumentum.

*

γὰρ, ἐγώ εἰμι πρῶτος, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς πρῶτος τῆς κτίσεως λέγεται· δι᾽ αὐτοῦ γὰρ τὰ πάντα γέγονεν· καὶ αὐτός ἐστιν ἡ πάντων κτισμάτων ἀρχὴ, ὡς κτίστης καὶ δημιουργός.

ideo tamen unus erit ullatenus ex creatis. Sed quemadmodum pater, ut se principium omnium ostenderet dixit, ego sum primus, sic etiam filius primus in creatis rebus dicitur: per ipsum enim omnia sunt facta, ipseque est creaturarum omnium principium, utpote conditor et creator.

v. 7. Καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ.

Et reclinavit eum in praesepio.

A. f. 29. E. f. 78. b. F. f. 763. H. f. 81. b. Εὗρεν ἀποκτηνωθέντα τὸν ἄνθρωπον· διὰ τοῦτο ἐν φάτνῃ ὡς ἐν τάξει τροφῆς τέθειται, ἵνα τὸν κτηνοπρεπῆ μεταμείψαντες βίον, εἰς τὴν ἀνθρώπῳ πρέπουσαν ἀνακομισθῶμεν σύνεσιν· καὶ οἱ κτηνώδεις τῇ ψυχῇ, προσελθόντες τῇ οἰκείᾳ τραπέζῃ τῇ φάτνῃ, εὕρωμεν μηκέτι χόρτον, ἀλλ᾽ ἄρτον τὸν ἐξ οὐρανοῦ, τὸ τῆς ζωῆς σῶμα.

Invenit hominem iumenti instar effectum. Idcirco Iesus ceu pabulum in praesepi positus fuit, ut nos beluinam vitam omittentes, ad dignum homine intellectum redeamus: et qui animo efferato fuimus, ad hanc eius praesepis mensam venientes, iam non foenum inveniamus, sed panem de caelo, corpus vivificum.

v. 8. Καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες.

Et pastores erant in eadem regione vigilantes.

B. f. 23. b. Ποιμέσι δὲ πρῶτον ἀποκαλύπτεται τὸ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων ὑμνούμενον μυστήριον, οἵ τινες τύπον ἐπεῖχον τῶν τὰς ἐκκλησίας μελλόντων ποιμαίνειν· αὐτοὺς γὰρ ἔδει καὶ πρώτους ἀκούειν τὸ ἐπὶ γῆν εἰρήνη, διότι καὶ οἱ πνευματικοὶ ποιμένες ἔμελλον τὴν εἰρήνην ἐπιφωνεῖν παντὶ τῷ τῆς ἐκκλησίας πληρώματι· ἔτι δὲ τὸ τῶν ποιμένων πρόσωπον, καὶ ἡ γινομένη διὰ τῆς ἀποκαλύψεως αὐτοῖς χαρὰ σημαίνει σαφῶς, ὡς ἐπὶ τὸ πλανώμενον ἦλθε πρόβατον ὁ ποιμὴν ὁ καλός· ποιμένας γὰρ οὐδὲν οὕτως εὐφραίνειν οἶδεν, ὡς ἡ τοῦ ἀπολωλότος βοσκήματος εὕρεσις· ὅπερ οὐκ ἦν ἑτέρου τινὸς εὑρεῖν, ἢ τοῦ ἀρχιποίμενος Χριστοῦ· εἶτα ἐπεὶ Βηθλεὲμ οἶκος ἄρτου ἑρμηνεύεται, ποῦ ἔμελλον οἱ ποιμένες μετὰ τὸ κήρυγμα τῆς εἰρήνης ἐπείγεσθαι, ἢ ἐπὶ τὸν πνευματικὸν οἶκον τοῦ οὐρανίου ἄρτου, τουτέστι τὴν ἐκκλησίαν; ἐν ᾗ μυστικῶς καθ᾽ ἑκάστην ἱερουργεῖται ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ἄρτος, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ (1).

Celebratum hymno ab angelis mysterium pastoribus ante omnes revelatur, qui typum futurorum in ecclesia pastorum gerebant. Illos nimirum oportuit primos audire verba « in terra pax » quia spiritales pastores pacem universo ecclesiae populo proclamaturi erant. Praeterea pastorum persona, et excitatum iis ex hac revelatione gaudium, significant prorsus advenisse ad errantem ovem pastorem. Etenim nihil magis pastores delectat, quam amissae pecudis inventio; quam quidem invenire nemo nisi princeps pastorum Christus poterat. Deinde quia Bethleem panis domum interpretamur, ubinam congregari post promulgatum evangelium debebant pastores, nisi in spiritali caelestis panis domo, id est ecclesia? in qua mystice quotidie sacrificatur is qui de caelo descendit panis, et vitam mundo suppeditat?

A. f. 29. b. B. f. 23. b. E. f. 79. b. F. f. 764. H. f. 83. b. K. f. 3. Ποιμένες γεγόνασι τῶν μυσταγωγουμένων ἀπαρχή· βλέπει δὲ πάλιν ὁ τύπος εἰς ἀλήθειαν· ποιμέσι γὰρ τοῖς πνευματικοῖς ἐμφανῆ καθίστησιν ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς, ἵν᾽ αὐτὸν τοῖς ἄλλοις εὐαγγελίζωνται· καθάπερ ἀμέλει καὶ οἱ τότε ποιμένες ἐδιδάσκοντο μὲν παρὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων· δραμόντες δὲ, τοῖς ἑτέροις ἀπήγγελλον· ἄγγελοι δὲ οὖν τῶν περὶ

Initiatorum primitiae pastores fuerunt: rursus itaque ad veritatem spectat typus. Spiritalibus namque pastoribus semet Christus demonstrat, ut hi deinceps ipsum aliis annuntient. Prorsus ut tunc pastores a sanctis angelis edocti, aliis vicissim festinantes rem nuntiaverunt. Itaque angeli initium praedicandi Christi faciunt, lau-

(1) Animadverte missae quotidianae in vetere etiam ecclesia consuetudinem.

dantque ut Deum illum, qui ex muliere mirabiliter secundum carnem natus erat. Deus enim reapse erat in specie nostra rerum omnium dominus, ut inflictam primae mulieri maledictionem antiquaret. Dictum quippe illi fuerat: in dolore filios paries. Sed postquam mulier incarnatum peperit Emmanuhelem, qui vita est, maledictionis vis excidit, extinctus fuit una cum morte etiam pariendi dolor in terrenis matribus. Vin aliam quoque rei causam cognoscere? Sapientissimi Pauli memento de Christo scribentis: quod enim impossibile erat in lege, quatenus ea propter carnem infirmabatur, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et pro peccato, damnavit in carne peccatum; ut iustificatio legis in nobis compleretur, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Quid ergo est, quod in similitudinem carnis missum fuisse filium dicit? Latet in carnis nostrae membris peccati lex, et congenitarum cupiditatum insanus motus. Dei autem Verbum homo factum, sanctam habuit carnem vereque purissimam: eratque in similitudine carnis nostrae, non tamen secundum illam: alienum quippe omnino erat, ab inhaerentibus corpori nostro inquinationibus, motuque et proclivitate quae nos ad illicita defert. Porro haec causa fuit cur Servator incarnari voluerit.

Et pannis eum involvit.

Cum vides infantem fasciis involutum, cave ne in eius sola secundum carnem nativitate mentem tuam defigas, sed scande potius ad dignae Deo maiestatis contemplationem: in caelum nempe conscende; sic enim in supernis spectabis excelsitatibus, eximia gloria circumdatum: videbis, inquam, in sublimi sedentem throno: audies seraphim hymnis eum celebrantes, plenumque dicentes caelum ac terram maie-

αὐτοῦ κηρυγμάτων ἀπάρχονται· καὶ δοξολογοῦσιν ὡς θεὸν τὸν κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς παραδόξως γεγεννημένον· θεὸς γὰρ ἦν ἐν εἴδει τῷ καθ᾽ ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων κύριος, ἵνα λύσῃ τὴν ἀρὰν τὴν ἐπὶ τῇ πρώτῃ γυναικί· εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτὴν, ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα· * ὡς γὰρ εἰς θάνατον τικτοῦσαι, τὸ τῆς ἀνίας ἐσχήκασι κέντρον· ἐπειδὴ δὲ ἡ γυνὴ τέτοκε κατὰ σάρκα τὸν Ἐμμανουὴλ ὅς ἐστι ζωὴ, λέλυται τῆς ἀρᾶς ἡ δύναμις, συναπέσβη τῷ θανάτῳ καὶ τὸ ἐν λύπαις γεννᾶν τὰς ἐπὶ γῆς μητέρας (1)· βούλει καὶ ἑτέραν αἰτίαν τοῦ πράγματος ἐκμαθεῖν; μέμνησο τοῦ σοφωτάτου Παύλου γεγραφότος περὶ Χριστοῦ· * τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα (2)· τί οὖν ἐστὶ τὸ, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας ἀπεστάλθαι λέγειν τὸν υἱόν; ἐμφωλεύει μὲν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς ἡμῶν, τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος, καὶ τῶν ἐμφύτων ἐπιθυμιῶν τὸ ἔκτοπον κίνημα· ὁ δέ γε τοῦ θεοῦ λόγος γενόμενος ἄνθρωπος, ἁγίαν εἶχε τὴν σάρκα καὶ πάναγνον ἀληθῶς· καὶ ἐν ὁμοιώσει μὲν τῆς ἡμετέρας σαρκὸς, οὐ μὴν ἔτι καὶ κατ᾽ αὐτήν· ἀπήλλακτο γὰρ εἰς ἅπαν τῶν ἐμπεφυκότων τοῖς ἡμετέροις σώμασι μολυσμῶν, κινήματος καὶ ῥοπῆς τῆς ἡμᾶς ἀποφερούσης ἐφ᾽ ἃ μὴ θέμις· ἀλλ᾽ αὕτη μὲν ἡ αἰτία τῆς τοῦ σωτῆρος σαρκώσεως.

* Gen. III. 16.

* Rom. VIII. 3.

Καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτόν. v. 7.

A f. 30. b. C. f. 108. b. E. f. 81. F. f. 706. H. f. 86. I. f. [illegible]

Ὅταν ἴδῃς βρέφος ἐσπαργανωμένον, μὴ μέχρι μόνης τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως αὐτοῦ τὴν σεαυτοῦ διάνοιαν στήσῃς, ἀλλ᾽ ἀναπήδησον εἰς θεωρίαν τῆς θεοπρεποῦς δόξης αὐτοῦ· ἀνάβηθι τὸν οὐρανόν· οὕτως αὐτὸν ἐν τοῖς ἀνωτάτω θεωρήσεις ὑψώμασι, τὴν ὑπερτάτην ἔχοντα δόξαν, ὄψει καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου· ἀκούσῃ τῶν σεραφὶμ ὑμνολογούντων αὐτὸν, πλήρη τε εἶναι λεγόντων τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τῆς δό-

(1) Hoc spiritali aliquo sensu intelligendum videtur. Nisi forte Cyrillus unice designat B. Mariam, quae certe sine dolore peperit.

(2) Confer quae adnotat Cyrillus in commentario ad hunc Pauli locum in editione nostra.

ξης αὐτοῦ· γέγονε δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· δόξα γὰρ θεοῦ περιέστραψε τοὺς ποιμένας· καὶ πλῆθος ἦν στρατιᾶς οὐρανίου δοξολογούντων Χριστόν· πλεῖστοι μὲν γὰρ ἐγεννήθησαν κατὰ καιροὺς ἅγιοι προφῆται, ἀλλ᾽ οὐδεὶς ἐκείνων ἐδοξολογήθη πώποτε διὰ φωνῆς ἀγγέλων· ἄνθρωποι γὰρ ἦσαν καὶ ἐν μέτροις τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς οἰκέται θεοῦ γνήσιοι· Χριστὸς δὲ οὐχ᾽ οὕτως· θεὸς γάρ ἐστι καὶ κύριος καὶ προφητῶν ἁγίων ἀποστολεύς· καὶ ὥς ὁ ψάλλων φησὶ *, τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ; καὶ τίς ὁμοιωθήσεται ἐν υἱοῖς θεοῦ; ἡμῖν μὲν γὰρ τοῖς ὑπὸ ζυγὰ καὶ φυσικὴν δουλείαν, ἐν χάριτος τάξει προσνενέμηται παρ᾽ αὐτοῦ τὸ τῆς υἱότητος ὄνομα· Χριστὸς δ᾽ ἐστὶν ἡ ἀλήθεια, τουτέστιν ὁ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς κατὰ φύσιν υἱὸς, καὶ ὅτε γέγονε σάρξ· μεμένηκε γὰρ ὃ ἦν, καί τοι προσλαβὼν ὃ οὐκ ἦν· ὅτι ἐστὶν ἀληθὲς ὅ φημι, πιστώσεται πάλιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας λέγων· * ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· βούτυρον καὶ μέλι φάγεται· πρὶν ἢ γνῶναι αὐτὸν προελέσθαι πονηρὰ, ἐκλέξεται τὸ ἀγαθόν· διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἀπειθεῖ πονηρίᾳ τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν· καί τοι πῶς οὐχ᾽ ἅπασιν ἐναργὲς, ὅτι παιδίον νεογνὸν καὶ ἀρτιθαλὲς, καὶ οὐκ ἔχον ἀπὸ τοῦ χρόνου καὶ τῆς ἡλικίας τὸ δύνασθαί τι νοεῖν, ἀνικάνως ἔχει πρὸς διάκρισιν πονηροῦ τε καὶ ἀγαθοῦ πράγματος; οἶδε γὰρ ὅλως οὐδέν· ἀλλ᾽ ἔν γε τῷ πάντων σωτῆρι Χριστῷ θαῦμα μέγα καὶ ἐξαίσιον ἦν· ἤσθιε μὲν γὰρ, ὡς βρέφος ὢν ἔτι, βούτυρόν τε καὶ μέλι· βούτυρον δὲ καλεῖ τὸ γάλα τῆς παρθένου ὁ προφήτης, διὰ τὸ μὴ ἐκ θηλύτητος καὶ ἡδονῆς καὶ ἐκλύσεως γεγενῆσθαι αὐτό· πεπηγὸς δὲ εἶναι καὶ στερεὸν, μὴ δὲ πικρίαν ἔχειν τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ τοῦ μέλιτος τὴν γλυκύτητα· εἴ γε πάντα τὰ τοῦ θεοῦ, γλυκύτερά ἐστιν ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον.

* Ps. LXXXVIII. 7.

* Is. VII. 14.

I. I. 74. Ἅμα μὲν ἐγεννήθη Χριστὸς, καὶ ἡ τοῦ διαβόλου δύναμις ἐσκυλεύετο· ἐθρησκεύετο μὲν ἐν Δαμασκῷ, καὶ πλείστους εἶχεν ἐκεῖ τοὺς

state eius. Iam id ipsum in terra quoque peractum est: etenim gloria Dei circumfulsit pastores, ac caelestis exercitus laudem Christo canentis multitudo. Plurimi certe nati sunt per tempora sancti prophetae, nemo tamen illorum glorificatus fuit umquam angelorum voce: homines enim erant, et intra modulum nostrum servi Dei fideles. Non ita Christus: est enim Deus ac dominus, et sanctorum prophetarum missor. Atque ut ait psalmista: quis in nubibus aequabitur Domino? Et quis ei comparabitur inter filios Dei? Etenim nobis quidem, qui sub iugo servilique conditione sumus, attributa est ab illo filiorum appellatio; sed enim Christus ipsa rei veritas est, nempe Dei patris naturalis filius, tunc etiam cum caro factus est: mansit enim quod erat, etiam postquam id assumpsit quod non erat. Quod autem vera dicam, testabitur denuo Isaias dicens: ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, cuius nomen appellabunt Emmanuhelem: butyrum et mel comedet: prius quam noverit mala praeoptare, bonum eliget: quia nimirum ante quam discernat puer bonum a malo, malitiae resistet ut bonum praeoptet. Ceterum quid ni omnibus constet, puerum nuper natum ac tenerum, qui ob brevitatem temporis atque aetatis quicquam intelligendo ineptus est, bonum a malo discernere prorsus nequire? Rei quippe omnis ignarus est. At enim in omnium servatore Christo, grande erat immensumque miraculum. Edebat enim, ceu adhuc puer, butyrum et mel. Butyrum autem lac virgineum appellat propheta, propterea quod haud ex feminea mollitia neque voluptate ac lubricitate effectum fuerat: concretum immo et solidum, nullamque habens peccati amaritudinem, sed mellis potius dulcedinem; siquidem quicquid Dei est, melle dulcius favoque est.

Christo nato, statim diaboli potentia praedae fuit. Et is quidem colebatur Damasci, ibique plurimos adoratores habe-

bat: verumtamen quo tempore sancta peperit Virgo, tyrannidis eius vires confractae sunt. Igitur ad veritatis notitiam ethnici pertracti fuerunt. – Mos est divinitus inspiratae scripturae, diversis nominibus universalem Deum appellandi; et quidem ex gestis per tempora rebus appellationes excogitandi. Id in Christo etiam factitatum est. Est enim verus Deus; quam rem illa quoque verba demonstrant: accelera spolia detrahere, festina praedari. – Eius initium crux fuit, per quam universi orbis regnum obtinuit; quandoquidem ipse vere usque ad mortem crucis patri obedivit. – Animadverte, carissime, et intellige, non ad ethnicorum consuetudines transisse eos qui per fidem sanctificati sunt; sed ad horum potius mores accessisse illos, qui vocati fuere. Et carnivorae quidem beluae sunt lupus, leo, ursus, panthera: herbis autem pascuntur quicumque sunt cicures, haedi, agni, vituli. Sed ferae, inquit, una cum cicuribus pascentur, et eorumdem escis utentur. Ergo nequaquam cicures ad ferarum consuetudines transierunt; sed hae potius ad illorum, ut dixi, mores conversae sunt. Mutati sunt itaque homines ex ferino ingenio ad congruam sanctis mansuetudinem; immutati fuerunt per Christum, factique sunt agni qui erant lupi: ipse enim eos cicuravit, duosque populos, ut dixi, in religiosa sententia copulavit. Hoc olim hierophanta quoque Moyses praedicavit dicens: laetamini gentes cum populo eius, dominum Deum nostrum magnificate.

Quia enim Deus ineffabiliter incarnatus erat, solus ipse bonum noscebat, humanaque malitia carebat, quod utique excelsae prae omnibus substantiae proprium est: nam quod naturaliter, firmiter atque immutabiliter bonum est, id ei unice proprieque convenit. Nam nemo bonus nisi solus Deus, iuxta ipsius Servatoris effatum. Cave igitur, ne ut infantulum tantummodo

προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἀλλ᾽ ἐν καιρῷ τοῦ τόκου τῆς ἁγίας παρθένου καὶ ἡ τῆς ἐκείνου τυραννίδος ἰσχὺς συνετρίβετο· ἐσαγηνεύοντο οὖν πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας οἱ ἐξ ἐθνῶν. — Ἔθος γὰρ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ διαφόροις ὀνόμασιν τὸν τῶν ὅλων θεὸν ἀποκαλεῖν, καὶ ὡς ἀπό γε τῶν κατὰ καιροὺς δρωμένων ἔσθ᾽ ὅτε προσεπινοεῖν τὰς κλήσεις· τοῦτο τετήρηται ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ· θεὸς γάρ ἐστιν ἀληθινός· ὅπερ ἐπιδείξειεν ἂν τὸ ταχέως σκύλευσον, ὀξέως προνόμευσον. * — Ἀρχὴ γὰρ αὐτοῦ γέγονεν ὁ σταυρὸς δι᾽ οὗ βεβασίλευκεν τῆς ὑπ᾽ οὐρανόν (1)· εἴπερ ἐστὶν ἀληθὴς ὅτι γέγονεν ὑπήκοος τῷ πατρὶ μέχρι θανάτου σταυροῦ. — Ἐπιτήρησον ἀγαπητὲ καὶ σύνες, ὅτι οὐκ εἰς τὰς τῶν ἐθνῶν συνηθείας ἐξέβησαν οἱ ἡγιασμένοι διὰ τῆς πίστεως, ἀλλ᾽ εἰς τὰς αὐτῶν μᾶλλον εἰσῆλθον οἱ κεκλημένοι· κρεοφαγοῦσιν μὲν οἱ θῆρες, λύκος τὲ καὶ λέων, ἄρκτος τὲ καὶ πάρδαλις· ποάφαγα δέ εἰσι τὰ τῶν ζώων ἥμερα, ἔριφοι τὲ καὶ ἄρνες καὶ μόσχοι· ἀλλ᾽ οἱ θῆρες δέ φησιν τοῖς ἡμέροις συμβοσκήθονται, καὶ τὰς αὐτῶν ἔδονται τροφάς· οὐκοῦν οὐ τὰ ἥμερα πρὸς τὰς τῶν ἀγρίων ἐκβέβηκε συνηθείας, ἐκεῖνα δὲ μᾶλλον εἰς τὰς τούτων, ὡς ἔφην, μεταπεφοίτηκε· μετέστησαν γοῦν ἐξ ἀγρίου φρονήματος εἰς τὴν ἁγίοις πρέπουσαν ἡμερότητα· μεταβέβληνται διὰ Χριστοῦ καὶ γεγόνασιν ἄρνες οἱ λύκοι· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ ἐξημερῶν αὐτούς· καὶ συνείρων, ὡς ἔφην, τοὺς δύο λαοὺς εἰς φρόνημα τὸ θεοφιλές· τοῦτο πάλαι καὶ ὁ ἱεροφάντης Μωϋσῆς ἀναπεφώνηκε λέγων· * εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, δότε μεγαλωσύνην κυρίῳ καὶ θεῷ ἡμῶν.

Ἐπειδὴ γὰρ θεὸς ἦν ἀπορρήτως σεσαρκωμένος, μόνον ᾔδει τὸ ἀγαθὸν, καὶ πονηρίας τῆς ἐν ἀνθρώποις ἐλεύθερος ἦν· ἴδιον δὲ τοῦτο τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας· τὸ γὰρ φύσει καὶ ἀραρότως καὶ ἀμεταπτώτως ἀγαθὸν, πρέποι ἂν αὐτῇ τε καὶ μόνῃ ἰδικῶς· οὐδεὶς γὰρ ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ θεὸς, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος φωνήν· * οὐκοῦν, μὴ ὡς βρέφος ἴδῃς ἁπλῶς τὸν ἐν φάτνῃ κείμενον,

I. f. 76.
* Es. VIII. 3.
I. f. 78. b.
I. f. 82.
* Deut. XXXII. 43. gr.
A. f. 30. b.
E. f. 82.
F. f. 766. b.
H. f. 8.. b.
* Marc. X. 18.

(1) Haud scio an Cyrillus hoc loco innuere videatur famigeratam illam lectionem psalmi XCV. 10: *Dominus regnavit a ligno;* de qua tot verba a philologis sacrisque criticis facta sunt.

ἀλλ᾽ ἐν πτωχείᾳ τῇ καθ᾽ ἡμᾶς τὸν πλούσιον ὡς θεὸν, καὶ διὰ τοῦτο δοξολογούμενον καὶ παρ᾽ αὐτῶν τῶν ἁγίων ἀγγέλων· ὁποῖος δὴ καὶ ὁ ὕμνος ἦν, δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· ἄγγελοι μὲν γὰρ καὶ πᾶσαι αἱ ἀνωτάτω δυνάμεις τὴν ἐκνεμηθεῖσαν αὐτοῖς σώζοντες τάξιν, καὶ εἰρηνεύουσι πρὸς θεόν· κατ᾽ οὐδένα γὰρ τρόπον τὸ αὐτῷ δοκοῦν παρατρέχουσιν, ἀλλ᾽ εἰσὶν ἐν ἑδραιότητι τῇ κατὰ δικαιοσύνην καὶ ἁγιασμόν· ἡμεῖς δὲ οἱ τάλανες, τοῖς τοῦ δεσπότου θελήμασι τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας ἀνταναστήσαντες, πολεμίων ἐν τάξει γεγόναμεν αὐτῷ· λέλυται δὲ τοῦτο διὰ Χριστοῦ· καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς ἡ εἰρήνη ἡμῶν, καὶ συνῆψε ἡμᾶς δι᾽ ἑαυτοῦ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, τὴν ἐχθροποιὸν ἁμαρτίαν ἐκ μέσου τιθεὶς, καὶ δικαιῶν ἐν πίστει, καὶ καλῶν ἐγγὺς
* Ephes. II. 15. τοὺς ὄντας μακράν· * καὶ καθ᾽ ἕτερον δὲ τρόπον, κτίσας τοὺς δύο λαοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάττων ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι πρὸς τὸν πατέρα· εὐδοκήσε γὰρ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν αὐτῷ, συνεῖραί
* Ephes. I. 10. τε τοῖς ἄνω τὰ κάτω· * καὶ ἀγέλην ἀποφῆναι μίαν, τούς τε ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· γέγονεν οὖν ἡμῖν εἰρήνη τε καὶ εὐδοκία Χριστός.

v. 10. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἄγγελος κ. τ. λ.

B. f. 24. b. Ἔστι νοεῖν ὡς ἀρχάγγελος ἦν, ὁ τοῖς ποιμέσι τὴν χαρὰν εὐαγγελισάμενος· ἅμα τῇ ὑπ᾽ αὐτὸν στρατιᾷ κατιὼν ἐπὶ τὰ τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων εὐαγγέλια· κἂν τέως μονώτατος αὐτοῖς διελέγετο, μὴ ὑποπιπτούσης ταῖς αὐτῶν ὄψεσι τῆς ὑπ᾽ αὐτὸν στρατιᾶς, διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀόρατον.

v. 22. Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως.

A. f. 33. b.
E. f. 89.
H. f. 96. Τέως οὖν ἴδωμεν αὐτὸν, διὰ τῶν ἀρτίως ἀνεγνωσμένων, τοῖς διὰ Μωϋσέως εἴκοντα νόμοις· μᾶλλον δὲ τὸν νομοθέτην αὐτὸν καὶ θεὸν, ὡς ἄνθρωπον τοῖς ἑαυτοῦ θεσπίσμασιν ὑποκείμενον· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν,
* Gal. IV. 3. διδάξει λέγων ὁ σοφώτατος Παῦλος· * " ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι· ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ

in praesepi iacentem spectes, sed potius divitem in paupertate nostra Deum, eiusque rei causa a sanctis ipsis angelis decantatum; cuiusmodi ille hymnus erat: gloria in excelsis Deo, et in terra pax, inter homines bona voluntas. Profecto angeli, cunctaeque sanctae virtutes, quae attributum sibi ordinem retinuerunt, pacem quoque cum Deo conservant, nullatenus voluntatem eius transgrediuntur, sed in stabili iustitia ac sanctitate manent. Nos vero miseri, qui Domini mandatis cupiditates nostras opposuimus, hostium instar apud illum evasimus. Verumtamen ea res per Christum destructa fuit, qui nostra pax est, nosque patri Deo coniunxit, causam odii peccatum de medio tollens, fide iustificans, sibique proximos faciens qui longe aberant. Alioqui etiam condens duos populos in unum novum hominem, pacem faciens, duosque illos in uno corpore patri reconcilians. Placuit enim Deo patri cuncta in Christo instaurare, et cum superioribus infima copulare, atque unum gregem efficere, caelestes atque terrestres. Factus est itaque Christus pax nobis et bona voluntas.

Dixitque illis angelus etc.

Credendum est archangelum hunc fuisse, pastoribus gaudii nuncium, qui cum exercitu suo caelo descendit ad salutis humanae felicem notitiam perferendam: solus tamen pastores alloquens, quorum oculis agmen ab ipso ductum non apparebat, propter angelicae naturae invisibilitatem.

Et postquam impleti sunt dies purgationis ipsorum secundum Moysis legem.

Nunc igitur ex nuper lectis cognoscamus illum Moysis legibus obedientem; immo vero legislatorem ipsum ac Deum, quatenus homo est, decretis propriis obsequentem. Rei vero causam docebit nos sapientissimus Paulus dicens: « quum parvuli essemus, sub elementis mundi eramus servientes. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex mu-

liere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. » Ergo de legis maledicto redemit eos Christus, qui sub lege erant, non tamen illos qui eam observaverant. Quomodo autem redemit? nempe eam ipse adimplens. Vel, ut paulo aliter dicamus, ut Adami transgressionis crimen solveret, obedientem se docilemque praebuit pro nobis in omni re patri Deo. Scriptum est enim, quod sicut per unius hominis inobedientiam, peccatores constituti sunt multi, ita per unius hominis obeditionem iusti constituentur multi. Cervicem itaque legi aeque ac nos supposuit, prudente consilio hoc ipsum agens: decebat enim ipsum implere omnem iustitiam. Igitur adveniente die octava, qua mos erat circumcisionem carnis peragere ex legis placito, circumciditur et ipse qui legem Moysi dederat, et ante hunc Abrahamo. Nomen etiam suscipit, Iesus scilicet, quod salus populi interpretatur. Sic enim voluit Deus pater filium suum nominari, genitum carnaliter ex muliere. Factus est enim tunc salus populi, neque unius tantummodo sed omnium gentium universaeque terrae. Eodem itaque tempore et circumcisio perficiebatur, et nomen is suscipiebat.

Quid autem heic lateat arcani, denuo dispiciamus. Beatus ait Paulus: « circumcisio nihil est, et praeputium nihil est. » Ergone rem, quae nulla est, observari omnium Deus per sapientissimum Moysen mandavit, poena transgressoribus simul indicta? Aio enimvero. Nam circumcisio, si rei

γενόμενον a) ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ (1)·,, οὐκοῦν τῆς τοῦ νόμου κατάρας ἐξεπρίατο Χριστὸς τοὺς ὄντας μὲν ὑπὸ νόμον, οὐ μὴν ἔτι * καὶ τετηρηκότας αὐτόν· (* E. sine ἔτι.) ἐξεπρίατο δὲ πῶς; πληρώσας αὐτόν· καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον· ἵνα λύσῃ τῆς ἐν Ἀδὰμ παραβάσεως τὰ ἐγκλήματα, εὐπειθῆ καὶ εὐήνιον πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἑαυτὸν παρέστησεν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ θεῷ καὶ πατρί· γέγραπται γὰρ *, (* Rom. V. 19.) ὅτι ὥσπερ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς, δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί· ὑφῆκε τοίνυν τῷ νόμῳ μεθ' ἡμῶν τὸν αὐχένα, οἰκονομικῶς καὶ τοῦτο πράττων· ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην· ἐνστάσης δὴ οὖν τῆς ὀγδόης, ἐν ᾗ σύνηθες ἦν τὴν ἐν σαρκὶ τελεῖσθαι περιτομὴν κατά γε τὸ δοκοῦν τῷ νόμῳ, περιτέμνεται καὶ αὐτὸς ὁ τὸν νόμον δοὺς τῷ Μωϋσῇ, καὶ πρὸ τούτου τῷ Ἀβραάμ· δέχεται καὶ τὸ ὄνομα, τουτέστι τὸ Ἰησοῦς· ἑρμηνεύεται δὲ τοῦτο σωτηρία λαοῦ· οὕτω γὰρ ἠθέλησεν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ὀνομάζεσθαι τὸν ἴδιον υἱὸν γεννηθέντα κατὰ σάρκα ἐκ γυναικός· γέγονε γὰρ τότε σωτηρία λαοῦ, καὶ οὐχ' ἑνὸς, μᾶλλον δὲ παντὸς ἔθνους, καὶ ἁπάσης τῆς ὑπ' οὐρανόν· ἐν ταὐτῷ τοιγαροῦν τὸ τῆς περιτομῆς ἐτελεῖτο χρῆμα, καὶ τὴν κλῆσιν ἐδέχετο.

Καὶ τί τὸ αἴνιγμα, φέρε δὴ πάλιν ἴδωμεν· ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος· * (* I. Cor. VII. 19.) ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστιν· ἆρ' οὖν τὸ μηδὲν τηρεῖσθαι προσέταξε διὰ τοῦ πανσόφου Μωϋσέως ὁ τῶν ὅλων θεὸς, καὶ κόλασιν ἐπαρτήσας τοῖς παραβαίνουσιν αὐτήν; ναὶ, φαίην ἄν· ὅσον μὲν γὰρ ἧκεν

a) Aubertus γεννώμενον heic et mox. Idem tamen initio fragmenti melius habet ἴδομεν *cognovimus*, quam nostri codices ἴδωμεν *cognoscamus*.

(1) Tractus hic cyrilliani commentarii de circumcisione Domini, eiusque in templo oblatione, extat partim in homilia edita Cyrilli eiusdem de hypapante Opp. T. V. part. 2. p. 391. seqq. (quae in codice H. f. 103. dicitur homilia XXVII.) Ego igitur partem hanc meo more, utpote notam, omisissem, nisi in nostris codicibus, praesentique editione, non pauca interponerentur quae ab edita homilia absunt; et nonnulla etiam editoris Auberti manifesta et gravia sphalmata corrigerentur, ut animadversiones nostrae demonstrant; quarum praecipua esto haec; quod nempe initio fragmenti (pag. 128.) pro rectissima codicum nostrorum lectione νομοθέτην θεὸν, ὡς ἄνθρωπον τοῖς ἑαυτοῦ θεσπίσμασιν ὑποκείμενον, Aubertus scribit νομοθέτην, ὡς θεὸν (omisso ἄνθρωπον) τοῖς ἑαυτοῦ etc. *legislatorem, ut Deum, suis legibus subditum;* qui palmaris in theologia error est. Et quidem ex nostris codicibus inferius etiam p. 132. habemus: νομοθέτης ἦν ὡς θεὸς, καὶ ὑπὸ νόμον ὡς ἄνθρωπος: *legislator erat uti Deus, et legi subditus uti homo.*

εἰς τὸ τοῦ πράγματος φύσιν, οὐδέν ἐστιν παντελῶς· ὠδίνει δὲ μυστηρίου τύπον· κατὰ γὰρ τὴν ὀγδόην ἡμέραν ἀνεβίω Χριστὸς ἐκ νεκρῶν, καὶ δέδωκεν ἡμῖν τὴν ἐν πνεύματι περιτομήν· προσέταξε γὰρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· τελεῖσθαι δὲ φαμὲν τὴν ἐν πνεύματι περιτομὴν, ἐν καιρῷ μάλιστα τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ὅτε καὶ μετόχους ἡμᾶς ἀποφαίνει Χριστὸς τοῦ ἁγίου πνεύ-
E. f. 89. b. ματος· καὶ τούτου πάλιν εἰς τύπον ἦν ὁ ἀρχαῖος *a*) ἐκεῖνος Ἰησοῦς, ὁ μετὰ Μωϋσέα στρατηγήσας· διεβίβασε γὰρ πρότερον τὸν Ἰορδάνην τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ· εἶτα καθίσας εὐθὺς μαχαίραις περιέτεμε πετρίναις· οὐκοῦν ὅτε διαβῶμεν τὸν Ἰορδάνην, τότε Χριστὸς ἡμᾶς περιτέμνει τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου πνεύματος· οὐ σάρκα καθαίρων, ἀποκείρων δὲ μᾶλλον τὸν ἐν ψυχαῖς *b*) μολυσμόν (1)· ἐν ὀγδόῃ τοιγαροῦν περιτέμνεται Χριστὸς, καὶ τὴν κλῆσιν ὡς ἔφην, λαμβάνει· τότε γὰρ τότε σεσώσμεθα παρ᾽ αὐτοῦ καὶ δι᾽ αὐτοῦ· ἐν ᾧ
* Coloss. II. 11. γάρ φησι * περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, ἐν ᾧ καὶ συνηγέρθητε· οὐκοῦν ὁ θάνατος αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε, καὶ ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ περιτομή· ἀπέθανε γὰρ, ἵνα ἡμεῖς οἱ συναποθανόντες αὐτῷ, αὐτοῦ ἀποθανόντος τῇ ἁμαρτίᾳ, μηκέτι ζήσωμεν τῇ ἁμαρτίᾳ· διὸ εἴρη-
* II. Tim. II. 11. ται· * εἰ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν· ἀποθανεῖν δὲ λέγεται τῇ ἁμαρτίᾳ, οὐχ᾽ ὅτι ἥμαρτεν, οὐδὲ γὰρ ἁμαρτίαν ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν· ὥσπερ οὖν συναπεθάνομεν αὐτῷ ἀποθνήσκοντι, καὶ συναναστῶμεν αὐτῷ.

Πάλιν ἐπειδὴ γέγονεν μεθ᾽ ἡμῶν ὁ υἱὸς, καί τοι θεὸς ὢν φύσει καὶ τῶν ὅλων κύριος, ταύτῃ τοι καὶ τὸ καθ᾽ ἡμᾶς οὐκ ἀτιμάζει μέτρον, ἀλλὰ μεθ᾽ ἡμῶν ὑπὸ τὸν αὐτὸν νόμον

ipsius natura spectetur, nihil omnino est; sed mysterii typum in ventre gerit. Namque octava hebdomadae die et resurrexit Christus a mortuis, et spiritalem nobis fecit circumcisionem. Praecepit enim sanctis apostolis: « euntes docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. » Fieri vero dicimus spiritalem circumcisionem tempore potissimum sancti baptismatis, quo nimirum participes nos efficit Christus sancti Spiritus. Cuius rei typus item fuit priscus ille Iesus, qui post Moysem gessit ducatum. Is enim primus filios Israhelis trans Iordanem tulit: deinde ibi subsistens, statim eos lapideis gladiis circumcidit. Ergo postquam Iordanem traiecimus, tunc Christus nos circumcidit Spiritus sancti virtute, haud carnem quidem purgans, sed animarum potius maculas eluens. Octava igitur die circumciditur Christus, et nomen ut dixi sumit. Tunc enim tunc prorsus ab ipso et per ipsum salvati fuimus: « in quo, inquit (Paulus), circumcisi estis circumcisione non manu facta in exspoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi: consepulti ei in baptismo, in quo et conresurrexistis. » Ergo mors eius nostri gratia accidit, nec non resurrectio et circumcisio. Mortuus est enim, ut nos cum eo pariter mortui, postquam ipse semel peccato mortuus est, haud ulterius peccato vivamus. Is autem non ideo mortuus peccato dicitur, quia peccaverit: etenim peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius; sed propter peccatum meum mortuus est. Sicut ergo cum eo moriente mortui pariter sumus, ita et cum ipso resurgemus.

Rursus quia filius nobiscum versari voluit, quamquam Deus natura suapte erat et omnium dominus, idcirco modulum nostrum non respuit, sed nobiscum legi semet

a) Perverse prorsus Aubertus ἀρχιερεὺς *pontifex*, qualis numquam fuit Iosue, pro ἀρχαῖος *priscus*. — *b*) Male rursus Aubertus τὸν ἔμψυχον pro τὸν ἐν ψυχαῖς.

(1) Conferatur Philonis breve de circumcisione scriptum.

fert, sic etiam Baptista singularum professionum hominibus utile atque conveniens dabat consilium: nempe populum ad paenitentiam accedentem, mutuam caritatem fovere iubet: publicanis quominus iniquas exactiones exerceant, interdicit: denique milites ne quemquam vexent, aptissime adhortatur, sed ut victu suo contenti sint.

v. 15. Προσδοκῶντος δὲ τοῦ λαοῦ, καὶ διαλογιζομένων πάντων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν περὶ τοῦ Ἰωάννου κ. τ. λ.

Populo autem expectatione suspenso, et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Iohanne etc.

A f. 33. b.
E. f. 155.
F. f. 78a.
B f. 140.

Οὕτως ἦν ἐξιάγαστος καὶ μέγας ὁ Ζαχαρίου παῖς, ὡς εἰς τοῦτο ὑπονοίας ἐλθεῖν τοὺς τῶν Ἰουδαίων δήμους, μὴ ἄρα πως αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς, ὁ καὶ διὰ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς γραφόμενος, καὶ διὰ προφητῶν ἁγίων προκεκηρυγμένος· ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ εἰς τοῦτο ὑπονοίας προῆλθόν τινες, ἀποκείρει ὑποψίαν, δεσποτικοῖς ἀξιώμασι ὡς οἰκέτης παραχωρῶν· ἀμέτρητον γὰρ τὸ μεταξὺ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· καί που ταῦτα λέγοντα τὸν ἱερὸν εὑρήσομεν βαπτιστὴν ἐν τῇ κατὰ τὸν Ἰωάννην εὐαγγελικῇ συγγραφῇ· * ἔφη γὰρ οὕτως· “ αὐτοὶ ὑμεῖς μαρτυρεῖτε, ὅτι εἶπον ὡς οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὅτι ἀπεσταλμένος εἰμὶ ἔμπροσθεν ἐκείνου. „

* Ioh. III. 28.

Adeo admirandus magnusque erat Zachariae filius, ut eum populus Iudaeorum suspicaretur fortasse esse Christum illum, quem legis umbra delineaverat, et prophetae sancti praedixerant. Quia igitur in hanc nonnulli suspicionem venerant, eam ipse praecidit, dominicali dignitati tamquam famulus cedens. Distant enim immensum a Deo homines. Quod ipsum dici comperiemus a sacro Baptista in evangelica Iohannis historia, ubi sic ait: vos ipsi testimonium mihi perhibetis quod dixerim, non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum.

v. 16. Ἀπεκρίνατο ὁ Ἰωάννης ἅπασι λέγων· ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς κ. τ. λ.

Respondit Iohannes dicens omnibus: ego quidem aqua baptizo vos etc.

A f. 33. b.
E. f. 155.
F. f. 78b.
B f. 140. b.

Ἀποφήνας τοίνυν ἑαυτὸν οὐκ ὄντα Χριστὸν, ἐπιφέρει λοιπὸν ἀποδείξεις, δι' ὧν ἔστι μαθεῖν, ὡς ἀμέτρητόν τι μεταξὺ διαφαίνεται θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, δούλου καὶ δεσπότου, τοῦ προβαδίζοντος οἰκετικῶς, καὶ τοῦ θεοπρεπῶς ἀναλάμποντος· εἴπερ ὑπάρχων τοσοῦτος εἰς ἀρετὴν ὁ μακάριος βαπτιστὴς, οὐκ ἄξιον ἑαυτὸν εἶναι φησὶν, οὐδ' ὅσον εἰπεῖν τοῦ ἀποθίγειν τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ· εἶτα τούτοις ἑτέραν ἀπόδειξιν εὐθὺς ἐπιφέρει· ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ὕδατι, ἐκεῖνος δὲ ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· μόνης γὰρ καὶ ἰδικῶς ἔργον ἐστὶ τῆς πάντα ὑπερκειμένης οὐσίας, τὸ ἐνιέναι δύνασθαί τισι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ θείας φύσεως κοινωνοὺς ἀποφαίνειν τοὺς προσιόντας αὐτῇ· ἐνυπάρχει δὲ τοῦτο, οὐ κατὰ λῆψιν καὶ μέθεξιν τὴν παρ' ἑτέρου τινὸς, ἀλλ' οἴκοθεν καὶ οὐσιωδῶς τῷ Χριστῷ· βαπτίζει γὰρ ἐν ἁγίῳ πνεύματι· θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶ,

Quum itaque declarasset se non esse Christum, profert deinde argumenta, ex quibus discere licet distare immaniter a Deo homines, a famulo dominum, ab eo qui serviliter praeit, illum qui digna Deo maiestate relucet: siquidem quum tanta polleret virtute beatus Baptista, haud se dignum ait calceos eius, ut dici solet, attingere. Deinde aliud quoque argumentum profert: equidem vos aqua baptizo, ille autem vos in Spiritu sancto baptizabit et igne. Unius quippe proprium est superstantis omnia substantiae, ut Spiritum sanctum possit aliquibus inmittere, et divinae substantiae eos qui ad ipsam accedunt participes facere. Porro haec Christo inest facultas: non quod eam aliunde acceperit aut participaverit, sed ex suapte natura ac substantialiter. Etenim is in Spiritu sancto baptizat. Quamobrem humanatum Verbum, Deus

utique est, fructusque substantiae Dei patris. Iam vero postea etiam quam factus est homo, id ipsum agebat, quia unus est filius cum unita sibi ineffabiliter et incomprehensibiliter carne. Et quidem quum antea dixisset beatus Baptista, non sum dignus calceamentorum sphaerulam dissolvere (sic enim appellant calcei extremitatem, quae in acutum desinit, cuiusmodi gestare barbari solent) statim addidit: hic vos baptizabit in Spiritu sancto et igne; et pedes scilicet habens et calceos. Neque enim quisquam sana mente praeditus dicet, Verbum nondum incarnatum, neque adhuc apud nos versans, pedes et calceos habuisse. Sed quia cum Verbum factum est homo, deitatem suam non amisit, ideo tunc etiam Deo digna operabatur, Spiritum tribuens credentibus in eum. Idem quippe Deus simul erat et homo.

Sed dicet aliquis: immo potius Verbum Deo digna faciebat per hominem de stirpe Davidis ortum. Atqui haec tibi dicenti nos opponemus Iohannis verba, qui alicubi ait Iudaeis: « venit post me vir, qui ante me factus est, quia prior me erat, et ego illum nesciebam. Sed qui misit me aqua baptizare, ipse mihi dixit: super quem videris descendentem Spiritum sanctum, supraque eum manentem, hic est qui baptizat in Spiritu sancto; et ego vidi, et testimonium perhibui quod ipse Dei filius sit. » En manifeste, quem virum dixit, eum ante se factum adfirmat, et sibi esse priorem, divinitus nempe praeexistentem; prout a Christo ipso iudaicae turbae dictum fuit: ante quam Abraham fieret, ego sum. Praeterea mox dicit descendisse in ipsum de caelo Spiritum. Num forte in simplex incorporeumque adhuc Dei Verbum descendisse aiunt Spiritum sanctum? et Spiritus sancti datorem, Spiritum proprium participare adfirmant? Quid ni illud potius adserunt, eum in humanitatem suam Spiritum sanctum recepisse, baptizasse vero divinitus in sancto Spiritu; eundemque unum

καὶ καρπὸς τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ὁ ἐνανθρωπήσας λόγος· ἀλλ' ἔδρα τοῦτο καὶ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, εἷς ὢν υἱὸς μετὰ τῆς ἀῤῥήτως τε καὶ ἀπερινοήτως ἑνωθείσης αὐτῷ σαρκός· καὶ γοῦν ὁ μακάριος βαπτιστὴς προειπὼν, οὐκ εἰμὶ ἄξιος, ἵνα λύσω τὸν σφαιρωτῆρα τῶν ὑποδημάτων (οὕτω γὰρ εἰώθασι λέγειν τὸ ἄκρον τοῦ ὑποδήματος, τὸ εἰς ὀξὺ λῆγον, τοιούτοις γὰρ χρῶνται οἱ βάρβαροι) προσεπήνεγκεν εὐθύς· οὗτος ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ, καὶ πόδας δηλονότι καὶ ὑποδήματα ἔχων· οὐ γάρ τοι φαίη τίς ἂν, εἴγε νοῦν ἔχει, ὡς ἄσαρκος ὢν ὁ λόγος καὶ οὔπω γενόμενος καθ' ἡμᾶς, πόδας εἶχε καὶ ὑποδήματα· ἀλλ' ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, ἐπειδὴ τὸ εἶναι θεὸς οὐκ ἀπώλεσεν, ἐνήργηκε πάλιν καὶ οὕτω θεοπρεπῶς, τὸ πνεῦμα διδοὺς τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν· ἦν γὰρ ἐν ταυτῷ θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός.

Ἀλλὰ ναί φησιν ἐνήργηκεν ὁ λόγος τὰ θεοπρεπῆ διὰ τοῦ ἐκ σπέρματος Δαβίδ· οὐκοῦν ἀντεροῦμεν σοι ταῦτα λέγοντι, τοῦ Ἰωάννου τὰ ῥήματα· ἔφη γάρ που πρὸς Ἰουδαίους· * " ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου, κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν· ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, αὐτός μοι εἶπεν· ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς καταβαῖνον τὸ πνεῦμα, καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ· κἀγὼ ἑώρακα καὶ μεμαρτύρηκα ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ· " ἰδοὺ γὰρ σαφῶς ἄνδρα λέγων, πρὸ αὐτοῦ γενέσθαι φησὶ, καὶ εἶναι πρῶτον αὐτοῦ, προϋπάρχοντα δηλονότι θεϊκῶς, κατά γε τὸ παρ' αὐτοῦ σαφῶς εἰρημένον τοῖς Ἰουδαίων δήμοις· † ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι· εἶτα πρὸς τούτῳ καὶ καταβῆναι φησὶν ἐπ' αὐτὸν τὸ πνεῦμα ἐξ οὐρανοῦ· ἆρ' ἐπὶ γυμνὸν καὶ ἄσαρκον ἔτι ὄντα τὸν τοῦ θεοῦ λόγον καταβῆναι φασὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; καὶ τὸν τοῦ πνεύματος χορηγὸν, τοῦ ἰδίου πνεύματος μέτοχον ἀποφαίνουσιν; ἢ μᾶλλον ἐκεῖνο φασὶν ὅτι τὸ πνεῦμα λαβὼν ἀνθρωπίνως, βαπτίζει θεϊκῶς ἐν ἁγίῳ πνεύματι, καί ἐστιν αὐτὸς ὁ εἷς τε καὶ μόνος, καὶ ἀληθῶς

* Ioh. I. 27. seqq

† Ioh. VIII. 58.

υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ὡς αὐτὸς μεμαρτύρηκεν ὁ μακάριος βαπτιστής; Ῥητέον καὶ οὕτως· τάχα δὲ τῇ τοῦ πνεύματος σημασίᾳ, τὴν τοῦ πυρὸς συνέδησεν ὁ μακάριος βαπτιστὴς, οὐκ ἐν πυρὶ πάντας βαπτισθήσεσθαι λέγων ἡμᾶς διὰ Χριστοῦ, ἀλλὰ τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν τὴν ζωοποιὸν διὰ τῆς τοῦ πυρὸς σημασίας σημαίνων· ἐκ γὰρ τῆς διαφόρου περὶ τὸ ὑποκείμενον ἐνεργείας, διαφόρους λαμβάνει τὸ ἓν πνεῦμα τὰς προσηγορίας.

A. f. 55. b. E. f. 157. F. f. 788. H. f. 167.

v. 17 Διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ.

A. f. 56. E. f. 158. b. F. f. 789. H. f. 168.

Ἰδοὺ δὲ φησὶν ὁ μακάριος βαπτιστὴς, Χριστῷ διαφέρειν ὡς δεσπότῃ τὴν ἅλωνα, τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ αὐτοῦ (1)· οὕτω γὰρ αὐτὴν καθαίρει, διϊστὰς καὶ διακρίνων ἀπὸ τοῦ σίτου τὸ ἄχυρον· διανομέα τε καὶ οἱονεὶ σημάντορα τῶν ἑκάστῳ πρεπόντων, ὀφθήσεσθαι λέγει, ὡς τὸν μὲν δίκαιόν τε καὶ ἀγαθὸν, σίτου δίκην ταῖς οὐρανίαις εἰσκομίζειν αὐλαῖς, πυρὸς δὲ ποιεῖσθαι τροφὴν, ἀχύρου τρόπον ἀποτιναχθέντα τὸν ἄδικον· ὁ μὲν γὰρ σῖτος, φησὶ, εἰς ἀποθήκην εἰσκομίζεται, τουτέστιν ἀσφαλείας ἀξιοῦται τῆς παρὰ θεοῦ, φειδοῦς τε καὶ φυλακῆς καὶ ἀγάπης· τό γε μὴν ἄχυρον ὡς ἄχρηστος ὕλη, πυρὶ δαπανᾶται (2). Ἄκουε δὲ τί καὶ διὰ Ἱερεμίου * φησὶν ὁ θεὸς, σύγκρισιν προφητῶν καὶ ψευδοπροφητῶν ποιούμενος· τί τὸ ἄχυρον πρὸς τὸν σῖτον; ἤγουν ἡ κουφολογία πρὸς τὴν ἀλήθειαν· ὁ μὲν γὰρ παρὰ θεοῦ λόγος, τροφιμωτάτην ἔχει τὴν δύναμιν· ὁ δὲ τῶν ἀνοσίων ψευδοδιδασκάλων, εὐδιαθρυπτότατός τε καὶ ἀχυρώδης ὑπάρχων, οὐδὲ μίαν τοῖς ἀκροωμένοις ἐμποιεῖ τὴν ὄνησιν (3).

A. f. 56. b. E. f. 158. b. F. f. 789. b. H. f. 168. b. * Hier. XXIII. 28.

esse solumque et vere patris Dei filium, ut idem testatur Baptista? Sed alia quoque explicatio proferenda est. Fortasse cum Spiritus vocabulo, ignis mentionem copulavit Baptista, non ut omnes nos baptizandos fore igne per Christum adfirmaret, sed ut vivificam Spiritus operationem, ignis vocabulo significaret. Nam pro diversa in subiecta re operatione, diversas sumit unus Spiritus appellationes.

Purgabit aream suam.

Ecce autem ait Baptista, a Christo utpote domino differre aream, id enim significat « suam. » Sic autem illam purgat, separando scilicet et discernendo a tritico paleam: seque futurum dicit distributorem ac veluti adsignatorem sortis cuique debitae; ita ut iustus quidem ac bonus, tritici instar, caelestibus cellis inferatur; flammae autem esca fiat, paleae instar excussus homo iniquus. Nam triticum, inquit, in horrea convehitur, id est Dei tutela dignum habetur, venia, custodia, et caritate: at palea velut inutilis materia, igne consumitur. Audi quid etiam per Hieremiam Deus dicat, prophetas cum pseudoprophetis contendens: « quid palea ad triticum? » nempe vanitas ad veritatem. Etenim Dei sermo nutrientem apprime vim habet; impiorum vero pseudo-magistrorum sermo quum fragilissimus acerosusque sit, nullam audientibus confert utilitatem.

(1) Hoc loco divus Thomas in catena habet latine aliud fragmentum. « Cyrillus. Per hoc autem quod » subdit: et permundabit aream suam; designat Baptista ecclesiam pertinere ad Christum quasi ad do» minum. »

(2) Plus aliquid legebat D. Thomas in catena. « Cyrillus. At paleae lentos et inanes signant, et quo» libet vento peccati ventilatos et volubiles. »

(3) Ad v. 19. seqq., ubi Lucas meminit Herodis Baptistam carceri tradentis, anonymus quidam interpres in codice B. f. 39. b. haec adnotat: ὁ μακάριος Κύριλλος τοῦ Ἡρώδου ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ οὐκ ἐπεμνήσθη· οἶμαι δὲ καὶ ἐγὼ ὅτι περιττῶς ὧδε κεῖται· εἰ γὰρ ἐνεκλείσθη ὁ Ἰωάννης, πῶς ἐβάπτιζεν; οὐ γὰρ ἴσμεν αὐτὸν ἐγκλεισθέντα καὶ ἀπολυθέντα, καὶ αὖθις ἐγκλεισθέντα καὶ τελειωθέντα: *beatus Cyrillus Herodis in explanatione non meminit. Reapse et ego iudico, ex abundantia heic poni. Nam si Iohannes iam in vinculis fuisset, quomodo nunc baptizaret? Neque enim nobis constat, illum in vincula coniectum, postea liberatum; rursusque carcere conclusum, et necatum.* Videmus ergo ab anonymo testimonium praeberi commentario Cyrilli in Lucam. Videmus item Cyrillum reapse nullam heic facere Herodis mentionem. Ceteroqui ad captum Iohannem quod adtinet, satis erit heic docti Calmeti adnotationem adscribere: *hoc nonnisi multo post contigit, uti ceteri evangelistae narrant. Visum autem est Lucae hic omnia describere quae ad Iohannem spectant, ante quam ad reliqua gradum faciat.*

Contigit autem, quum baptizaretur universus populus, et Iesu baptizato et orante, ut aperiretur caelum.

Baptizatur Iesus benedicens aquis, easque nostri causa purificans. Sanctum enim sanctorum est unigenitum Dei Verbum. Certe Iesus sancto baptismate non indigebat, neque remissionem peccatorum consequi, quam nos per ipsum lucramur: nam nos ex plenitudine eius cuncti accepimus. Et procedit quidem de Deo patre sanctus Spiritus, nihilominus filii quoque proprius est. Saepissime enim dictus est Spiritus Christi, is qui de patre Deo procedit Spiritus. Testis aderit Paulus, semel quidem: « vos autem non estis in carne, sed in spiritu, siquidem Spiritus Dei habitat in vobis. Quod si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius. » Et rursus: « quia vero filii estis, misit Deus Spiritum filii (sui) in corda vestra clamantem, abba pater. » Ergo procedit quidem, ut dixi, de Deo patre Spiritus sanctus, verumtamen ipsum suppeditat creaturae, dignisque dat naturalis verusque filius, unigenitum Dei Verbum, patris gloria exornatum. Quamobrem etiam aiebat: cuncta quae habet pater, mea sunt. Cur itaque baptizatus est, dicet aliquis, et Spiritum quoque recepit? Dicimus ergo, non eguisse Dominum sancto baptismate, sed nobis pro sua caritate salutis viam munivisse. Nam credentes in patrem et filium et Spiritum sanctum, atque hanc eximiam confessionem multis coram testibus facientes, cunctas peccati sordes abluimus, tum sancti Spiritus participes efficimur, divinae naturae communicamus, et adoptionis gratiam consequimur. Necesse itaque erat, ut patris Verbum postquam semet exinaniverat, et similitudinem nostram induere non dedignatus fuerat, boni cuiusvis operis exemplar nobis et trames fieret. Ergo ut ipsam sancti baptismatis vim cognoscamus, quantoque cum emolumento ad hanc gratiam accedamus, primus ipse opus adgreditur, et baptiza-

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαὸν, καὶ Ἰησοῦ βαπτισθέντος καὶ προσευχομένου, ἀνεῳχθῆναι τὸν οὐρανόν. v. 21

Βαπτίζεται δὲ ὁ Ἰησοῦς εὐλογῶν τὰ ὕδατα καὶ καθαίρων αὐτὰ ὑπὲρ ἡμῶν· ἅγιος γάρ ἐστιν ἁγίων ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος· καὶ οὐκ ἂν αὐτὸς ἐδεήθη τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, οὐδὲ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν τυχεῖν, ὥσπερ ἡμεῖς κερδαίνομεν δι' αὐτοῦ· ἐκ τοῦ πληρώματος γὰρ αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν· ἐκπορεύεται μὲν γὰρ ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἔστι δὲ καὶ ἴδιον τοῦ υἱοῦ· καὶ γοῦν εἴρηται πλεισταχοῦ πνεῦμα Χριστοῦ, τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἐκπορευόμενον πνεῦμα· καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ Παῦλος ποτὲ μέν· * ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα Χριστοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν· εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ· καὶ πάλιν· * ὅτι δὲ ἐστὲ υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν κρᾶζον, ἀββὰ ὁ πατήρ· οὐκοῦν ἐκπορεύεται μὲν, ὡς ἔφην, ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, χορηγεῖ δὲ αὐτὸ τῇ κτίσει καὶ δίδωσι τοῖς ἀξίοις ὡς φύσει τε καὶ ἀληθῶς υἱὸς, ὁ μονογενὴς αὐτοῦ λόγος, καὶ τοῖς τοῦ πατρὸς ἀξιώμασι διαπρέπων· καὶ γοῦν ἔφασκεν· * πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστι· πῶς οὖν ἐβαπτίζετο, φησὶν, ἐδέχετο δὲ καὶ τὸ πνεῦμα; καὶ φαμὲν, ὅτι οὐκ ἦν ἐν χρείᾳ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ὁ κύριος, ὁδὸν δὲ ἡμῖν ἐπενόησε σωτηρίας ὁ φιλάνθρωπος· πιστεύοντες γὰρ εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, καὶ τὴν ἐξαίρετον ταύτην ὁμολογίαν ποιούμενοι ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων, πάντα μὲν ῥύπον τὸν ἐξ ἁμαρτίας ἀπονιπτόμεθα, καταπλουτούμενοι δὲ καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος μέθεξιν, καὶ θείας φύσεως ἀποτελούμεθα κοινωνοὶ, καὶ τὴν τῆς υἱοθεσίας κερδαίνομεν χάριν· ἦν οὖν ἀναγκαῖον καθέντα πρὸς κένωσιν ἑαυτὸν τὸν τοῦ πατρὸς λόγον, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθεῖν οὐκ ἀπαξιώσαντα, παντὸς ἀγαθοῦ πράγματος ὑποτύπωσιν γενέσθαι καὶ ὁδόν· ἵνα τοίνυν μάθωμεν καὶ αὐτὴν τὴν δύναμιν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ ὅσα κερδαίνομεν τῇ τοιᾷδε προσιόντες χάριτι, ἄρχεται τοῦ πράγμα-

E. f. 163.
F. f. 793.

* Rom. VIII.

* Gal. IV. 6.

* Ioh. XVI. 15

τος αὐτὸς, καὶ βαπτισθεὶς προσεύχεται, ἵνα σὺ μάθῃς, ἀγαπητὲ, ὅτι τοῖς ἅπαξ καταξιωθεῖσι τοῦ ἁγίου βαπτίσματος πρᾶγμα πρεπωδέστατον ἡ ἀδιάλειπτος προσευχή.

Ἀνεῳχθῆναι δέ φησι τὸν οὐρανὸν ὁ εὐαγγελιστὴς ὡς πάλαι κεκλεισμένον· ἔφη γὰρ ὁ
* Ioh. I. 51 Χριστός· * ἀπάρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου· ὡς γὰρ μιᾶς ἤδη ποίμνης ἀποδεδειγμένης τῶν τε ἄνω καὶ τῶν κάτω, καὶ ἑνὸς ἅπασιν ἀναδειχθέντος ἀρχιποιμένος, ἀνεῴχθη μὲν ὁ οὐρανὸς, συνήφθη δὲ τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις ὁ ἐπὶ γῆς ἄνθρωπος· καταπεφοίτηκε δὲ καὶ τὸ πνεῦμα πάλιν ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῦ γένους ἡμῶν δευτέρᾳ· καὶ ὡς ἐν πρώτῳ Χριστῷ, οἰκονομικῶς οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλ' ἡμῖν γε αὐτὸ δεχομένῳ· πάντα γὰρ ἐν αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ πεπλουτήκαμεν· οἰκονομικώτατα τοίνυν ὑπομένει μεθ' ἡμῶν τὰ ἀνθρώπινα· ἐπεὶ, ποῦ κεκενωμένον ὀψόμεθα, καίτοι τὸ πλῆρες ἔχοντα θεϊκῶς; ποῦ συνεπτώχευσεν ἡμῖν, εἰ μὴ τῇ καθ' ἡμᾶς πτωχείᾳ συμπλάττεται; ἔφη δὲ ἡ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς φωνὴ ἐπὶ Χριστῷ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ὡς δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ τὸν ἐπὶ γῆς ἄνθρωπον λαβὼν, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός· ὁ γὰρ φύσει καὶ ἀληθῶς καὶ μονογενὴς υἱὸς, ὅτε γέγονε καθ' ἡμᾶς, εἰς υἱὸν ὁρίζεται θεοῦ, οὐχ ἑαυτῷ τοῦτο δεχόμενος, ἦν γὰρ καὶ ἔστιν ὡς ἔφην θεὸς ἀληθινὸς, ἀλλ' ἵνα εἰς ἡμᾶς διαπέμψῃ τὴν δόξαν· γέγονε γὰρ ἡμῶν ἀπαρχὴ, καὶ πρωτότοκος, καὶ δεύτερος Ἀδάμ· διὰ τοῦτο ἐν αὐτῷ πάντα καινὰ γεγενῆσθαι λέγεται· ἀποδυσάμενοι δὲ τὴν ἐν Ἀδὰμ παλαίωσιν, τὴν ἐν Χριστῷ καινότητα πεπλουτήκαμεν.

v. 22. Καταβῆναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

f. 1. 10. b. Εἰ ἐν καιρῷ τοῦ βαπτίσματος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δέχεται, τῶν τῆς ἀνθρωπότητος μέτρων εἴη ἂν καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων· οὐ γάρ τοι καθ' ὃ θεός ἐστιν ἁγιάζεται, τὸ πνεῦμα λαβὼν (αὐτὸς γὰρ ὁ ἁγιάζων ἐστὶν) ἀλλὰ καθ' ὃ πέφυκεν ἄνθρωπος.

tus orat; ut tu nimirum, dilecte, cognoscas his qui sancto baptismate digni fuerunt, rem convenientissimam fore perpetuam orationem.

Ait autem apertos fuisse caelos evangelista, ut significet antea fuisse clausos. Dixit enim Christus: « deinceps videbitis apertum caelum, et angelos Dei ascendentes et descendentes supra filium hominis. » Tamquam unum iam gregem esse demonstratum sit, supernum atque terrenum, unumque pastorem principem, aperti sunt caeli, et sanctis angelis consociatur homo terrestris: descenditque iterum Spiritus sanctus tamquam nova generis nostri facta inchoatione; et primo quidem in Christum, qui non tam sibi quam nobis ipsum recepit: cuncta enim in ipso et per ipsum adepti sumus. Eximia ergo dispensationis ratione nobiscum Christus patitur res humanas. Aliter enim, quomodo ipsum evacuatum vidissemus, etsi tota deitate plenum? Quomodo nobiscum pauper fuisset, nisi se nostrae paupertati conformavisset? Ait autem super Christum emissa vox patris, sancti baptismi tempore, ceu per ipsum et in ipso terrenum hominem suscipientis, ait inquam: hic est filius meus dilectus. Nam verus natura filius et unigenitus, postquam nostram conditionem assumpsit, Dei filius esse definitur, haud sibi id sumens; iam enim erat, ut dixi, Deus verus; sed ut ad nos hanc gloriam transmitteret. Factus est enim inchoatio nostra, primogenitus, et alter Adamus. Propterea cuncta in ipso nova facta dicuntur. Atque Adami vetustatem exuentes, novitatem in Christo adepti sumus.

Descendit Spiritus sanctus.

Si baptismi tempore Spiritus sanctus recipitur, id quoque praeter cetera ad humanae naturae conditionem pertinebit. Neque enim quatenus Deus est, sanctificatur, dum Spiritum recipit (ipse enim potius est qui sanctificat) sed quatenus homo est.

Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta.

Hoc est Samosatensis deliramentum, evangelicum dictum perperam interpretantis, quod Iesus erat incipiens quasi annorum triginta. Neque intellexit, quod idem et erat, et incipiebat, sed non secundum idem: erat enim ab aeterno ut Deus; incipiebat ut homo, quum paupertatem nostram suscepit. Initium autem capit, ut tu quoque priorem nativitatem antiques, et secundam recipias per regenerationem. – Sic magnum detrimentum et inexpectatum contingit ob dilatam in longum et ultra debitum tempus baptismi gratiam. Namque in primis numquam tuta spes est fore ut quisquam sui propositi finem consequatur. Tum etiamsi forte in vitae termino scopo suo potiatur, sanctificatur quidem, sed unicam tamen percipit peccatorum remissionem; de cetero talentum domino perfert infructuosum, in quo nihil negotiari curavit.

Cap. IV.

Iesus autem plenus Spiritu sancto regressus est a Iordane.

Heic mecum observa hominis naturam, in Christo tamquam primitiis, sancti Spiritus gratia unctam, et supernis honoribus coronatam. Olim quidem promiserat universalis Deus dicens, fore ut diebus illis effundam de Spiritu meo super omnem carnem. Completum autem in nobis est, ceu primo in Christo id quod erat promissum. Et priscis quidem hominibus, utpote ad corporis voluptatem incontinenter proclivibus, dixit Deus: non permanebit Spiritus meus in hominibus his, quia caro sunt. Sed postquam in Christo cuncta facta sunt nova, et per Spiritum atque aquam regenerationem optinuimus, neque iam carnis et sanguinis filii sumus, sed patrem potius

Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος. v. 23.

Τοῦτο τοῦ Σαμοσατέως τὸ παραλήρημα, κακῶς ἐκδεχομένου τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν, ὅτι ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος· καὶ οὐ συνιέντος ὅτι αὐτὸς ἦν, καὶ ἤρξατο, ἀλλ᾽ οὐ κατὰ τὸ αὐτό· ἦν μὲν γὰρ ἀεὶ ὡς Θεὸς, ἤρξατο δὲ ὡς ἄνθρωπος ὅτε τὸ ἡμέτερον ἐπτώχευσεν· ἄρχεται δὲ, ἵνα σὺ καταργήσῃς τὴν προτέραν γέννησιν, καὶ ἀναλάβῃς δευτέραν διὰ τῆς παλιγγενεσίας. E. f. 167 F. f. 797.
– Οὕτω πολύ τι τὸ βλάβος καὶ ἀδόκητον συμβαίνει ἐκ τοῦ φυλάττεσθαι τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος χάριν εἰς μακρὰν καὶ ὑπέρωρον ἀναβολήν (1)· μάλιστα μὲν γὰρ οὐκ ἀσφαλὴς ἡ ἐλπὶς, εἰ καὶ τῶν οἰκείων τὶς ἐπιτεύξεται βουλημάτων· ἐκβεβηκότος δὲ πάλιν εἰς τέλος αὐτῷ τοῦ σκοποῦ, ἁγιάζεται μὲν, πλὴν μόνην ἔχει τῶν πλημμελημάτων τὴν ἄφεσιν, καὶ τὸ τάλαντον ἀποκομίζει τῷ δεσπότῃ ξηρὸν, οὐδὲν ἐπεργάσασθαι σχολάσας αὐτῷ (2). A. f. 62. b. E. f. 167. b F. f. 797. H. f. 187. b

ΚΕΦ. Δ'.

Ἰησοῦς δὲ πνεύματος ἁγίου πλήρης ὑπέστρεψεν ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου. v. 1

Ἐνταῦθα μοι βλέπε τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν, ὡς ἐν ἀπαρχῇ τῷ Χριστῷ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριτι κατακεχρισμένην, καὶ τῶν ἀνωτάτω τιμαῖς ἐστεφανωμένην· πάλαι μὲν γὰρ ὑπισχνεῖτο λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεός· * ὅτι ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός * μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· πεπλήρωται δὲ εἰς ἡμᾶς ὡς ἐν πρώτῳ Χριστῷ τὸ ἐπηγγελμένον· καὶ περὶ μὲν τῶν ἀρχαιοτέρων, ἀκαθέκτως ἐκκεκλικότων εἰς φιλοσαρκίαν, ἔφη που Θεός· * οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμα μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκα· ἐπειδὴ δὲ πάντα γέγονεν ἐν Χριστῷ καινὰ, καὶ τὴν διὰ πνεύματός τε καὶ ὕδατος ἀναγέννησιν πεπλουτήκαμεν, χρηματίζομεν δὲ οὐκέτι σαρκὸς καὶ αἵματος τέκνα, A. f. 72. C. f. 112. b H. f. 218

* Iohel II. 29.

* cod. C. mendose πατρός.

* Gen. VI. 3.

(1) Videtur in praecedentibus (nunc deperditis) Cyrillus verba eorum retulisse, qui ut baptismum differrent, Christi exemplum obiiciebant anno aetatis trigesimo baptizati. Quam obiectionem facile dissolvit dicens, diversam esse Christi ac peccatorum hominum conditionem: nam ille baptismo numquam indiguit, istos immo festinare ad lavacrum oportet. Legatur hac super re Nazianzenus orat. XL. de bapt. cap. 29.

(2) Apud D. Thomam in catena Cyrillus reliqua etiam versiculi verba explanat sic. « Cyrillus. Licet » tamen Christus secundum carnem careat patre, suspicabantur aliqui eum patrem habere; unde sequitur: » – ut putabatur, filius Ioseph. – »

πατέρα ἢ μᾶλλον καλοῦμεν τὸν θεὸν, ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως ὡς τετιμημένοι λοιπὸν καὶ τὸ λαμπρὸν ἔχοντες τῆς υἱοθεσίας καύχημα, θείας φύσεως γεγόναμεν κοινωνοὶ διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὁ δὲ ἐν ἡμῖν πρωτότοκος ὅτε γέγονεν ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, δέχεται πρῶτος τὸ πνεῦμα, καί τοι τοῦ πνεύματος δοτὴρ ὑπάρχων αὐτὸς, ἵνα καὶ εἰς ἡμᾶς ἔρχηται δι᾽ αὐτοῦ τὸ ἀξίωμα, καὶ τῆς πρὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα κοινωνίας ἡ χάρις· τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Παῦλος διδάσκει ἡμᾶς, λέγων περί
* Hebr. II. 12. τε αὐτοῦ καὶ ἡμῶν· * ὅ τε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες· δι᾽ ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς κα-
* Ps. XXI. 23. λεῖν, λέγων· * ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· ἐπειδὴ γὰρ ὅλως οὐκ ἐπαισχύνεται καλεῖν ἡμᾶς ἀδελφοὺς, διά τοι τὸ ὑπελθεῖν τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν, διὰ τοῦτο τὴν ἡμῶν πτωχείαν εἰς ἑαυτὸν μεταθεὶς, ἁγιάζεται μεθ᾽ ἡμῶν, καί τοι τὴν κτίσιν ἅπασαν ἁγιάζων αὐτὸς, ἵνα μὴ φαίνηται τὸ τῆς ἀνθρωπότητος παραιτούμενος μέτρον, ὁ τῆς ἁπάντων σωτηρίας ἕνεκα καὶ ζωῆς, ἄνθρωπος γενέσθαι μὴ φυγὼν, καὶ ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς γενόμενος κατὰ πᾶν ὁτιοῦν, δίχα μόνης ἁμαρτίας.

Deum appellamus, propterea iure optimo abhinc ut honore ornati, splendidamque adoptionis gloriam adepti, divinae naturae communicamus propter sancti Spiritus participationem. Noster autem primogenitus ex quo inter multos fratres coepit existere, ad exinanitionem semet demittens, primus Spiritum recipit, quamquam dator ipse Spiritûs sit, ut ad nos quoque per ipsum dignitas redundet, et communionis cum sancto Spiritu gratia. Sic enim nos fere docet Paulus dum et de nobis et de illo dicit: et sanctificans et sanctificati, ex uno omnes. Quam ob causam non erubescit fratres illos vocare dicens: nunciabo nomen tuum fratribus meis. Quia vero haud omnino eum pudet fratres nos appellare, quandoquidem similitudinem nostri subiit, idcirco nostra ad se translata inopia, sanctificatur nobiscum, quamquam ipse creaturae omnis sanctificator est; ne humanitatis modulum repudiare videatur, is qui universalis salutis vitaeque causa, homo fieri non detrectavit, nobisque quaqueversus similis, uno excepto peccato.

v. 1 Καὶ ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον.

A. I. 72. b.
B. I. 11.
H. I. 220.

Τὸ γὰρ ἤγετο, οὐ τὸ ἀπεφέρετο μᾶλλον ἐστὶν, ἀλλ᾽ ὅτι διῆγε καὶ ἐπολιτεύετο· κατειθίσμεθα γάρ που καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ περὶ παντὸς ζῶντος ἐν ἐπιεικείᾳ, λέγειν· ὁ δεῖνα τυχὸν καλῶς ἑαυτὸν ἄγει· ἐπολιτεύετο τοίνυν ὁ κύριος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν τῷ πνεύματι, τουτέστι πνευματικῶς.

Et agebatur a Spiritu in desertum.

Vocabulum « agebatur » non tam heic significat deferebatur, quam versabatur atque habitabat. Solemus enim nos quoque interdum de quolibet pie vivente dicere: ille quidem bene se agit. Versabatur itaque Dominus in deserto, in spiritu id est spiritaliter.

v. 2. Καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις.

A. I. 73.
B. I. 14.
H. I. 221.

Νενήστευκε τοίνυν ὁ κύριος, οὐδὲν παντελῶς τῇ τοῦ σώματος χρείᾳ διδοὺς εἰς τροφήν· οὐκ αὐτὸς νηστείας προσδεόμενος, ἀλλὰ τύπον ὑμῖν τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν εἰς ὑπογραμμὸν ἀνατιθεὶς, καὶ εἰκόνα ποιούμενος τῆς παρ᾽ ἡμῖν ἐξαιρέτου καὶ τεθαυμασμένης ζωῆς· πόθεν γὰρ ἦν εἰδέναι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅτι τὸ τοῖς ἐρήμοις ἐνδιαιτᾶσθαι χρήσιμον αὐτοῖς καὶ ἀναγκαῖον εἰς σωτηρίαν; ἀποφυτ.. γὰρ ὥσπερ κυμάτων ζάλης, καὶ τῶν εἰκαίων τοῦ παρόντος βίου περισπασμῶν, καὶ

Et nihil manducavit in diebus illis.

Ieiunavit itaque Dominus, nihil escae omnino corporis usui suppeditans: non quod illi ieiunio opus esset, sed ut nobis suos actus typum exemplarque proponeret, et imaginem delinearet agendae apud nos selecti admirandique generis vitae. Unde enim didicissent terreni homines, vitam in desertis actam utilem esse vel necessariam saluti? Evadunt enim, tamquam ex fluctuum tempestate, de vanis praesentis vitae sollicitudinibus, ac propemodum ut beatus lo-

seph, exuunt remittuntque mundo quicquid eius est. Demonstrat itaque his qui ita vivere constituerunt, necessariam esse continentiam, cuius ieiunium fructus est. Sic enim superabitur tentator Satanas. Te quoque igitur oportet primum vestiri virtute ex alto, id est participem fieri sancti Spiritus; postea vero exoptabile, et summi apud Deum pretii, deligere vitae recte gerendae genus. Tunc spiritali fortitudine instinctus deserta loca requires: tunc sancte ieiunabis, voluptatesque mortificabis, et tentantis Satanae victor evades. – Ecce unus de certantibus fit, qui certaminum est munerarius, ut Deus; coronam optinet, qui sanctorum capita coronat. Videamus itaque luctae artificium, diabolicae malitiae cladem. Quadraginta exactis in ieiunio diebus, postea esuriit. Atqui ille is est qui esurientibus cibum suppeditat: ipse immo est panis de caelo descendens, vitae causa mundo concessus: rerum denique omnium conservator. Sed quia oportebat eum qui inopiam nostram non fuerat aspernatus, ab humanitatis terminis prorsus non excedere, permisit carnis naturae, ea quae sibi conveniunt requirere. Hoc modo ipsum esurisse dicimus. – Quum satis iam ieiunasset, vique Deo congrua carnem sospitem absque potu esuque servasset, vix denique hanc sivit quae sunt eius propria pati. Dictum est enim esurisse. Quamobrem? ut egregie ex utraque re, qui Deus simul et homo erat, cognosceretur unus idemque, et divinitus supra nos, et humanitus nobis par.

Dixit autem illi diabolus etc.

Deinde accedit tentator Satanas, auxiliarem veluti improbitatis suae famis passionem fore sperans. Saepe enim is praevalet, dum nostras infirmitates, suarum sumit insidiarum adgressionumque adiutrices. Existimavit ipsum protinus accursurum quò paratos panes videret. Dixit igitur: si filius Dei es, dic ut hic lapis panis fiat. Accedit, inquam, ceu vulgari homini et sanctorum uni: neque tamen suspicione

μονονουχὶ κατὰ τὸν μακάριον Ἰωσὴφ * ἀποδύονται τῷ κόσμῳ πάντα τὰ αὐτοῦ· δείκνυσι τοίνυν τοῖς οὕτω ζῆν ἑλομένοις, ἀναγκαίαν οὖσαν τὴν ἐγκράτειαν, ἧς νηστεία καρπός· ἡττηθήσεται γὰρ οὕτω πειράζων ὁ σατανᾶς· καὶ σὲ τοίνυν δεῖ πρότερον ἐνδύσασθαι τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν, τουτέστι μέτοχον ἀποφανθῆναι τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τότε τὴν ἀξιέραστον καὶ τετιμημένην παρὰ θεῷ κατορθοῦν ἑλέσθαι ζωήν· τότε τὰς ἐρήμους καταλήψῃ σὺν ἀνδρείᾳ πνευματικῇ· τότε νηστεύσεις ἁγίως, καὶ κατανεκρώσεις τὰς ἡδονάς, καὶ κρείττων ἔσῃ τοῦ πειράζοντος σατανᾶ. *Gen. XXVII. 23.*
— Ἰδοὺ γέγονεν ἐν τοῖς ἀθλοῦσιν ὁ ἀθλο- A. I. 73.
θέτης ὡς θεός· ἐν τοῖς στεφανουμένοις, ὁ τὰς B. f. 14. b. H. I. 221 b.
τῶν ἁγίων στεφανῶν κεφαλάς· ἴδωμεν τοίνυν τῶν παλαισμάτων τὸ εὐτεχνές, τῆς τοῦ διαβόλου σκαιότητος τὴν ἀνατροπήν· τεσσαρακοστῆς εἰς νηστείαν δαπανηθείσης ἡμέρας, ὕστερον ἐπείνασε· καί τοι δίδωσιν αὐτὸς τοῖς πεινῶσι τροφήν· καὶ αὐτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ, ἡ τῶν ὅλων σύστασις· ἐπειδὴ δὲ πάλιν ἐχρῆν τὴν καθ' ἡμᾶς πτωχείαν οὐκ ἀτιμάσαντα, τῶν τῆς ἀνθρωπότητος μέτρων μὴ εἰσάπαν ἀποφοιτᾶν, συγκεχώρηκε τῇ τῆς σαρκὸς φύσει ζητῆσαι τὰ ἑαυτῆς· οὕτως αὐτὸν πεινάσαι φαμέν. — Νηστεύσας γε μὴν ἀποχρώντως, καὶ δυνάμει θεοπρεπεῖ, ποτοῦ καὶ σιτίων δίχα τὴν σάρκα τηρήσας ἀδιάφθορον, ἐφίησι μόλις τὰ οἰκεῖα παθεῖν αὐτήν· πεινῆσαι γὰρ λέγει· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; ἵνα δι' ἀμφοῖν εὐτέχνως θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὑπάρχων, ἐπιγινώσκηται εἷς καὶ ὁ αὐτὸς δηλονότι, καὶ θεϊκῶς ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνως.

Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ διάβολος κ. τ. λ. v. 3.

Εἶτα προσέρχεται πειράζων ὁ σατανᾶς· A. I. 73. b.
συνεργὸν ὥσπερ τῆς ἐνούσης αὐτῷ δυστροπίας, B. I. 15. H. I. 224. b.
τὸ τοῦ λιμοῦ πάθος ἔσεσθαι προσδοκῶν· κατισχύει γὰρ ἡμῶν πολλάκις, τὰς ἐν ἡμῖν ἀσθενείας εἰς ἐπικουρίαν δεχόμενος τῶν ἑαυτοῦ σκεμμάτων ἤτοι ἐπιχειρημάτων· ἐνόμισεν αὐτὸν ἑτοίμως ἐπιπηδᾶν τῷ βούλεσθαι παρακειμένους ἰδεῖν ἄρτους· ἔφη γοῦν· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, εἰπὲ ἵνα ὁ λίθος οὗτος, ἄρτος γένηται· προσέρχεται μὲν, ὡς ἀνθρώ-

πῳ κοινῷ, καὶ ὡς ἑνὶ τῶν ἁγίων· πλὴν ὕποπτος ἦν, μὴ ἄρα πως αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός· πῶς οὖν ἠθέλησε τοῦτο μαθεῖν; ἐνενόησεν ὡς θεοπρεποῦς ἰσχύος ἀποτέλεσμα καὶ ἔργον ἐστὶ, τὸ μεταστῆσαι φύσιν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν· θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ποιῶν ταῦτα καὶ μετασκευάζων (1)· οὐκοῦν ἂν τοῦτο φησὶ γένηται, αὐτός που πάντως ἐκεῖνός ἐστιν, ὁ κατὰ τῆς ἐμῆς δυναστείας ἥξειν προσδοκώμενος· ἐὰν δὲ μὴ μεταβάλῃ, πρὸς ἄνθρωπον ἔχω, καὶ ἀποβέβληκα τὸν φόβον, καὶ τῶν κινδύνων ἀπήλλαγμαι· διὰ τοῦτο Χριστὸς, ἅτε δὴ εἰδὼς τοῦ θηρίου τὴν σκέψιν, οὔτε μεταβέβληκεν, οὔτε μὴν ἔφη μὴ δύνασθαι τοῦτο δρᾷν, ἤγουν μὴ ἐθέλειν· ἀποσείεται δὲ μᾶλλον ὡς ὀχληρὸν καὶ περιττὸν λέγων, οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, τουτέστιν ἐὰν ὁ θεὸς δύναμιν δῷ τῷ ἀνθρώπῳ, δύναται μὴ φαγεῖν, καὶ ζῆν ὡς Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας, οἳ ῥήματι θεοῦ ἔζησαν ἄσιτοι τεσσαράκοντα ἡμέρας· εἰ οὖν δυνατὸν δίχα ἄρτου ζῆν, ἵνα τί ποιῶ τὸν λίθον ἄρτον; οὔτε οὖν λέγει οὐ δύναμαι, ἵνα μὴ ἀρνήσῃ τε τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, οὔτε ὅτι δύναμαι, ἵνα μὴ γνοὺς ἐκεῖνος ὅτι θεός ἐστιν, ᾧ μόνῳ τὰ τοιαῦτα δυνα-
A. 1. 71. H. 1. 225. τὰ, ἀποστῇ ἀπ' αὐτοῦ. – Καί μοι ὅρα τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἐν Χριστῷ, τὰ τῆς ἐν Ἀδὰμ ἀκρασίας ἀποβάλλουσαν αἰτιάματα· διὰ βρώσεως ἐν Ἀδὰμ νενικήμεθα, δι' ἐγκρά-
A. 1. 71. b. H. 1. 226. τειαν ἐν Χριστῷ νενικήκαμεν. – Τοῖς μὲν ἀπὸ γῆς σιτίοις, τὸ γήϊνον ἡμῶν τρέφεται σῶμα, καὶ ζητεῖ πρὸς ἐπικουρίαν τὸ συγγενές· ψυχὴ δὲ ἡ λογικὴ λόγῳ τῷ θείῳ πρὸς εὐεξίαν ἁδρύνεται τὴν πνευματικήν· αἱ μὲν γὰρ ἀπὸ γῆς τροφαὶ, τὸ συγγενὲς τρέφουσι σῶμα· αἱ δὲ ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ, νευροῦσι τὸ πνεῦμα· τροφὴ νοῦ, ὁ λόγος ὁ παρὰ θεοῦ, καὶ ἄρτος πνευματικὸς, στηρίζων ἀνθρώπου καρδίαν,
* Ps. CIII. 15. κατὰ τὸ ἐν βίβλῳ ψαλμῶν * ὑμνούμενον· τοιαύτας δὲ εἶναι φαμὲν, καὶ αὐτῶν τῶν ἁγίων ἀγγέλων τὰς τροφάς.

V. . . Ἔδειξεν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τῆς οἰκουμένης.

A. 1. . b. H. 1. . 27. Ἀλλ' ὦ κακοῦργε καὶ πονηρὲ καὶ ἀλιτή-

carebat, num is forte esset Christus. Qua ratione itaque id cognoscere nititur? Cogitavit divinae potentiae effectum opusque esse, naturalis rei alicuius in aliud quid sibi extraneum, transformationem. Nam talium factor est et immutator Deus. Si ergo, inquit, id patraverit, prorsus hic ille est qui adversus potentiam meam venturus expectatur. Quod si minime hanc transformationem fecerit, res mihi cum homine est, metum abiicio, et periculo liberor. Propterea Christus, utpote beluae insidiarum conscius, neque lapidem immutavit, neque se id agere posse vel nolle negavit; sed et illum tamquam importunum, et rem tamquam supervacuam repulit; dicens: haud solo pane vivet homo; id est, si Deus vim homini tribuerit, poterit ille cibo abstinere, et tamen vivere, sicuti Moyses atque Helias, qui verbo Dei vixerunt impasti quadraginta diebus. Si ergo vivi absque pane potest, cur ego ex lapide panem faciam? Neque ergo dicit, non queo, ne suam potentiam neget; nec ait, possum, ne ille agnoscens quod Deus esset, cui soli haec omnia sunt possibilia, ab eo recederet. – Et tu mecum considera hominis in Christo naturam, quae gulosi Adami culpam repellit. Esu in Adamo victi fuimus, abstinentiâ in Christo vincimus. – Terrenis frugibus, terrenum nostrum alitur corpus, quod homogeneae rei adiutorium exquirit; rationalis autem anima divino verbo ad spiritalem habitudinem bonam roboratur. Nam quae sunt de tellure alimenta, cognatum sibi nutriunt corpus; superna autem de caelo, spiritum roborant. Mentis alimonia est, verbum Dei, panisque spiritalis qui hominis cor confirmat, sicut in psalmorum libro cantatur. Tales esse dicimus ipsorum etiam sanctorum angelorum cibos.

Ostendit illi omnia regna orbis terrae.

Sed heus tu malefice, et improbe, et

1) Animadverte Cyrilli doctrinam de divina potentia transformandi rei alicuius naturam in diversam aliam; quod etiam ad dogma eucharisticae transubstantiationis valet. Idem sentiebat Baptista cum ait: *potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae.*

flagitiose, quomodo ausus es rei omnis creatae domino cuncta regna demonstrare, ac dicere, omnia haec mea sunt? quae, si nunc procidens me adoraveris, tibi dabo. Quomodo quae tua non sunt promittis? Quis te heredem regni Dei constituit? Quis tibi terrarum orbem subiecit? Fraudulenter haec tibi vindicas; redde igitur humanato filio, cunctorum domino. Audi quid de te dicat Isaias propheta: « numquid et tibi paratum est regnare? vallem profundam, ignem et sulphur ac ligna posita; furor Domini, sicut vallis sulphure succensa. » Qui autem sortis tuae loco habes inextinguibilem flammam, cur rerum omnium regi tua promittis? Sperabas adoratorem habere quem omnia tremunt, quem laudant seraphim cunctaeque angelicae virtutes? Scriptum est enim: dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies. Quasi intima illius contingens, hoc tempestive praeceptum protulit. Namque ante suum adventum, universum ille irretiverat fraude mundum: ille ubique adorabatur. Verumtamen Dei lex, pellens illum de occupato fraudulenter imperio, unum suapte natura vereque Deum adorare iussit, eique soli cultum exhibere.

Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum.

Tertiam admovet tentationem diabolus, vanam gloriam; mitte te deorsum inquiens, ad deitatis demonstrationem. Sed enim haud eum elatione transversum egit; ipse potius nunc etiam scopo aberravit. Dictum quippe est, inquit Christus, non tentabis dominum Deum tuum. Equidem haud tentantibus Deus opem suppeditat, sed credentibus in eum. Non enim quia Deus nos clementia sua dignatur, idcirco ostentationi indulgere debemus. Insuper numquam Christus tentantibus se miraculum edidit: generatio, aiebat, prava signum quaerit, et signum non dabitur ei. Idem nunc sibi dictum audiat

σε, πῶς ἐτόλμησας τῷ κυρίῳ πάσης τῆς κτίσεως δεῖξαι πάσας βασιλείας, καὶ εἰπεῖν ὡς ταῦτα πάντα ἐμά ἐστι; νῦν οὖν εἰ πεσὼν προσκυνήσεις μοι, σοὶ δώσω· πῶς ἐπαγγέλλῃ τὰ μὴ σά; τίς σε κατέστησε κληρονόμον τῆς τοῦ θεοῦ βασιλείας; τίς ὑπέταξέ σοι τὴν ὑπ' οὐρανόν; ἐξ ἀπάτης ἥρπασας· οὐκοῦν ἀπόδος ἐνανθρωπήσαντι τῷ υἱῷ τῷ πάντων δεσπότῃ· ἄκουε τί φησιν ὁ προφή-
της Ἡσαΐας * περὶ σοῦ· “ μὴ καὶ σοὶ ἡτοι- * Is. XXX. 33.
μάσθη βασιλεύειν, φάραγγα βαθεῖαν, πῦρ καὶ θεῖον καὶ ξύλα κείμενα· ὁ θυμὸς κυρίου ὡς φάραγξ ὑπὸ θείου καιομένη· ” ὁ δὲ κλῆρον ἔχων τὴν ἄσβεστον φλόγα, πῶς τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων ἐπαγγέλλεις τὰ αὐτοῦ; προσεδόκησας ἔχειν προσκυνητὴν ὃν τρέμει τὰ σύμπαντα, καὶ δοξολογοῦσι τὰ σεραφὶμ καὶ πᾶ-
σαι αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις: γέγραπται, κύ- v. 8.
ριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ
λατρεύσεις (1)· ἁπτόμενος ὥσπερ τῶν σπλάγ- B f. 17. b.
χνων αὐτοῦ, ταύτην παρεκόμισεν εὐκαίρως τὴν ἐντολήν· πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ, πᾶσαν ἐπλάνησε τὴν ὑπ' οὐρανόν· αὐτὸς ἦν ὁ πανταχοῦ προσκυνούμενος· ὁ δέ γε τοῦ θεοῦ νόμος ἔξω τιθεὶς αὐτὸν τῆς ἐξ ἀπάτης αὐτῷ πεπορισμένης ἀρχῆς, ἑνὶ τῷ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς ὄντι θεῷ, προσέταξε προσκυνεῖν, καὶ αὐτῷ μόνῳ τὰς λατρείας ἐπιτελεῖν.

Εἰ ὁ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, βαλε σεαυτὸν ἐντεῦθεν κάτω. v. 9.

Τρίτην πεῖραν ὁ διάβολος προσάγει τὴν A. f. 75. b. B. f. 47. b. H. f. 230.
τῆς κενοδοξίας· βάλε σεαυτὸν κάτω λέγων, εἰς ἐπίδειξιν τῆς θεότητος· ἀλλ' οὐ κατήνεγκε διὰ τῆς ἐπάρσεως, ἀλλ' ἔξω βέβληκε καὶ εἰς τοῦτο σκοποῦ· εἴρηται γάρ, φησι, οὐκ ἐκπειράσεις κύριον τὸν θεόν σου· οὐ γὰρ τοῖς πειράζουσι χαρίζεται ὁ θεὸς τὰς ἐπικουρίας, ἀλλὰ τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν· οὐ γὰρ ὅτι φειδοῦς ἡμᾶς ἀξιοῖ, διὰ τοῦτο ἡμεῖς ἐπιδεικτιᾶν ὀφείλομεν· πρὸς τούτοις οὐδέποτε Χριστὸς τοῖς πειράζουσιν αὐτὸν ἐδίδου σημεῖον· γενεὰ γάρ, φησι, πονηρὰ σημεῖον ἐπιζη-
τεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ· * τοῦ- * Matth. XII. 39.
το καὶ νῦν ἀκουέτω πειράζων ὁ σατανᾶς·

(1) Heic interseritur apud D. Thomam in catena. « Cyrillus. Qualiter autem, si, secundum haereticos, Filius est creatura, adoratur? Quod crimen inferretur adversus eos, qui servierunt creaturae et non creatori, si Filium secundum eos creaturam existentem colimus tamquam Deum? »

οὐκοῦν νενικήκαμεν ἐν Χριστῷ· καὶ ὁ ποτὲ κρατήσας ἐν Ἀδὰμ, ἀπῆλθε κατῃσχυνόμενος, ἵν᾽ ἡμεῖς ὑπὸ πόδας ἔχωμεν αὐτόν· ὅτε γὰρ νενίκηκεν ὁ Χριστὸς, τότε καὶ
* Luc. X. 19. εἰς ἡμᾶς παραπέμπων τὸ δύνασθαι νικᾷν *, ἰδοὺ δέδωκα φησὶν ὑμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.

v. 10. Γέγραπται γὰρ ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περί σου, τοῦ διαφυλάξαι σε.

B. f. 47. b Ὅρα δὲ πῶς κακούργως πειρᾶται διὰ τῆς χρήσεως τῶν γραφῶν καθελεῖν τὴν δόξαν τοῦ κυρίου, ὡς δεομένου ἀγγελικῆς βοηθείας· ὡς μέλλοντος προσκόπτειν, εἰ μὴ ἄγγελοι αὐτῷ βοηθεῖεν· οὐ γὰρ περὶ τοῦ Χριστοῦ εἴρηται ἡ χρῆσις τοῦ ψαλμοῦ, οὐδὲ γὰρ δεῖται ἀγγέλων δεσπότης· τὸ δὲ πτερύγιον οἰκοδόμημα ἦν ὑψηλὸν ἄγαν, παρῳκοδομημένον
A. f. 75. b, H. f. 2[illegible]. b. τῇ πλευρᾷ τοῦ ἱεροῦ. — Ἀναφέρουσι μέν τοι κακῶς τινὲς τὸν ψαλμὸν (1), εἰς τὸ τοῦ κυρίου πρόσωπον· καὶ τοὺς στίχους συνάπτοντες, οὕτως ἀναγινώσκουσι· ὅτι σὺ κύριε ἡ ἐλπίς μου, τὸν ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου· φασὶ γοῦν ὅτι ὁ κύριος καταφυγὴν ἔχει τὸν ὕψιστον, δηλονότι τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα· γέγονε δὲ πρόφασις αὐτῶν τῆς τοιαύτης ἐννοίας, ὁ σατανᾶς· αὐτὸς γὰρ οὕτω νενόηκε τοὺς στίχους· εἰπὼν, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω· γέγραπται γὰρ ὡς τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ· συκοφάντης γὰρ ὑπάρχων καὶ πλάνος ὁ σατανᾶς, καὶ τὰ περὶ ἡμῶν εἰρημένα, αὐτῷ προσάπτει τῷ προσώπῳ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ἀλλ᾽ ἡμεῖς οὐχ᾽ οὕτως νοοῦμεν, ὡς νοεῖν ἔθος τῷ σατανᾷ· εἰ δὲ οὕτω νενοήκασιν Ἀρειανοὶ, θαυμαστὸν οὐδέν· ἀκολουθοῦσι γὰρ τῷ ἰδίῳ πατρὶ, ὃς ψεύστης ἐστὶ, καὶ ἀλήθεια ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι, κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνήν· εἰ γάρ ἐστι κατ᾽ αὐτοὺς ἀληθὲς τὸ τοιοῦτον, ἐλπίδα μὲν ἡμεῖς τὸν Χριστὸν πεποιήμεθα, αὐτὸς δὲ καταφυγὴν ἔχει τὸν πατέρα· οὐκοῦν βοηθουμένῳ προσπεφεύγαμεν, σωτῆρα, καλοῦμεν τὸν παρ᾽ ἑτέρου σωζόμενον· οὐκ ἔστι ταῦτα, μὴ γένοιτο· λέγομεν τοί-

tentator Satanas. Nos ergo in Christo vicimus. Qui autem ab Adamo olim victor discessit, nunc pudore suffusus recessit, ut nos ipsum pedibus suppositum teneamus. Cum enim Christus vicit, tunc nobis quoque vincendi vim tradens, ecce dedi inquit vobis potestatem calcandi serpentes et scorpiones, et universam inimici potentiam.

Scriptum est enim: angelis suis mandabit de te, ut custodiant te.

Cerne quam malitiose conatur scripturarum usu Domini gloriam delere, quasi is angelico auxilio egeat, et quasi impingere eum necesse sit, nisi ei angeli praesto fuerint. Atqui non de Christo dicta fuit psalmi sententia; namque angelis non eget Dominus. Porro pinnaculum fabrica erat quaedam celsissima, iuxta templi latus exstructa. – Male nonnulli referunt psalmum (XC. 9.) ad Domini personam, versiculos seriatim legentes sic: quia tu Domine spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum. Aiunt ergo Dominum habere refugium suum Altissimum, id est residentem in caelis patrem. Causa autem huiusmodi est illis Satanas, qui ita versiculos intellexit, cum ait: « si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: angelis suis mandavit de te. » Nam cum sycophanta deceptorque sit Satanas, ea quae de nobis dicta fuerunt, ipsi accommodat personae servatoris omnium nostrûm Christi. Verum enimvero nos haud ita intelligimus ut Satanas solet. Quod si ita intellexerunt Ariani, nil mirum; sequuntur enim patrem suum, qui mendax est, et veritate caret, iuxta Servatoris effatum. Nam si, ut isti volunt, ita se res haberet, nos quidem spem nostram in Christo collocavimus; ipse autem refugium habet patrem: ex quo sequitur ut ad egentem auxilio confugerimus, et servatorem appellemus eum qui ab alio servatus est. Verum haec non ita se habent; absit. Dicimus ergo his qui ita sentire solent: ecce

(1) Locus hic vel desumptus fuit a Cyrillo ex suo in ps. XC. commentario, apud nos p. gr. 419; vel ex hoc loco vice versa illuc translatus.

alterum vestrum nobis demonstratis errorem: extra regiam rectamque viam gradimini, in spinas foveasque decidistis, a veritate devii. Aequalis est per omnia patri filius, figura substantiae illius, Altissimus aeque ac pater. Satanas ergo his usus est versiculis ceu si cum Servatore ageret tamquam vulgari homine. Quum sit enim totus tenebrosus, et mentem obscuratam gerat, non intellexit dictorum verborum vim; nempe quod psalmus in persona cuiusvis iusti dictus fuerit ab illo Altissimo adiuti, qui Deus caelorum est. Nescivit insuper, Deum Verbum factum fuisse hominem, ipsumque adeo esse qui tunc ex dispensationis ratione tentabatur. Diabolus ergo, ut dixi, tamquam de communi homine, vel certe de uno aliquo sancto propheta, verba illa dicta esse putavit. Porro absurdum esset nos accurate mysterium iam edoctos, credentesque ipsum Deum esse Deique filium, et pro nobis aeque ac nos factum hominem, existimare dictos de ipso fuisse illos versiculos. Haud igitur Servatoris personae quadrant verba: altissimum posuisti refugium tuum. Ipse est enim Altissimus, omnium refugium, omnium spes, omnia potens dextera patris: quem si quis refugium suum posuerit, mala ad eum non accedent. Etenim ipse imperat angelis, qui sunt ministratorii spiritus, ut iustum custodiant. Nam sicuti carnales patres, quum viam asperam difficilemque aspexerint, infantulos suos manibus sustollunt, ne forte telleri illorum pedes laedantur, qui nondum viae duritiem ferre queunt, sic etiam intellectuales potentiae eos qui nondum labores durare valent, quia puerili adhuc animo sunt, non sinunt eos supra vires fatigari, sed omni eripiunt tentatione.

νυν τοῖς οὕτω φρονεῖν εἰωθόσιν, ἑτέραν ἡμῖν ἀναγγέλλετε πλάνησιν· ἔξω τῆς βασιλικῆς καὶ εὐθείας ἔρχεσθε τρίβου· εἰς ἀκάνθας καὶ βόθρους πίπτετε· τῆς ἀληθείας ἐκπεπτώκατε· ἴσος ἐστὶ κατὰ πάντα τοῦ πατρὸς, ὁ υἱός· χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· ὕψιστος καθὰ καὶ ὁ πατήρ· ὁ μὲν οὖν σατανᾶς τούτοις ἐχρήσατο τοῖς στίχοις (1) ὡς ἐπ' ἀνθρώπου κοινοῦ τοῦ σωτῆρος· ἐπειδὴ γάρ ἐστιν ὅλος σκότος, καὶ κατεσκοτισμένην ἔχει τὴν διάνοιαν, οὐ συνῆκε τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν, ὅτι ὁ ψαλμὸς ἐκ προσώπου παντὸς δικαίου εἴρηται βοηθουμένου ὑπὸ τοῦ ὑψίστου, ὄντος θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ· ἠγνόησέ τε πρὸς τούτῳ ὅτι θεὸς ὢν ὁ λόγος, γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ οἰκονομικῶς πειραζόμενος· ὁ μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ὡς ἐπ' ἀνθρώπου κοινοῦ, ἢ καὶ ὡς ἐφ' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν εἰρῆσθαι τοὺς λόγους ὑπελάμβανεν· ἄτοπον ἡμᾶς τοὺς εἰδότας ἀκριβῶς τὸ μυστήριον, καὶ πεπιστευκότας ὅτι θεός ἐστι καὶ υἱὸς θεοῦ, καὶ ὅτι δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος, ὑπονοεῖν περὶ αὐτοῦ τοὺς στίχους εἰρῆσθαι· οὐχ ἁρμόζει τοίνυν τῷ προσώπῳ τοῦ σωτῆρος τὸ λέγεσθαι τὸ ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ὕψιστος, ἡ πάντων καταφυγὴ, ἡ πάντων ἐλπὶς, ἡ πάντα ἰσχύουσα τοῦ πατρὸς δεξιά· κἄν τις αὐτὸν καταφυγὴν θεῖτο, οὐ προσελεύσεται πρὸς αὐτὸν κακά· αὐτὸς γὰρ ἐντελεῖται τοῖς ἀγγέλοις, λειτουργικοῖς οὖσι πνεύμασιν, ὅπως φρουρῶσι τὸν δίκαιον· ὥσπερ γὰρ οἱ κατὰ σάρκα πατέρες (2) ὅταν ἴδωσιν ὁδὸν τραχεῖαν καὶ δύσβατον, ἁρπάζουσιν εἰς χεῖρας τὰ βρέφη, μή πως ἀδικηθῇ τρυφερὸν ἔχοντα τὸν πόδα, καὶ οὔπω διὰ σκληρᾶς ὁδοῦ βῆναι δυνάμενα, οὕτω καὶ αἱ λογικαὶ δυνάμεις τοὺς οὔπω πονεῖν ἰσχύοντας, νηπιοπρεπῆ δέ πως τὴν διάνοιαν ἔχοντας, οὐκ ἐῶσι πονεῖν ὑπὲρ δύναμιν, ἀλλὰ παντὸς ἐξέλκουσι πειρασμοῦ (3).

Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilaeam.

Καὶ ὑπέστρεψεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος εἰς τὴν Γαλιλαίαν. v. 14.

Omisso urbium incolatu, desertis in lo-

Ἀφεὶς τὰς ἐν ταῖς πόλεσι διατριβὰς, τὸ

(1) Lege rursus Cyrillum ad ps. XC. apud nos p. 420.
(2) Adhuc adi Cyrillum ad ps. XC. p. 420.
(3) Animadverte de custodibus hominum angelis Cyrilli testimonium.

ἐρήμοις ἐνηυλίζετο· ἐκεῖ νενήστευκε πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ σατανᾶ, ἐκεῖ νενίκηκεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἐκεῖ συνέτριψε τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων, ἐκεῖ καθά φησιν ὁ μακάριος Δα-
* Ps. IX. 7. βὶδ *, τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος, καὶ πόλεις καθῄρηνται, τουτέστιν ὡς πύργοι καὶ πόλεις ὄντες· καταμεγεθήσας τοίνυν τὸν σατανᾶ, καὶ στεφανώσας ἐν ἑαυτῷ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν τοῖς κατ᾽ ἐκείνου βραβείοις, ὑπέστρεψεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος, ἐνεργείᾳ τε καὶ δυνάμει χρώμενος, πλείστας τε θεοσημείας ἀποτελῶν, καὶ πολὺ τὸ θαῦμα παρεχόμενος· εἰργάζετο δὲ τὰς θεοσημείας, οὐκ ἔξωθεν καὶ πεπορισμένην τὴν τοῦ πνεύματος χάριν λαβὼν, καθὰ καὶ ὁ τῶν ἁγίων χορὸς, ὑπάρχων δὲ μᾶλλον φύσει τε καὶ ἀληθῶς υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ κλῆρον ἴδιον ἔχων τὰ αὐτοῦ·
* Ioh. XVII. 10. καὶ γὰρ ἔφη πρὸς αὐτόν· * ὅτι πάντα τὰ ἐμὰ, σά ἐστι· καὶ τὰ σὰ, ἐμὰ, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς· δεδόξασται τοίνυν ὡς ἰδίᾳ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ χρώμενος τῇ τοῦ ὁμοουσίου πνεύματος.

v. 16. Καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρέτ· καὶ εἰσῆλθεν — εἰς τὴν συναγωγήν.

A. f. 77. H. f. 235. Ἐπειδὴ ἐχρῆν λοιπὸν ἐμφανῆ ἑαυτὸν καταστῆσαι τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, καὶ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐκλάμψαι μυστήριον τοῖς οὐκ εἰδόσιν αὐτὸ, καὶ ὅτι κέχρισται παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς εἰς σωτηρίαν τῆς ὑπὸ οὐρανὸν, πανσόφως καὶ τοῦτο οἰκονομεῖ· χαρίζεται δὲ τοῦτο πρό γε τῶν ἄλλων τοῖς ἐν Ναζαρὲτ, οἷς καὶ συνετράφη, κατά γε φημὶ τὴν σάρκα· εἰσελθὼν τοίνυν ἐν τῇ συναγωγῇ, δέχεται βιβλίον εἰς ἀνάγνωσιν· καὶ ἀνοίξας, προφητικὴν ἐπελέξατο ῥῆσιν, τὸ περὶ αὐτοῦ λαλοῦσαν μυστήριον. — Ἐναργέστατα δὲ διὰ τούτων αὐτὸς ἦν ὁ λέγων διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς, ὡς καὶ ἐνανθρωπήσει καὶ ἀφίξεται διασώσων τὴν ὑπ᾽ οὐρανόν· κεχρῖσθαι γὰρ οὐχ᾽ ἑτέρως φαμὲν τὸν υἱὸν, πλὴν ὅτι κατὰ τὴν σάρκα γενόμενον δηλονότι καθ᾽ ἡμᾶς καὶ ἐνανθρωπήσαντα· θεὸς γὰρ ὑπάρχων ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος, ὁ αὐτὸς δίδωσι μὲν θεϊκῶς τὸ πνεῦμα τῇ κτίσει, δέχεται δὲ αὐτὸ παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὁ πᾶσαν ἁγιάζων τὴν κτί-

cis versabatur. Ibi ieiunavit, tentatusque a diabolo est; ibi pro nobis vicit; ibi capita draconum contrivit; ibi, ut ait beatus David, inimici frameae defecerunt in finem, et urbes sunt destructae, id est illi qui turrium urbiumque instar erant. Ergo Satana superato, atque in se ipso coronata hominis natura spoliis de illo relatis, reversus est in Galilaeam cum virtute Spiritus, operandi potentia utens, plurima edens miracula, multamque sui admirationem excitans. Miracula vero operabatur, non accepta exterius donataque sibi a Spiritu gratia, sicuti ceteris sanctis eveniebat, sed ipse potius existens naturalis verusque Dei patris filius, et eorum, quae huius propria sunt, heres. Namque et ipsi aiebat: omnia mea, tua sunt: et tua, mea; et glorificatus sum in eis. Glorificatus est igitur, tamquam virtute et efficacia propria utens illa, quae est Spiritûs sibi consubstantialis.

Et venit Nazaret. — Et intravit in synagogam.

Quoniam deinceps oportebat notum se constituere filiis Israhelis, et incarnationis illucescere mysterium his qui illud ignorabant, et quod ipse unctus fuisset a Deo patre ob mundi salutem; prudentissime hoc quoque agit. Primis autem hoc ante alios beneficium largitur popularibus suis Nazareti, quos inter fuerat nutritus, secundum carnem videlicet. Ergo synagogam ingressus, sumit librum ad legendum; eoque aperto, propheticam deligit sententiam quae mysterium de ipso loquebatur. – Manifestissime vero in his dictis ipse prophetae voce aiebat, se hominem factum iri, et venturum ad salvandum orbem terrarum. Namque unctum fuisse haud aliter dicimus filium, quam quatenus caro factus erat, id est aeque ac nos homo constitutus. Iam quum ipse Deus simul et homo sit, idem Spiritum divinitus donat creaturae; idemque a Deo patre ipsummet recipit humanitus; qui tamen creaturam omnem san-

etificat; quandoquidem et ex sancto patre exsplenduit, et ex ipso profusum Spiritum tum in supernas virtutes tamquam proprium inmittit, tum etiam in illos qui adventum eius cognoverunt.

Spiritus Domini super me; propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me etc.

Manifeste his verbis demonstrat, se exinanitionis demissionem et humilitatem, et ipsum Christi nomen atque officium nostri causa excepisse. Namque ait: Spiritus, qui mihi naturaliter inest propter unitatem substantiae ac deitatis, is inquam in me exterius supervenit: sicut etiam apud Iordanem sub columbae specie descendit; non quia in me non esset, sed quatenus unxit me. Cur autem ungi voluit? Nempe quia nos deserti eramus a Spiritu ob antiquam illam sententiam, non permanebit Spiritus meus in his hominibus, quia caro sunt. – Haec ab humanato Dei Verbo dicuntur. Verus enim Deus ex Deo patre, et propter nos homo sine mutatione factus, nobiscum unctus est oleo exultationis, Spiritu in eum sub columbae specie apud Iordanem convolante. Olim sane symbolice ungebantur reges ac sacerdotes, qui indidem quamdam sanctificationis partem nanciscebantur. Sed hic nostri causa homo factus, intellectuali exultationis oleo, et ipso Spiritus adventu unctus fuit; rem hanc non sibi sed nobis accipiens. Etenim quum a nobis avolasset Spiritus, neque in nobis permansisset, quia caro eramus, luctus terram occupabat, quae Dei participatione carebat. – Praedicavit etiam captivis remissionem, vinciens fortem et tyrannice generi nostro dominantem Satanam, eiusque vasa, nempe nos, rapiens.

Sicut verba « unxit me » humanitati conveniunt; ungitur enim non divina natura, sed id quod nobis cognatum est; ita etiam verba « misit me » humanae conditioni reputanda sunt. – Et illos, qui olim diaboli tenebris obscuratum cor habebant,

σιν, ἅτε καὶ ἐξ ἁγίου πατρὸς πεφηνὼς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ προχεόμενον πνεῦμα καὶ ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἐνιεὶς ὡς ἑαυτοῦ, καὶ προσέτι τοῖς ἐπεγνωκόσιν αὐτοῦ τὴν ἐπιφάνειαν.

Πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με κ. τ. λ. v. 18.

Σαφῶς διὰ τούτων δηλοῖ, ὡς τὸ τῆς κε- B. f. 50.
νώσεως ὑφειμένον, καὶ ὑποβεβηκὸς, καὶ αὐτὸ τὸ Χριστὸς ὄνομά τε, καὶ πρᾶγμα δι' ἡμᾶς κατεδέξατο· τὸ γὰρ πνεῦμα, φησὶν, ὅπερ ἐστὶ φυσικῶς ἐν ἐμοὶ διὰ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας καὶ τῆς θεότητος, τοῦτο ἐπ' ἐμὲ παραγέγονεν καὶ ἔξωθεν· ὥσπερ καὶ ἐν Ἰορδάνῃ ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπεφοίτησεν, οὐχ ὡς μὴ ὑπάρχον ἐν ἐμοὶ, ἀλλ' οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με· τίνος δὲ εἵνεκεν χρισθῆναι προείλετο; ἡμῶν τῶν ἐρήμων γενομένων τοῦ πνεύματος διὰ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην ἀπόφασιν, τὸ οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμα μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκα. * — Ταῦτα ὁ ἐνανθρω- * Gen. VI. 3.
πήσας τοῦ θεοῦ λόγος φησί· θεὸς γὰρ ὢν ἀληθινὸς ἐξ ἀληθινοῦ θεοῦ τοῦ πατρὸς, καὶ δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος ἀτρέπτως γεγονὼς, μεθ' ἡμῶν κέχρισαι τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως, τοῦ πνεύματος αὐτῷ παρὰ τὸν Ἰορδάνην ἐπιφοιτήσαντος ἐν εἴδει περιστερᾶς· πάλαι μὲν γὰρ συμβολικῶς ἐχρίοντο βασιλεῖς τε καὶ ἱερεῖς, ἁγιασμοῦ τινὰ μετοχὴν ἐκ τούτου κερδαίνοντες· ὁ δὲ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσας, τῷ νοητῷ τῆς ἀγαλλιάσεως ἐλαίῳ, καὶ αὐτῇ τῇ τοῦ πνεύματος ἐπιφοιτήσει ἐχρίσθη· τοῦτο ἡμῖν λαμβάνων, οὐχ ἑαυτῷ· καὶ γὰρ ἀποπτάντος τοῦ πνεύματος, καὶ μὴ καταμείναντος ἐν ἡμῖν διὰ τὸ εἶναι ἡμᾶς σάρκα, πένθους ἦν πλήρης ἡ γῆ, ἅτε μετουσίας ἐστερημένη θεοῦ. — Ἐκήρυξε δὲ καὶ αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, B. f. 50. b.
ἣν καὶ ἐνήργησε, δήσας τὸν ἰσχυρὸν τὸν τυραννικῶς καταδυναστεύσαντα τοῦ γένους ἡμῶν σατανᾶν, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσας ἡμᾶς.

Ὥσπερ μέν τοι τὸ ἔχρισέ με, τῇ ἀν- A. f. 77. H. f. [illegible] b.
θρωπότητι πρέπει, χρίεται γὰρ οὐχ ἡ θεία φύσις ἀλλὰ τὸ ἡμῖν ὁμογενὲς, οὕτω καὶ τὸ, ἀπέσταλκέ με, τῷ ἀνθρωπίνῳ λογιστέον. — Καὶ τοὺς πάλαι τοῦ ἐκ τοῦ διαβόλου A. f. 77. [illegible] H. f. [illegible]
ἀχλὺν ἔχοντας εἰς καρδίαν, λαμπροὺς ἀπέ-

φηνεν, οἷά τις δικαιοσύνης ἥλιος ἀνίσχων, καὶ υἱοὺς ἀποφήνας οὐκέτι νυκτὸς καὶ σκότους ἀλλὰ φωτὸς καὶ ἡμέρας, κατὰ τὴν Παύλου φω- (* I. Thess. V. 5.) νήν· * καὶ οἱ τυφλοὶ ὄντες, ἐτύφλωσε γὰρ τὰς καρδίας αὐτῶν ὁ ἀποστάτης, ἀνέβλεψαν, καὶ ἐπέγνωσαν τὴν ἀλήθειαν, καὶ καθὼς φη- (* Is. XLII. 16.) σὶν Ἡσαΐας *, γέγονεν αὐτοῖς τὸ σκότος εἰς φῶς· τουτέστιν οἱ ἀμαθεῖς, γεγόνασι σοφοί· οἱ ποτὲ πλανώμενοι, τὰς τῆς δικαιοσύνης ἐγνώκασιν ὁδούς· φησὶ δέ που καὶ πρὸς (* Is. cap. cit. v. 6. 7.) αὐτὸν τὸν υἱὸν ὁ πατήρ· * δέδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει· ἀφίκετο γὰρ ὁ μονογενὴς εἰς τόνδε τὸν κόσμον, καὶ τοῖς ἐκ γένους, τουτέστι τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ἐξ αὐτῶν γὰρ πέφηνε τὸ κατὰ σάρκα, τὴν καινὴν δέδωκε διαθήκην, τὴν πάλαι προηγγελμένην διὰ φωνῆς προφητῶν· ἐνήστραψε δὲ καὶ τοῖς ἔθνεσι τὸ θεῖόν τε καὶ οὐράνιον φῶς· καὶ τοῖς ἐν ᾅδου πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξε, καὶ τοῖς καθειργμένοις ἐν οἴκῳ φυλακῆς ἐπεφάνη, καὶ πάντας ἀνῆκε δεσμῶν καὶ ἀνάγκης· ταῦτα δὲ πῶς οὐκ ἂν ἔχοι σαφῆ τὴν ἀπόδειξιν τοῦ, ὅτι καὶ θεὸς καὶ ἐκ θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Χριστός;

Τί δὲ τὸ ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει; τὸ ἐλευθέρους ἐκπέμψαι, οὓς συνέθραυσε νοητῶς ῥαβδίζων ὁ σατανᾶς. Τί δὲ τὸ κηρύξαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτόν (1); τὸ τὴν ἑαυτοῦ εὐαγγελίσασθαι παρουσίαν, τὸ τὸν καιρὸν ἐνστῆναι τοῦ κυρίου, τουτέστι τοῦ υἱοῦ· δεκτὸς γὰρ ἐνιαυτὸς, καθ᾽ ὃν ἐσταυρώθη Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν· δεκτοὶ γὰρ τότε γεγόναμεν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ καρποφορηθέντες (* Ioh. XII. 32.) δι᾽ αὐτοῦ· διὸ ἔλεγεν *, ὅταν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν· καὶ γοῦν ἀνεβίω τριήμερος, πατήσας τοῦ θανάτου τὸ (* Matth. XXVIII. 18.) κράτος· εἶτα τοῖς μαθηταῖς προσεφώνει· * ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία, καὶ τὰ ἑξῆς· δεκτὸς οὖν ἐνιαυτὸς ἐκεῖνος που πάντως, καθ᾽ ὃν εἰσεδέχθημεν τὴν πρὸς αὐτὸν λαχόντες οἰκείωσιν, ἀπονιψάμενοι τὴν ἁμαρτίαν, διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος· καὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύ-

splendidos fecit, sol veluti iustitiae oriens; eosque haud iam diutius noctis ac tenebrarum filios, sed lucis atque diei praestitit, iuxta Pauli dictum. Et qui caeci erant, quorum corda scilicet apostata ille excaecaverat, lumen viderunt, veritatemque agnoverunt; atque ut ait Isaias, tenebrae illis in lucem versae sunt: id est rudes, facti sunt sapientes; et qui illactenus erraverant, iustitiae vias cognoverunt. Dicit autem alicubi etiam filio pater: dedi te in foedus generis, in lucem gentium, ut aperires oculos caecorum, et educeres de vinculis alligatos, et de domo carceris sedentes in tenebris. Venit enim Unigenitus in hunc mundum, et iis qui de genere erant, id est de Israhelis sanguine, ex quibus carnaliter est ortus, novum foedus tradidit, antiquitus iam prophetarum voce promissum. Illuxit quoque ethnicis divinum caeleste lumen: quin etiam spiritibus in erebo conclusis profectus illuc praedicavit, et carcere detentis apparuit, cunctosque necessitatis vinculis expedivit. Quid ni vero haec manifeste demonstrant, et Deum et ex Deo naturaliter esse Christum?

Quid est autem dimittere confractos in remissionem? Nempe liberos abire iubere, quos spiritaliter contriverat flagellans Satanas. Quid rursus est annum Domini acceptabilem praedicare? nempe suum nunciare adventum, tempusque Domini, id est filii, adesse. Vere enim acceptabile tempus illud fuit, quo pro nobis crucifixus est Christus: quippe tunc acceptabiles Deo patri evasimus, ab illo oblati. Unde aiebat: quum exaltatus fuero de terra, omnes traham ad me ipsum. Ecce autem post triduum revixit, calcata mortis potentia. Deinde discipulis coram aiebat: data est mihi omnis potestas, et reliqua. Acceptabilis itaque ille omnino annus quo in eius familiaritatem sortito recepti fuimus, peccato per baptismum sanctum absterso: divinaeque eius

(1) Cyrillum fecisse insignem explanationem huius loci, id est anni acceptabilis, testis est priscus anonymus quem nos postea recitabimus cap. VI. 13.

naturae communicavimus per Spiritus sancti participationem. Vel acceptabilis annus dicendus, quo gloriam suam manifestavit miraculis humanam orationem excedentibus. Libenter sane excepimus salutis ab eo datae tempus, quod etiam sapientissimus Paulus innuit dicens: ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis; cum pauperes, qui cuiuslibet boni inopia iamdiu laborabant, sine spe, sine Deo in mundo, (erant autem hi ethnici) fide in eum divites facti sunt, divinumque et caelestem lucrati sunt thesaurum, evangelicam videlicet salutarem doctrinam; cuius gratiâ facti sunt regni caelorum participes, sanctorum consortes, rerumque quae mentem sermonemque excedunt heredes. Oculus enim non vidit, ait scriptura, neque auris audivit, neque in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus iis qui diligunt illum. Vel fortasse etiam pauperibus spiritu, donatam heic ait sermo evangelicus abundantem Christi charismatum subministrationem.

Confractos autem corde dicit debiles instabilem mentem habentes, et qui cupiditatum impetum sustinere non valent; sed ita ab his abripiuntur, ut captivi videantur. His medelam remissionemque promittit. Quibus quum caeci sint, visum etiam confert. Reapse enim qui creaturam prae creatore colunt; et ligno aiunt, pater meus es tu; et lapidi, tu me genuisti; proindeque naturalem verumque Deum non agnoscunt; quid ni caeci sint, divinoque et intellectuali lumine cassum cor habeant? His inmittit pater verae Dei notitiae lumen. Vocati enim per fidem fuerunt, et Deum cognoverunt, vel potius ab ipso sunt agniti: et quum noctis ac tenebrarum filii essent, lucis filii evaserunt. Namque ipsis illuxit dies, sol iustitiae se extulit, splendidusque exortus est lucifer. Ceteroqui nihil est molestum, si etiam Israhelitis cuncta dicta accommodentur. Quippe pauperes erant, et confracti corde, et quasi captivi atque obtenebrati. Non enim erat in terra qui bo-

σεως γενόμενοι κοινωνοὶ, διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἤγουν δεκτὸς ἐνιαυτὸς, καθ' ὃν πεφανέρωκε τὴν δόξαν αὐτοῦ, διὰ τὰς * ὑπὲρ λόγον θεοσημείας· ἐδεξάμεθα γὰρ ἀσμένως τὸν τῆς παρ' αὐτοῦ σωτηρίας καιρὸν, ὃν δὴ καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος καταμεμήνυκεν λέγων· * ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας· ὅτε οἱ πτωχοὶ, οἱ παντὸς ἀγαθοῦ νενοσηκότες τὴν ἔνδειαν ποτὲ, ἐλπίδα τε μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ, οὗτοι δ' ἂν εἶεν οἱ ἐξ ἐθνῶν, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ἐπλούτησαν, τὸν θεῖον τε καὶ οὐράνιον κεκερδάκασι θησαυρὸν, τὸ εὐαγγελικὸν δηλονότι καὶ σωτήριον κήρυγμα, δι' οὗ γεγόνασι καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας μέτοχοι, καὶ συμμερισταὶ τῶν ἁγίων, καὶ κληρονόμοι τῶν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον· ὀφθαλμὸς γὰρ οὐκ εἶδε φησὶ, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· * ἢ τάχα που καὶ τοῖς πτωχοῖς τῷ πνεύματι, δεδωρῆσθαι φησὶν ὁ λόγος ἐν τούτοις τὴν διὰ Χριστοῦ χαρισμάτων τὴν ἄφθονον χορηγίαν.

Συντετριμμένους δέ φησι τὴν καρδίαν, τοὺς ἀσθενεῖς καὶ εὐδιάθρυπτον ἔχοντας νοῦν, καὶ ταῖς τῶν παθῶν προσβολαῖς ἀντιφέρεσθαι μὴ δυναμένους, ὑπενηνεγμένους δὲ οὕτως αὐταῖς, ὡς αἰχμαλώτους εἶναι δοκεῖν· τούτοις ἴασίν τε καὶ ἄφεσιν ἐπαγγέλλεται· τυφλοῖς δὲ οὖσιν αὐτοῖς δίδωσι καὶ ἀνάβλεψιν· οἱ γὰρ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα λατρεύοντες, καὶ τῷ ξύλῳ λέγοντες πατήρ μου εἶ σύ· καὶ τῷ λίθῳ, σὺ ἐγέννησάς με *, εἶτα τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα θεὸν οὐκ ἐπεγνωκότες, πῶς οὐκ ἂν εἶεν τυφλοὶ, καὶ φωτὸς τοῦ θείου καὶ νοητοῦ γυμνὴν ἔχοντες τὴν καρδίαν; τούτοις ἐνίησιν ὁ πατὴρ, τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας τὸ φῶς· κέκληνται γὰρ διὰ πίστεως, καὶ ἔγνωσαν αὐτὸν, μᾶλλον δὲ ἐγνώσθησαν ὑπ' αὐτοῦ· καὶ υἱοὶ νυκτὸς ὄντες καὶ σκότους, φωτὸς γεγόνασι τέκνα· διηύγασε γὰρ αὐτῶν ἡ ἡμέρα, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνίσχεν ἥλιος, καὶ λαμπρὸς ἀνέτειλεν ἑωσφόρος· λυπεῖ δὲ οὐδὲν καὶ τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἐφαρμόσαι πάντα τὰ εἰρημένα· καὶ γὰρ ἦσαν πτωχοὶ καὶ συντετριμμένοι τὴν καρ-

* codd. τῆς, sed malui τάς.

* II. Cor. VI. 2

* I. Cor. II. 9.

* Hier. II. 27.

II. [illegible] 237.

δίαν, καὶ οἷον αἰχμάλωτοι καὶ ἐσκοτισμένοι· οὐ γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ [* Ps. XIII. 1.] ἦν ἕως ἑνός· * ἀλλὰ πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν· ἀφῖκται δὲ ὁ Χριστὸς, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων εὐαγγελιζόμενος τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας τὰ κατορθώματα (τοιαῦτα δὲ ἦν καὶ τὰ τῶν ἐθνῶν ἀῤῥωστήματα) λελύτρωνται δὲ δι᾽ αὐτοῦ· πεπλουτήκασι γὰρ τὴν παρ᾽ αὐτοῦ σοφίαν, καὶ συνετοὶ γεγόνασι, καὶ ἀσθενῆ καὶ συντεθραυσμένην οὐκέτι τὴν διάνοιαν ἀνέχουσιν, ὑγιᾶ δὲ καὶ ἐῤῥωμένην, καὶ ἐπιτηδείως ἔχουσαν πρὸς παραδοχὴν καὶ κατόρθωσιν παντὸς ἀγαθοῦ καὶ σωτηρίου πράγματος· ἔδει γὰρ σοφίας καὶ συνέσεως τοῖς πεπλανημένοις, οἳ διὰ πολλὴν ἀβελτηρίαν προσεκύνησαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ξύλα καὶ λίθους ἐπεγράφοντο θεούς· ἀλλ᾽ οἱ πάλαι Χριστὸν οὐκ εἰδότες, διὰ τὸ ἐν ἀχλύϊ καὶ σκότῳ τελεῖν, θεὸν αὐτὸν ἐπεγράψαντο.

Τούτων ὑπαναγνωσθέντων τοῖς συνειλεγμένοις, ὁ μὲν πάντων τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς ἑαυτὸν ἐπέστρεφε, θαυμαζόντων τάχα πῶς οἶδε γράμματα, μὴ μεμαθηκώς· ἐπειδὴ δὲ ἔθος ἦν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας ἐκπεπεράνθαι λέγειν, ἢ ἐπί τισι τῶν παρ᾽ αὐτοῖς ἐνδόξως βεβασιλευκότων, ἢ [B. f. 51.] γοῦν ἐπὶ προφήταις ἁγίοις· συνιέντες γὰρ οὐδὲν τῶν περὶ αὐτοῦ γεγραμμένων ὀρθῶς, ἑτέραν ᾤχοντο τρίβον, ἔξω πίπτοντες σκοποῦ· ἵνα δὲ μὴ πάλιν λέγωσί τι τοιοῦτον περὶ τῆς εἰρημένης προφητείας, ἀναγκαίως προασφαλίζεται, καὶ φησὶν, ὅτι σήμερον αὕτη ἡ γραφὴ πεπλήρωται ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν, ἑαυτὸν ἐναργῶς παριστὰς ἐν τούτοις τὸν διὰ τῆς προ- [A. f. 78. H. f. 237. b.] φητείας προηγορευμένον· αὐτὸς γὰρ εὐηγγελίσατο τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν· αὐτοὶ γὰρ ἦσαν πτωχοὶ μηδὲν ἔχοντες, μὴ θεὸν, μὴ νόμον, μὴ προφήτας· ἢ καὶ ἅπασιν ἁπλῶς τὸν πλοῦτον οὐκ ἔχουσι πνευματικόν· αὐτὸς αἰχμαλώτους ὄντας ἐῤῥύσατο, τὸν ἀποστάτην τύραννον καθελὼν, τουτέστι τὸν σατανᾶν· αὐτὸς τὸ θεῖον καὶ νοητὸν φῶς ἐνήστραψε τοῖς ἐσκοτισμένην ἔχουσι τὴν καρδίαν· [* Ioh. XII. 46.] ἔφη γοῦν *, ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἐλήλυθα· αὐτὸς ἀπέλυσε τῶν τῆς ἁμαρτίας δεσμῶν, δηλονότι τοὺς συντεθραυσμένην ἔχον-

num faceret, nemo ne unus quidem; sed omnes declinaverant, simul inutiles facti fuerant. Porro venit Christus, Israhelitis ante omnes adventus sui faustitatem nuncians. (Et quidem pares erant ethnicorum quoque infirmitates.) Redemptique ab illo sunt: nam sapientiam adquisiverunt; et bono intellectu pollentes, iam diutius infirmam et confractam mentem non gerunt, sed sanam atque valentem, recteque comparatam ad cuiusvis boni salutarisque operis prosecutionem. Namque opus erat sapientia et intellectu his qui errabant, qui ob suam multam vecordiam adorabant creaturam prae creatore, et ligna ac lapides deos vocabant. Sed demum qui Christum olim ignorabant, quia in caligine ac tenebris versabantur, postea Deum ipsum appellarunt.

Haec quum lecta in concione fuissent, ipse quidem Iesus omnium oculos ad se convertit, mirantium fortasse quomodo litteras sciret qui eas non didicerat. Quia vero solebant dicere Israhelitae, vaticinia de Christo edita, vel in aliquibus qui apud se gloriose regnaverant fuisse completa, vel certe in sanctis prophetis (nam nihil de eo scriptum recte intelligentes, alia via incedebant, et scopo aberrabant); ne quid rursus huiusmodi dicerent circa modo memoratam prophetiam, necessario praemunit, aitque: hodie haec prophetia in auribus vestris completa est; se ipsum diserte adfirmans his in verbis a prophetia designatum. Namque ipse caelorum regnum ethnicis annunciabat, qui sane inopes erant, nihil possidentes, neque Deum, neque legem, neque prophetas: vel generatim cunctis, quibus spiritales divitiae deerant. Ipse captivos liberavit, apostatam tyrannum destruens, id est Satanam. Ipse divinum intellectuale lumen aspersit obtenebratum cor gerentibus. Quare aiebat: ego lux in hunc mundum veni. Ipse absolvit peccati vinculis, illos nimirum qui contritum cor habebant. Sed et futuram vitam ipse osten-

dit, et iustum interminatus est iudicium. Ipse annum Domini acceptabilem praedicavit, quo Christi praedicatio contigit. Namque acceptabilem annum, ipsius dici puto priorem adventum; diem vero retributionis, iudicii diem.

Et omnes testimonium illi dabant, et mirabantur etc.

Etenim non intelligentes eum esse illum unctum et missum, et tam mirabilium operum auctorem, ad suum ingenium redibant, inconsulteque inepta verba effutiebant. Et quum gratiosos admirati essent sermones qui de ore illius procedebant, attamen eos depretiare studebant, dum dicerent: nonne hic filius Iosephi est? Atqui id, cur thaumaturgi gloriam aboleat? Quid impedit, quominus venerabilis admirabilisque sit, etiamsi Iosephi, ut putabatur, filius esset? Nonne vides miracula, Satanam prostratum, victos daemoniorum greges, variis morbis multos mortales liberatos? Laudas gratiam magisterio eius insitam, deinde cavillaris iudaice quod Iosephi filius existat? O magnam insipientiam! Vere de ipsis dicitur: ecce populus stultus et vecors; habent oculos, et non vident; aures, et non audiunt.

Utique dicetis mihi hanc similitudinem etc.

Vulgaris sermo apud Iudaeos erat, leporis causa inventus. Nam infirmis medicis inclamabant quidam: medice, cura te ipsum. Ergo hoc veluti proverbium illis referens aiebat Christus: multa vultis a me fieri signa apud vos praesertim quia vobiscum sum educatus. Sed novi communem omnibus contingere solitam animi passionem: semper enim despiciuntur vel res optimae, si apud quosdam rarae non sint, sed ultroneae. Sic etiam hominibus accidit: nam qui familiaris semperque ob oculos est, ei debitus quoque honor negatur ab ipsius notis. — Ergo illos coarguit insipienter dicentes: nonne hic Iosephi filius est? Nihilominus scopum doctrinae suae prosequitur, aitque: amen

τὰς τὴν καρδίαν· ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν αὐτὸς ὑπέδειξε ζωήν, καὶ τὴν δικαίαν ἠπείλησε κρίσιν· αὐτὸς ἐκήρυξεν ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτόν, καθ' ὃν τὸ κήρυγμα τοῦ σωτῆρος ἐγένετο· ἐνιαυτὸν γὰρ δεκτόν, τὴν προτέραν αὐτοῦ οἶμαι λέγεσθαι παρουσίαν· ἡμέραν δὲ ἀνταποδόσεως, τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν. B. f. 31.

Καὶ πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ, καὶ ἐθαύμαζον κ. τ. λ. V. 22.

Μὴ γὰρ συνιέντες τὸν κεχρισμένον καὶ ἀπεσταλμένον, καὶ τὸν οὕτω τεθαυμασμένων πραγμάτων ἀποτελεστήν, εἰς τὰ συνήθη κατεκομίζοντο, καὶ ψυχρολογοῦσιν ἀβούλως· καί τοι γὰρ τεθαυμακότες ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, κατευτελίζειν ἤθελον· ἔφασκον γάρ, οὐχ' υἱός ἐστιν Ἰωσὴφ οὗτος; καὶ τί τοῦτο παραλύει τὴν θαυματουργοῦ τὴν δόξαν; τί τὸ κωλύον αὐτὸν εἶναι σεπτόν τε καὶ ἀξιάγαστον, εἰ καὶ υἱὸς ἦν ὡς ἐνομίζετο τοῦ Ἰωσήφ; οὐχ' ὁρᾷς τὰς θεοσημείας, πεσόντα τὸν σατανᾶν, νενικημένας τὰς τῶν δαιμονίων ἀγέλας, διαφόρων νοσημάτων ἐλευθέρους γεγονότας πολλούς; ἐπαινεῖς τὴν χάριν τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῦ ταῖς διδασκαλίαις, εἶτα σμικρολογεῖς ἰουδαϊκῶς ὅτι πατέρα τὸν Ἰωσὴφ ἐπεγράφετο; ὢ πολλῆς ἀβουλίας· ἀληθὲς ἐπ' αὐτοῖς εἰπεῖν *, ἰδοὺ λαὸς μωρὸς καὶ ἀκάρδιος· ὀφθαλμοὶ αὐτοῖς, καὶ οὐ βλέπουσιν· ὦτα αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἀκούουσιν. A. f. 78. H. f. 237. b. C. f. 113. a.

* Hier. V. 21.

Πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν ταύτην κ. τ. λ. V. 23.

Κοινὸς λόγος παρὰ Ἰουδαίων ἦν, ἀστεισμοῦ χάριν ἐξευρημένος· τοῖς γὰρ ἀρρωστοῦσι τῶν ἰατρῶν ἐπεφώνουν τινές, ἰατρὲ θεράπευσον σεαυτόν· ὡσανεὶ οὖν τοῦτο προτείνας αὐτοῖς τὸ ῥητὸν ὁ Χριστὸς ἔλεγεν ὅτι πολλὰ βούλεσθε παρ' ἐμοῦ γενέσθαι σημεῖα, παρ' ὑμῖν μάλιστα παρ' οἷς καὶ ἐτράφην· ἀλλ' οἶδα τὸ κοινόν δή που καὶ ἅπασι συμβαῖνον πάθος· καταφρονεῖται γάρ πως ἀεὶ καὶ τὰ ἐξαίρετα τῶν πραγμάτων, ὅταν μὴ σπανίζῃ παρά τισιν, ἀλλ' ἔχωσιν ἐπ' ἀδείας αὐτά· οὕτω καὶ ἐπ' ἀνθρώπων· ὁ γὰρ συνήθης καὶ παρὼν ἀεί, καὶ τῆς ὀφειλομένης αὐτῷ τιμῆς ἀποστερεῖται πολλάκις παρὰ τῶν εἰδότων αὐτόν. — Ἤλεγξε μὲν οὖν αὐτοὺς ἀσυνέτως τὰ τοιάδε λέγοντας, οὐχ' ὁ υἱός ἐστι τοῦ Ἰωσὴφ οὗτος; πλήν, ἔχεται τοῦ σκοποῦ τῆς μυσταγωγίας, καὶ φησίν· A. f. 78. B. f. 51. b. C. f. 113. b. H. f. 238.

v. 24. ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς προφήτης δεκτός ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ.

dico vobis, nemo propheta in patria sua acceptus est.

v. 25. Πολλαὶ χῆραι ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡλίου κ. τ. λ.

A. f. 78. b. C. f. 113. b. H. f. 239. Ἐπειδὴ γὰρ, ὡς ἔφην, τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας εἰς τέλος ἦχθαι διεβεβαιοῦντο τινὲς τῶν Ἰουδαίων, ἢ ἐπὶ προφήταις ἁγίοις, ἢ ἐπί τισι τῶν ἐνδόξων παρ᾽ αὐτοῖς γεγονότων, ἀποφέρει χρησίμως αὐτοὺς τῆς τοιαύτης ὑπονοίας, πρὸς μίαν χήραν ἀπεστάλθαι Ἡλίαν εἰπών. ἕνα δὲ θεραπεῦσαι λεπρὸν τὸν προφήτην Ἐλισσαῖον, Νεεμὰν τὸν σύρον· διὰ τούτων, τὴν ἐξ ἐθνῶν σημαίνων ἐκκλησίαν, τὴν μέλλουσαν αὐτὸν ὑποδέχεσθαι, καὶ τῆς λέπρας ἐλευθεροῦσθαι, διὰ τὴν ἀναισθησίαν τοῦ Ἰσραήλ.

Multae viduae erant in diebus Heliae etc.

Quandoquidem, ut iam dixi, prophetias de ipso editas, adfirmabant nonnulli Iudaei exitum habuisse vel in sanctis prophetis, vel in aliquibus apud ipsos insignibus viris, commode illos ab huiusmodi suspicione depellit dicens, ad unam missum fuisse viduam Heliam, unumque sanatum leprosum a propheta Elissaeo Neemanum syrum. His verbis innuens gentium ecclesiam, quae ipsum receptura erat, et leprae morbo mundanda foret, dum interim Israheli sensus obstupesceret.

v. 28. 29. 30. Καὶ ἐπλήσθησαν πάντες θυμοῦ ἐν τῇ συναγωγῇ κ. τ. λ.

A. f. 80. H. f. 245. b. Ἐπειδὴ τὴν πονηρὰν αὐτῶν γνώμην ἔστιξε, διὰ τοῦτο πρὸς ὀργὰς ἀνεκαίοντο· καὶ διὰ τὸ εἰπεῖν, σήμερον ἡ γραφὴ αὕτη πεπλήρωται, ἡ λέγουσα πνεῦμα κυρίου ἐπ᾽ ἐμὲ, καὶ τὰ ἑξῆς· ἐνόμισαν γὰρ αὐτὸν ἐξισοῦν ἑαυτὸν τοῖς προφήταις, καὶ τῆς πόλεως αὐτὸν ἐκβάλλουσι· καθ᾽ ἑαυτῶν μᾶλλον τὴν δίκην ὁρίζοντες, καὶ βεβαιοῦντες τὸ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον· ἐκπεπτώκασι γὰρ αὐτοὶ τῆς ἄνω πόλεως, τὸν Χριστὸν μὴ προσδεξάμενοι· ἵνα δὲ μὴ μόνον ἐλέγξῃ δυσσεβήσαντας μέχρις ἐπιχειρημάτων, συγκεχώρηκε προελθεῖν τὰ καθ᾽ ἑαυτοῦ τολμήματα· τὸ μὲν γὰρ ἄκριτος ἦν ἡ ὁρμὴ, καὶ ὁ φθόνος ἀτίθασσος· μέχρι γοῦν ὀφρύος τοῦ ὄρους ἀποκομίζοντες, κρημνῶν ἐνιέναι ἐπεχείρουν· ὁ δὲ διεξῄει διὰ μέσου αὐτῶν, οὐδ᾽ ὅσον εἰπεῖν λόγον τινὰ θέμενος τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῶν· οὐ τὸ παθεῖν φεύγων, διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐλήλυθεν, ἀλλὰ καιρὸν ἀναμένων ἐπιτήδειον· ἀρχὴ γὰρ νῦν τοῦ κηρύγματος, καὶ ἄκαιρον ἦν τὸ παθεῖν, πρὶν ἢ κηρύξαι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας· ἦν γὰρ ἐπ᾽ αὐτῷ τὸ παθεῖν καὶ τὸ μὴ παθεῖν, καὶ κύριος ἦν τῶν καιρῶν καὶ τῶν πραγμάτων· τοῦτο τεκμήριον τοῦ, καὶ ὅτε ἔπαθεν ἑκόντα πεπονθέναι, καὶ ὡς οὐκ ἂν ἔπαθεν, εἰ μὴ ἑαυτὸν ἐπέδωκεν.

Et repleti sunt omnes in synagoga ira etc.

Quia pravam illorum sententiam notaverat, idcirco ira exarserunt; et quia dixerat: hodie scriptura haec impleta est quae dicit, Spiritus Domini super me, et reliqua. Existimarunt enim illum se aequare prophetis, oppidoque expulerunt. Sed enim sibi potius poenam decreverunt, et Servatoris dictum confirmarunt: etenim ipsi superna civitate exciderunt, quia Christum non admiserunt. Ne autem impios verborum tantum argumentis convinceret, usque ad actum sivit illorum audaciam prorumpere, quorum caecus erat impetus, et intractabilis invidia. Itaque ad supercilium montis perductum, praecipitem inde dare volebant. Ipse autem transiens per medium illorum ibat, nihil prorsus de illorum conspiratione sollicitus: non quia pati vitaret, eius enim rei causa in mundum venerat, sed quia tempus expectabat idoneum. Nunc enim initium praedicandi faciebat, et importunum pati erat, ante quam veritatis doctrinam nunciaret. Poterat autem pati vel non pati, temporumque ac gerendarum rerum dominus erat. Id autem indicat, tunc quoque cum passus est, sponte passum; neque eum fuisse passurum, nisi semet ipse tradidisset.

v. 31. A. f. 80. b. C. f. 114. H. f. 246. Καὶ κατῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ πόλιν τῆς Γαλιλαίας.

Οὓς οὐ μεθίστησι λόγος πρὸς τὸ εἰ-

Et descendit in Capharnaum civitatem Galilaeae.

Quos verba non convertunt ad perspi-

cue cognoscendum quis naturaliter vereque Deus sit ac dominus, hos dociles efficit signorum ostensio. Utiliter ergo, immo necessarie, magisterio doctrinae saepe addit miracula. Nam Iudaeae incolae increduli erant, et vocantium ad salutem contemnebant sermones, Capharnaumi potissimum oppidani. Igitur illam incusabat Servator dicens: et tu Capharnaum usque ad caelum exaltata, usque ad infernum detraheris. Sed quamvis sciret eos esse contumaces et duro corde, adest illis ceu optimus medicus extremo morbo languentibus, nititurque casu adverso liberare. Namque ipsemet ait, non egere medico sanos, sed male habentes. Ergo admodum confidenter in synagogis docebat. Etenim iamdiu ore Isaiae dixerat: non clam locutus sum, neque in tenebroso terrae loco. Praeterea sanctis etiam apostolis ut magna fiducia de Christo verba facerent mandavit dicens: quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; et quod in aure auditis, praedicate super tecta. Et sabbato quum otiarentur, apud eos concionabatur. Mirabantur itaque magisterii vim, et magnitudinem potestatis. Erat enim tamquam potestatem habentis sermo, neque blandus sed impulsor ad salutem. Iudaei porro nihil aliud esse credebant Christum, quam de sanctis unum, et unum ex ordine prophetarum in medium processisse. Ut autem maiorem de ipso opinionem existimationemque haberent, propheticam excedit mensuram. Non enim ait umquam: haec dicit Dominus, sicuti nimirum illorum mos erat, sed tamquam legis dominus, quae supra legem erant, loquebatur.

Dicebat ergo Deus per Isaiam: disponam vobiscum foedus sempiternum, sancta David fidelia. Ecce testem in gentibus dedi illum, principem et imperantem populis. Et Moysem quidem utpote famulum oportebat umbrae haud duraturae esse ministrum; praeconem vero perpetui stabilisque cultus esse aeternum, Christum in-

δέναι σαφῶς τίς ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς ἐστὶ θεὸς καὶ κύριος, τούτους σαγηνεύει πρὸς τὸ εὐήνιον ἡ τῶν σημείων ἐπίδειξις· χρησίμως οὖν καὶ ἀναγκαίως προσεπάγει πολλάκις ταῖς μυσταγωγίαις τὰς μεγαλουργίας· ἄπιστοι μὲν γὰρ οἱ τῆς Ἰουδαίας οἰκήτορες, καὶ τοὺς τῶν καλούντων εἰς σωτηρίαν ἀτιμάζοντες λόγους, μάλιστα δὲ πάντων οἱ ἀπὸ τῆς Καπερναούμ· ἠτιᾶτο γοῦν αὐτὴν ὁ κύριος λέγων· * καὶ σὺ Καπερναοὺμ, ἡ (* Luc. X. 15.) ἕως οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ· ἀλλὰ καίτοι γινώσκων ὡς ἀπειθεῖς τε καὶ σκληροκάρδιοι, προσέβαλε μὲν αὐτοῖς ὥσπερ ἰατρὸς ἄριστος τοῖς εἰς ἐσχάτην πεσοῦσι νόσον, πειρᾶται δὲ ἀπαλλάττειν τοῦ κακοῦ· φησὶ γὰρ αὐτὸς, ὅτι οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· ἐδίδασκε τοίνυν ἐν συναγωγαῖς ἐν πολλῇ παρρησίᾳ· τοῦτο γὰρ καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου προηγόρευσεν λέγων· * οὐκ ἐν κρυφῇ λελά- (* Is. XLV. 19.) ληκα, οὐδ' ἐν τόπῳ γῆς σκοτεινῷ· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐν παρρησίᾳ πολλῇ τοὺς περὶ αὐτοῦ ποιεῖσθαι λόγους προσέταττε, λέγων· * ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, (* Matth. X. 27.) εἴπατε ἐν τῷ φωτὶ, καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων· καὶ ἐν σαββάτῳ ὅτε ἤργουν, διελέγετο αὐτοῖς· τεθαυμάκασι τοίνυν τῆς μυσταγωγίας τὴν δύναμιν, καὶ τὸ τῆς ἐξουσίας μέγεθος· ἦν γὰρ ἐν ἐξουσίᾳ, φησὶν, ὁ λόγος, οὐ κολακευτικὸς ἀλλὰ προτρεπτικὸς εἰς σωτηρίαν· ἰουδαῖοι μὲν γὰρ οὐδὲν ἕτερον ἐνόμιζον εἶναι Χριστὸν, πλὴν ὅτι καθ' ἕνα τῶν ἁγίων, καὶ ἐν τάξει προφήτου παρελθεῖν εἰς μέσον· ἵνα δὲ μείζονα τὴν περὶ αὐτοῦ δόξαν τε καὶ ὑπόνοιαν ἔχωσι, τὸ προφητικὸν ἐκβαίνει μέτρον· οὐ γὰρ εἴρηκέ ποτε, τάδε λέγει κύριος, καθάπερ ἀμέλει κἀκείνοις ἦν ἔθος, ἀλλ' ὡς τοῦ νόμου κύριος, τὰ ὑπὲρ νόμον ἐλάλει.

Ἔλεγε γοῦν ὁ θεὸς διὰ Ἡσαΐου· * καὶ (* Is. LV. 3, et Act. XIII. 34.) διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην αἰώνιον, τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά· ἰδοὺ μαρτύριον ἐν ἔθνεσι δέδωκα αὐτὸν, ἄρχοντα καὶ προστάσσοντα ἔθνεσιν· ἔδει γὰρ οἰκέτην μὲν ὄντα Μωϋσέα, τῆς μὴ μενούσης σκιᾶς γενέσθαι διάκονον· ἐξαγγελέα δὲ τῆς διηνεκοῦς καὶ μενούσης λατρείας τὸν αἰώνιον, φημὶ δὴ τὸν Χρι-

*

στόν· τίς δὲ ἡ αἰώνιος διαθήκη; τὰ ἱερὰ θεσπίσματα τοῦ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα Χριστοῦ· τὰ ὁσιουργὰ καὶ πιστοποιά· καθάπερ καὶ ὁ τοῦ θεοῦ φόβος, ἅγιὸς ὡς ἁγνοποιός· καὶ τὸ εὐαγγελικὸν ῥῆμα, ζωὴ, ὡς ζωοποιόν· τὰ ῥήματα γάρ
* Ioh. VI. 64. φησι * ἃ ἐγὼ ἐλάλησα ὑμῖν, πνεῦμα ἐστὶ καὶ ζωὴ, τουτέστι πνευματικὰ καὶ ζωοποιά· πλὴν ἄθρει τῆς προφητείας τὸ ἀκριβές· εἰπὼν Ἡσαΐας ὡς ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἰδοὺ μαρτύριον τοῖς ἔθνεσι δέδωκα αὐτὸν, διαμαρτυρούμενον ὥσπερ ὡς δεκτὰ καὶ ταῦτα γεγόνασι, ἵνα μή τις ἕνα τῶν ἁγίων προφητῶν ὑπάρχειν αὐτὸν ὑποτοπήσειεν, εἰδείη δὲ μᾶλλον πᾶς ὁστισοῦν, ὡς τῇ τῆς κυριότητος διαπρέπει δόξῃ, θεὸς γὰρ ὢν ἐπέφανεν ἡμῖν, οὐ μόνον αὐτὸν μαρτύριον δεδόσθαι φησὶν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἄρχοντα καὶ προστάσσοντα ἔθνεσιν· οἱ μὲν μακάριοι προφῆται, καὶ πρὸ αὐτῶν ἔτι Μωϋσῆς, μέτρον ἔχοντες τὸ οἰκετικὸν, τὸ τάδε λέγει κύριος, ἐπεφώνουν ἀεὶ τοῖς ἀκροωμένοις, οὐχ᾽ ὡς προστάσσοντες μᾶλλον, ἀλλ᾽ ὡς θείαις διακονοῦντες φωναῖς· ὁ δέ γε κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς θεοπρεπεστάτους ἐποιεῖτο λόγους· ἐθαυμάζετο γοῦν καὶ παρ᾽ αὐτοῖς τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐδίδασκεν αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ᾽ ὡς οἱ γραμματεῖς αὐτῶν· οὐ γὰρ ἦν ὁ λόγος αὐτῷ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς, ἀλλ᾽ ὡς αὐτὸς ὢν ὁ νομοθέτης, μετετίθει τὸ γράμμα πρὸς ἀλήθειαν, καὶ τοὺς τύπους εἰς ἐμφάνειαν τὴν πνευματικήν· ἄρχων γὰρ ἦν, καὶ τοῦ προστάττειν ταύτην ἔχων τὴν ἐξουσίαν.

v. 35. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς κ. τ. λ.

A f. 80. b. H. f. 217. Καὶ μετ᾽ ἐξουσίας τῆς θεοπρεποῦς τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπετίμα πνεύμασιν· ἵνα γοῦν μὴ ἀπιστῶμεν, γείτονα τοῖς λόγοις ἐποιεῖτο τὴν θεοσημείαν. — Εἴδομεν ἐν τῇ ἐρήμῳ νενικημένον παρ᾽ αὐτοῦ τὸν ἀλιτήριον σατανᾶν, καὶ τρισὶ καταρραγέντα πτώμασιν· εἴδομεν αὐτοῦ πάλιν κατασειομένην τὴν δύναμιν, καὶ πίπτουσαν τὴν καθ᾽ ἡμῶν ἐξουσίαν· εἴδομεν ἑαυτοὺς ὡς ἐν ἀπαρχῇ τῷ Χριστῷ τοῖς πονηροῖς

quam. Quodnam autem est foedus aeternum? Sacrae scilicet sanctiones illius, qui de semine Davidis secundum carnem est, Christi; quae sanctificant et fideles efficiunt; sicuti timor quoque Domini dicitur sanctus, id est sanctum efficiens; et sicut evangelicum verbum dicitur vita, id est vivificans. Nam verba, inquit, quae ego locutus sum vobis, spiritus ac vita sunt, id est spiritalia et vivifica. Attamen videsis accuratam prophetiae rationem. Quum Isaias tamquam ex persona Dei patris de Christo dixisset: ecce testem in gentibus dedi ipsum, testificantem veluti, haec esse acceptabilia; ne quis unum de sanctis prophetis ipsum arbitraretur, immo ut unusquisque sciret, eum dominationis gloria pollere, nam Deus quum esset nobis apparuit; non tantummodo testem eum datum dicit, sed etiam principem et gentibus imperantem. Secus vero beati prophetae, et adhuc ante ipsos Moyses, servili modulo cohibiti « haec dicit Dominus » constanter audientibus inclamabant; non imperantium ritu, sed ceu divinis subservientes vocibus. Dominus vero noster Iesus Christus, Deo dignissimos faciebat sermones. Mirabantur ergo illum ipsi Iudaei, quia potestativam vim sermo eius prae se ferebat, quodque ipsos doceret tamquam potestatem habens, non ut ipsorum scribae. Non enim eius oratio legis umbram sequebatur, sed ipse legislator existens, litteram in veritatem, figurasque in spiritalem sensum convertebat. Quippe erat princeps, talemque habebat imperandi potestatem.

Et increpavit illum Iesus etc.

Potestate Deo digna impuros increpabat spiritus. Ne ergo discredamus, iuncta verbis edebat miracula — Vidimus in deserto victum a Christo flagitiosum Satanam, tribus elisum casibus. Vidimus denuo eiusdem quassatam vim, succumbentemque adversariam nobis potentiam. Vidimus a nobis ipsis, in Christo tamquam primitiis, malos spiritus obiurgatos. Nam quod id

quoque ad humanae naturae decus pertineat, ex ipsis cognosces Servatoris verbis. Mentiebantur quidem adversus eius gloriam Iudaei, aiebantque: hic daemonia non eiicit, nisi in Beelzebul principe daemoniorum. Tum ipse adversus illos plurima ac necessaria praefatus, ad extremum ait: quod si ego in Spiritu Dei eiicio daemonia, utique pervenit in vos regnum Dei. Nam si homo aeque ac vos factus, inquit, potestate ac dominatione Deo congrua impuros increpo spiritus, vestra iam natura hac eadem gloria insignita est. Siquidem vos videmini per me et in me Dei regnum adepti.

Pellebantur itaque mali daemones, et invictam ipsius virtutem experti, neque conflictum cum deitate ferentes, tyrannice astuteque clamabant « sine; quid nobis tecum est? » nempe cur non sinis nostrum nos locum tenere, dum irreligiositatis destruis errorem? Deinde euphemismo uti simulant, et sanctum Dei ipsum appellant. Existimarunt enim tali euphemismo, vanae gloriae cupiditatem illi iniecturos, eundemque a propria persecutione aversuros, ceu si gratiam pro gratia esset relaturus. Sed enim dolosus praedâ non potietur. Deus quippe non irridetur, sed impuras impedit linguas illorum Dominus. Denique iubet ut ab obsessis discedant. Iamvero tantae rei spectatores, obstupescunt sermonis potestatem: quandoquidem haud preces intendens, nec facultatem a quoquam bene rem gerendi postulans, miracula patrabat; sed ipsemet quia Dei patris Verbum erat, vivens et operans, per quem omnia, et in quo omnia, ipse inquam Satanam conterebat, et immundorum daemonum profanum os oppilabat.

Intravit in domum Simonis.

Animadverte igitur quomodo hospitatus est apud unum e discipulis, hominem pauperem et in hoc mundo obscurum; ille inquam qui pro nobis inopiam subiit, ut

ἐπιπλήττοντας πνεύμασιν· ὡς γὰρ καὶ τοῦτο πρὸς καύχημα βλέπει τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, ἐξ αὐτῶν μαθήσῃ τῶν τοῦ σωτῆρος ῥημάτων· κατεψεύδοντο μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ δὴ καὶ ἔφασκον· * οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντα τῶν δαιμονίων· εἶτα πρὸς αὐτοὺς πλεῖστά τε ὅσα καὶ ἀναγκαῖα προειρηκὼς, ὕστερον ἔφη· εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ· εἰ γὰρ ἄνθρωπος γεγονὼς καθ' ὑμᾶς, φησὶ, ἐν ἐξουσίᾳ καὶ βασιλείᾳ τῇ θεοπρεπεῖ τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπιπλήττω πνεύμασιν, ἡ ὑμετέρα φύσις ἐστὶ τῇ τοιᾷδε δόξῃ ἐστεφανωμένη· ὑμεῖς γὰρ ὁρᾶσθε δι' ἐμοῦ τε καὶ ἐν ἐμοὶ τὴν τοῦ θεοῦ βασιλείαν καταπλουτήσαντες. * Matth. XII. 24. 28.

Ἠλαύνοντο τοίνυν τὰ πονηρὰ δαιμόνια, καὶ δὴ καὶ πρὸς αἴσθησιν ἐνηνεγμένα τῆς ἀνικήτου δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ μὴ φέροντες τὰς προσβολὰς τῆς θεότητος, τυραννικὸν καὶ πανοῦργον ἀνεφθέγγοντο· ἔα, λέγοντα· τί ἡμῖν καὶ σοί; τουτέστι· τί οὐκ ἐᾷς ἡμᾶς χώραν ἔχειν, περιαιρῶν τῆς ἀσεβείας τὴν πλάνην; εἶτα εὐφημεῖν ὑποκρίνονται, καὶ ἅγιον τοῦ θεοῦ καλοῦσιν αὐτόν· ᾠήθησαν γὰρ ὅτι διὰ τῆς τοιαύτης εὐφημίας, κενῆς δόξης ἀποτήσουσιν αὐτὸν ἐραστὴν, καὶ ἀποσχέσθαι παρασκευάζουσι τοῦ ἐπιπλήττειν αὐτοῖς, οἷον ἀντὶ χάριτος διδόντα χάριν· ἀλλ' οὐκ ἐπιτεύξεται δόλιος θήρας· θεὸς γὰρ οὐ μυκτηρίζεται, ἀποφράττει δὲ αὐτῶν τὰς ἀκαθάρτους γλώσσας ὁ κύριος· εἶτα προστάττει τῶν ἐχόντων ἀποφοιτᾶν· οἱ δὲ τῶν οὕτω μεγάλων θεωροὶ γεγονότες, καταπλήττονται τοῦ λόγου τὴν ἐξουσίαν· οὐ γὰρ εὐχὴν ἀνατείνων, ἢ γοῦν παρ' ἑτέρου τὸ δύνασθαι κατορθοῦν αἰτήσας πώποτε, τὰς θεοσημείας ἐπλήρου, ἀλλ' αὐτὸς ὢν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ὁ ζῶν τε καὶ ἐνεργὴς, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, ἐκεῖνος ἦν ὁ συντρίβων τὸν σατανᾶν, καὶ τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων ἀποφράττων τὸ βέβηλον στόμα. B. f. 53.

Εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος. v. 38.

Θέασαι τοίνυν, πῶς κατέλυσε παρ' ἑνὶ τῶν μαθητῶν, ἀνθρώπῳ πένητι καὶ ἀσήμῳ κατὰ τὸν βίον, ὁ τὴν ἑκούσιον δι' ἡμᾶς ὑπομείνας πτωχείαν, ἵν' ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτω- A. f. 81. B. f. 53. b. C. f. 114. b. D. f. 17. H. f. 249.

χρείᾳ πλουτήσωμεν, καὶ μάθωμεν τοῖς ταπεινοῖς συναπάγεσθαι, καὶ μὴ κατεπαίρεσθαι τῶν ἐν ἐνδείᾳ καὶ θλίψει. — Ἐφίστησι τῇ τοῦ Σίμωνος οἰκίᾳ ὁ Ἰησοῦς, καὶ εὑρίσκει πυρέττουσαν τὴν αὐτοῦ πενθεράν· καὶ ἐπιστὰς ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ, καὶ ἀφῆκεν αὐτήν· μήποτε οὖν ἐν μὲν τῷ, ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετὸς,
* Matth. VIII. 15. * Marc. I. 31. εἰρημένῳ ὑπὸ Ματθαίου * καὶ Μάρκου *, οὐδενὸς περὶ ζώου ἐμφαίνηται τοῦτον πυρετὸν ἐνεργοῦντος· ἐν δὲ τῷ ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν εἰρημένῳ ὑπὸ Λουκᾶ, οὐκ οἶδα εἰ μὴ ἀναγκασθησόμεθα τὸ ἐπιτιμώμενον ζῶον εἰπεῖν μὴ χωροῦν τὴν τοῦ ἐπιτιμῶντος ἐνέργειαν· ἄψυχον γὰρ καὶ μὴ αἰσθανόμενον ἐπιτιμίας, ἐπιτιμᾶσθαι οὐκ εὔλογον λέγειν· οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν εἶναι τινὰς κακωτικὰς τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος δυνάμεις, καὶ οὐ πάντως κατηγορήσωμεν τῆς ψυχῆς τῶν πασχόντων ὡς ἐκ τούτων βλαπτομένης· οὐδὲ γὰρ ἐπεὶ ἔπαισε τὸν Ἰὼβ ἕλκει πονηρῷ, λαβὼν ὁ διάβολος τὴν ἐξουσίαν εἰς τὸ διὰ τοῦ σώματος πειράσαι αὐτὸν, περὶ τοῦτο κατηγορητέος ὁ Ἰὼβ, ἀθλήσας καὶ γενναίως ὑπομείνας τὴν πληγήν· μόνον εἴη λέγεσθαι, εἴ ποτε κατὰ σωματικοὺς πειραζόμεθα πόνους, τὸ ἀλλὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ μὴ ἅψητε· ὡς καὶ ὁ κύριος ἐπιτιμῶν ἰᾶται τοὺς ἔχοντας.

Ἐπιτίθησι δὲ καὶ τὰς χεῖρας ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν νοσούντων, καὶ ἀπήλλαττεν αὐτοὺς τοῦ νοσήματος, δεικνὺς ὅτι τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως τὴν ἐνέργειαν πεφόρηκεν ἡ ἁγία σὰρξ, ἣν ἰδίαν ἐποιήσατο, θεοπρεπῆ δύναμιν ἐμφυτεύσας
A. f. 81. b. B. f. 53. b. H. f. 249. b. αὐτῇ. ἵνα μάθωμεν ὡς καί τοι καθ᾽ ἡμᾶς γεγονὼς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, οὐδὲν ἧττον ἐστὶ καὶ οὕτω θεὸς, πάντα πληρῶν εὐκόλως καὶ διὰ τῆς οἰκείας σαρκός· εἰργάζετο γὰρ καὶ δι᾽ αὐτῆς τὰ παράδοξα· καὶ μὴ σφόδρα θαυμάσῃς, διαλογίζου δὲ μᾶλλον ὡς καὶ ἐν σκεύει χαλκῷ γεγονὸς τὸ πῦρ, τῆς ἰδίας αὐτῷ θερμότητος ἐντίθησι τὴν ἐνέργειαν· οὕτω τοίνυν καὶ ὁ παναλκὴς τοῦ θεοῦ λόγος, ἑνώσας ἑαυτῷ κατὰ ἀλήθειαν ἔμψυχόν τε καὶ ἔννουν τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου ναὸν, τῆς ἰδίας αὐτῷ καὶ θεοπρεποῦς ἰσχύος ἐνεφύτευσε τὴν ἐνέρ-

nos inopia eius ditemur, discamusque cum humilibus versari, neque fastu adversus eos efferri qui egestate et tribulatione premuntur. — Adit Simonis domum Iesus, invenitque febrientem eiusdem socrum. Et stans super illam increpavit febrem, quae dimisit eam. Iam vero in verbis « dimisit eam febris » quae sunt etiam apud Matthaeum ac Marcum, nullum innuitur animal, quod eam febrim efficeret. In verbis autem « stans super illam increpavit febrem, quae dimisit eam » a Luca dictis, haud scio an fortasse cogemur, animal aliquod obiurgatum dicere, quod obiurgantis efficaciam sustinere non potuerit. Nam res inanimis sensuque carens increpari non recte dicitur. Alioqui nil mirum videtur, esse aliquas in humano corpore maleficas potentias; neque plane idcirco animam patientis accusabimus, quasi ab illis detrimentum patiatur. Neque enim quia percussit Iobum ulcere malo, potestate accepta a Deo diabolus tentandi illum per corporis adflictionem; non, inquam, ideo reprehendendus Iobus, qui sane certamen sustinuit, plagamque fortiter pertulit. Tantum dicere licet, si quando corporeis tentamur doloribus, animam eius nolite tangere. Sic et Dominus increpando sanat obsessos.

Imponit etiam infirmo cuique manum, demonstrans potentis Verbi efficaciam a sancta carne geri, quam suam fecerat, Deo congruam virtutem illi inserens: ut discamus, quod etiamsi nostram subiit conditionem unigenitum Dei Verbum, nihilo tamen minus sic quoque Deus est, cuncta facile efficiens etiam per carnem propriam: nam revera per ipsam miracula operabatur. Neque id magnopere mireris; cogita potius, quod et in aeneo vase positus ignis, proprii caloris communicat illi vim. Sic ergo etiam omnipotens Dei Verbum, unito sibi vere animato et intellectuali ex sancta Virgine templo, sui proprii ac Deo digni vigoris inseruit efficaciam. Quamobrem ut Iudaeis pudorem incuteret, si non

facio, inquit, opera patris mei, nolite mihi credere; sin autem facio, etiamsi mihi nolitis credere, operibus meis credite. Nempe ipsa testante de visu veritate, quod non homini per se ipsum et singulariter considerato, natoque ex muliere, suam attribuisset gloriam Unigenitus; sed quod unicus filius existens, cum unito sibi sancto corpore miracula patrabat, et a creatis rebus tamquam Deus adorabatur. Ecce autem Petri domum ingreditur, ubi muliercula in lecto iacebat, vehementi febri correpta. Cumque dicere posset, utpote Deus, omitte morbum et surge, non ita egit; sed operatricem salutis ostendens carnem suam, quae nimirum caro Dei erat, manum eius tetigit; statimque, inquit scriptura, reliquit eam febris. — Age vero recipiamus et nos Iesum. Cum enim in nos etiam ingredietur, eumque mente et corde tenebimus, tunc absurdarum voluptatum flammam extinguet, excitabit autem, valentesque nos efficiet, spiritaliter inquam, ut ei serviamus, id est quae sunt ei placita exsequamur.

Et vide rursus quanta sit sanctam eius carnem tangendi utilitas: nam morbos multiplices daemonumque turbam pellit, diaboli quoque potestatem subvertit, talemque ac tantum populum uno temporis momento sanat. Iam quum solis verbis ac nutu miracula patrare posset, nihilominus ut rem necessariam nos doceret, manus quoque aegrotis imponit. Namque omnino oportebat scire nos, quod Verbi potentiam gestabat sancta caro, quam ipse suam fecerat, Deo congruam vim illi inserens. Ergo Iesus nos quoque contingat, immo magis nos ipsum per mysticam eulogiam, ut nos pariter animae liberet morbis, et daemonum incursu ac tyrannide!

Et increpans non sinebat eos loqui.

Non sinebat impuros daemonas ipsum confiteri: non enim oportebat apostolici ministerii eos gloriam usurpare, neque immundis linguis Christi mysterium eloqui.

γιαν· καὶ γοῦν Ἰουδαίους ἐκδυσωπῶν, εἰ οὐ ποιῶ φησὶ * τὰ ἔργα τοῦ πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις μου πιστεύετε· ἔστι τοίνυν ἰδεῖν μαρτυρούσης ἀληθείας αὐτῆς, ὡς οὐχ ὡς ἀνθρώπῳ παρ' ἑαυτὸν ἀνὰ μέρος ὄντι καὶ νοουμένῳ τῷ ἐκ γυναικὸς, τὴν ἰδίαν ἔδωκε δόξαν ὁ μονογενὴς, ἀλλ' ὡς εἷς ὑπάρχων υἱὸς, μετὰ τοῦ ἑνωθέντος αὐτῷ ἁγίου σώματος, εἰργάζετο τὰς θεοσημείας· προσκυνεῖται δὲ καὶ παρὰ τῆς κτίσεως ὡς θεός· καὶ γοῦν εἰσῆλθε μὲν εἰς τὴν οἰκίαν Πέτρου, ἔνθα γύναιον ἐπὶ κλίνης ἔρριπτο, λάβρῳ πυρετῷ δαπανώμενον· καί τοι δυνάμενος εἰπεῖν ὡς θεὸς, ἀπόθου τὴν νόσον, ἀνάστηθι, τοῦτο μὲν οὐ πεποίηκεν· ἐνεργὸν δὲ πρὸς θεραπείαν ἀποφαίνων τὴν ἑαυτοῦ σάρκα, θεοῦ γὰρ ἦν σὰρξ, ἥψατο τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ παραχρῆμα, φησὶ, ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετός. — Ἀλλ' ὑποδεξώμεθα καὶ ἡμεῖς τὸν Ἰησοῦν· ὅταν γὰρ εἰσβάλῃ καὶ ἐν ἡμῖν, καὶ ἔχωμεν αὐτὸν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν, τότε τὴν ἐκτόπων ἡδονῶν τὴν πύρωσιν ἀποσβέσει, ἐγερεῖ δὲ καὶ εὐρώστους ἀποφανεῖ, πνευματικῶς δηλονότι, ὥστε καὶ ὑπηρετεῖν αὐτῷ, τουτέστι τὰ δοκοῦντα αὐτῷ πληροῦν.

* Ioh. X. 37. 38.

Ἄθρει δέ μοι πάλιν ὅσην ἔχει τὴν ὠφέλειαν τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς ἐπαφή· ἐλαύνει γὰρ καὶ ποικίλας νόσους, καὶ δαιμονίων ὄχλον, καὶ τὴν τοῦ διαβόλου δύναμιν καταστρέφει, καὶ τοσοῦτον δῆμον θεραπεύει ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ· καί τοι γὰρ λόγῳ καὶ νεύματι πληροῦν δυνάμενος τὰς τερατουργίας, ἵνα τί τῶν ἀναγκαίων διδάξῃ, καὶ τὰς χεῖρας ἐπιφέρει τοῖς οὖσιν ἐν ἀρρωστίαις· ἔδει γὰρ ἔδει μαθεῖν ἡμᾶς, ὅτι τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως τὴν ἐνέργειαν περιφόρηκεν ἡ ἁγία σὰρξ, ἣν αὐτὸς ἰδίαν ἐποιήσατο, θεοπρεπῆ τὴν δύναμιν ἐμφυτεύσας αὐτῇ· οὐκοῦν ἁπτέσθω καὶ ἡμῶν, μᾶλλον δὲ ἡμεῖς αὐτοῦ διὰ τῆς μυστικῆς εὐλογίας *, ἵνα καὶ ἡμᾶς ἐλευθερώσῃ ψυχικῶν ἀρρωστημάτων, καὶ τῆς τῶν δαιμονίων ἐφόδου καὶ πλεονεξίας. v. 40. A. f. 81. b. C. f. 115. b. H. f. 251.

* Eucharistia.

Καὶ ἐπιτιμῶν οὐκ εἴα αὐτὰ λαλεῖν. v. 41.

Οὐκ ἠφίει τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας ὁμολογεῖν αὐτόν· οὐ γὰρ ἔδει τῆς ἀποστολικῆς λειτουργίας τὴν δόξαν ἁρπάζειν αὐτοὺς, ἀλλ' οὔτε ἔδει ἐξ ἀκαθάρτου γλώττης λα- A. f. 81. b. H. f. 251.

λεῖσθαι τοῦ Χριστοῦ μυστήριον· ὥστε κἂν λέγωσί τι τῶν ἀληθῶν, πιστευέτω μηδείς· οὐ γὰρ διὰ σκότους τὸ φῶς γινώσκεται· καὶ
* II. Cor. VI. 15. τοῦτο διδάξει λέγων ὁ Χριστοῦ μαθητής· * τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; ἢ τίς συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ;

Quamobrem etiamsi verum aliquid dicant, nemo credat; namque ex tenebris lux non agnoscitur. Quam rem Christi discipulus docet dicens: quae communio luci cum tenebris? vel qui consensus Christi cum Belial?

ΚΕΦ. Ε'.

Cap. V.

v. 2. *Καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑστῶτα παρὰ τὴν λίμνην· οἱ δὲ ἁλιεῖς ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα.*

Et vidit duas naves stantes secus stagnum; piscatores autem descenderant, et lavabant retia.

A. f. 82. b. B. f. 54. b. C. f. 114. b. H. f. 253. b. Θαυμάσωμεν τῆς οἰκονομίας τὸ εὐτεχνὲς, τὸ ἐπί γε τῇ θήρᾳ τῶν τεθηρευκότων τὴν ὑπ' οὐρανὸν, φημὶ δὴ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, οἳ καὶ ἁλιεύειν εἰδότες, ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ γεγόνασι λῖνον· ἵνα καὶ αὐτοὶ τὴν τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων σαγήνην χαλάσαντες, προσκομίσωσιν αὐτῷ τοὺς κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν· ὃ γοῦν ἔφη που δι'
* Hier. XVI. 16. ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· * " ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ἁλιεῖς πολλοὺς, λέγει κύριος, καὶ ἁλιεύσουσιν αὐτούς· καὶ μετὰ ταῦτα· ἀποστελῶ πολλοὺς θηρευτὰς, καὶ θηρεύσουσιν αὐτούς (1)· " καὶ τοὺς μὲν ἁλιεῖς, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους φησὶ, θηρευτὰς δὲ τοὺς κατὰ καιροὺς τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἡγουμένους τε καὶ μυσταγωγούς· σὺ δέ μοι σκόπει, ὡς οὐ κηρύττει μόνον, ἀλλὰ καὶ σημεῖα ἐπιδείκνυται, ἐνέχυρα τῆς αὐτοῦ παρέχων δυνάμεως, καὶ τῇ τῶν θαυμάτων ἐπιδείξει βεβαιῶν τὰ λεγόμενα· ἐπεὶ γὰρ ἀρκούντως τοῖς ὄχλοις διείλεκται, τρέπεται πάλιν πρὸς τὴν συνήθη μεγαλουργίαν, καὶ διὰ τῶν ἁλιευτικῶν ἐπιτηδευμάτων ἁλιεύει τοὺς μαθητάς· ἵν' εἰδεῖεν ὡς πανσθενὲς ἔχει τὸ θέλημα, καὶ τοῖς θεοπρεπεστάτοις αὐτοῦ νεύμασιν ἡ κτίσις ὑπηρετεῖ.

Admiremur divinae agendi rationis sollertiam ad praedandum illos qui vicissim orbem terrarum praedati sunt, sanctos inquam apostolos, qui ceteroqui piscandi periti, nihilominus in Christi retia inciderunt: ut postea et ipsi praedicationis evangelicae sagenam demittentes, ex universo mundo praedam ad eum comportarent. Quapropter alicubi dixit Deus per unum de sanctis prophetis: « ecce ego mitto piscatores multos, dicit Dominus, et piscabuntur eos. Et post haec mittam venatores multos, et venabuntur eos. » Et piscatores quidem dicit sanctos apostolos; venatores autem, futuros per tempora sanctarum ecclesiarum praesules et magistros. Tu vero mecum considera, Christum non praedicare tantummodo, sed signa etiam ostendere, testimonia videlicet potentiae suae, et miraculis editis sua dicta confirmare. Nam postquam satis ad turbas concionatus fuit, convertit se rursus ad solitam prodigiorum operam, et piscatorio artificio piscatur sibi discipulos; ut cognoscerent omnipotentem esse voluntatem eius, et quod divinis eiusdem nutibus res omnis creata obtemperat.

v. 4. *Ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν, εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα· ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος κ. τ. λ.*

Ut cessavit autem loqui, dixit Simoni: duc in altum etc.

A. f. 82. b. C. f. 114. H. f. 254. Καὶ γοῦν μετὰ τὴν αὐτάρκη διδασκαλίαν, ἐπειδὴ καὶ ἔργον ἔδει θεῖον προσθεῖναι τοῖς

Itaque postquam satis concionatus publice fuerat, quia iam oportebat divinam

(1) Ad hunc Cyrilli locum, anonymus quidam interpres in codice B. p. 55. novum Cyrilli commentario dat testimonium sic: θαυμαστήν τινα θεωρίαν λέγει Ὠριγένης εἰς τὸ προφητικὸν ῥητὸν τοῦ θείου Ἱερεμίου, ὅπερ ἄνωθεν ἐξηγήσατο ὁ ἅγιος Κύριλλος, τὸ, ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ ἁλιεῖς πολλοὺς, λέγει κύριος, καὶ ἁλιεύσουσιν αὐτούς· καὶ μετὰ ταῦτα ἀποστελῶ θηρευτὰς πολλοὺς καὶ θηρεύσουσιν αὐτούς: *miram quamdam expositionem facit Origenes in propheticum divi Hieremiae effatum, quod superius explanavit sanctus Cyrillus; nempe « ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, qui piscabuntur eos. Et postea mittam venatores » multos, qui eos venabuntur. »*

quoque operam dictis adiungere ob spectantium utilitatem, mandavit Simoni, a littore aliquantum navim subducere, atque ad piscatum rete demittere. Illi autem integra nocte aiebant se laborantes nihil cepisse; nihilo tamen minus in Christi nomine rete demiserunt, quod ilico praeda repletum senserunt: ut ex manifesto facto, typi instar et imaginis, mire patrato, certiores fierent, haud cariturum mercede laborem ipsorum, neque infructuosum fore conatum quem in explicando evangelici magisterii rete exproment, sed ipso potius cunctas et ubique gentium catervas conclusuros. Sed tamen illud considera. Quum non possent rete ad se trahere Simon et qui cum eo erant, ideoque metu attoniti non auderent loqui, namque admiratio mutos eos fecerat; innuerunt, inquit, sociis, piscatoriae scilicet artis, ut se adiuvarent, quo praedam in tutum subducerent. Multi enim sanctorum apostolorum labores adiuverunt et adhuc adiuvant, ii prae ceteris qui sacras nobis sanctorum evangeliorum scripturas explanant; et post hos alii pastores atque magistri, et populorum praesules, ac veritatis dogmatum periti. Adhuc enim iactatur rete, Christo id complente, atque ad conversionem vocante eos qui in profundo maris sunt, ut ait scriptura, id est in tempestate fluctibusque mundanis versantur.

Quod cum vidisset Simon Petrus etc.

Propterea et Petrus, prioribus peccatis suis in mentem revocatis, pavet tremitque, ac veluti immundus purum excipere non audet, laudabili metu. Noverat enim iuxta legem, inter sanctum et profanum distinguere.

Et ecce vir plenus lepra etc.

Verumtamen laude omni digna est accedentis fides. Testatus est enim omnia prospere posse Emmanuhelem facere, et divinis nutibus relevari se petit, quamquam morbus esset insanabilis. Non enim solet lepra medicorum remediis cedere. Atqui

λόγοις ἐπ᾽ ὠφελείᾳ τῶν θεωμένων, προσέταξε τοῖς περὶ τὸν Σίμωνα, βραχὺ τῆς γῆς ἀποφέρεσθαι, καὶ καθεῖναι πρὸς ἄγραν τὸ δίκτυον· οἱ δὲ δι᾽ ὅλης μὲν ἔφασκον κοπιάσαι νυκτὸς, v. 5
λαβεῖν δὲ μηδέν· πλὴν ἐν ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ καθῆκαν τὸ λῖνον, καὶ μεστὸν εἶχον εὐθὺς τῶν τεθηρευμένων· ἵνα διὰ πράγματος ἐναργοῦς, καὶ ὡς ἐκ τύπου καὶ εἰκόνος, τοῦ παραδόξως τετελεσμένου πληροφορηθῶσιν, ὅτι οὐκ ἄμισθος ὁ πόνος αὐτῶν, οὔτε ἄκαρπος ἡ σπουδὴ ἣν ἂν ποιήσαιντο, τῆς εὐαγγελικῆς μυσταγωγίας τὸ λῖνον ἁπλώσαντες, ἀλλ᾽ ἐν αὐτῷ πάντη τε καὶ πάντως, τὰς τῶν ἐθνῶν ἀγέλας συλλέξουσι· πλὴν ἐκεῖνο ἄθρει· οὐ γὰρ ἰσχύσαντες ἀνελκύσαι τὸ v. 6.
λῖνον Σίμων τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ φόβου καὶ τῆς ἐκπλήξεως μὴ τολμῶντες λαλῆσαι, ἀπὸ γὰρ τοῦ θαυμάζειν, εἰς ἀφωνίαν περιέστησαν, κατένευσαν φησὶ v. 7.
τοῖς μετόχοις, δῆλον δὲ ὅτι τῶν ἁλιευτικῶν ἐπιτηδευμάτων, ὥστε συλλαβέσθαι αὐτοῖς, καὶ συνελάσωσαι τὴν ἄγραν· πολλοὶ γὰρ τοῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων συνήραντο καὶ συναίρονται πόνοις, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, οἱ τὰς ἱερὰς ἡμῖν τῶν ἁγίων εὐαγγελίων ἀνερευνῶντες γραφὰς, καὶ μετ᾽ ἐκείνους ἕτεροι ποιμένες τε καὶ διδάσκαλοι, καὶ λαῶν ἡγούμενοι, καὶ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων ἐπιστήμονες· ἀναφέρεται γὰρ ἔτι τὸ λῖνον, πληροῦντος αὐτὸ Χριστοῦ, καὶ καλοῦντος εἰς ἐπιστροφὴν τοὺς ἐν βυθοῖς θαλάσσης, κατὰ τὸ γεγραμμένον *, τουτέστι * Ps. LXVIII. 15.
τοὺς ἐν ζάλῃ καὶ κύμασιν ὄντας κοσμικοῖς.

Ἰδὼν δὲ Σίμων Πέτρος κ. τ. λ. v. 8.

Διὰ ταῦτα καὶ Πέτρος, ἐπὶ τῇ μνήμῃ A. f. 8..
τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων προσέπεσε, τρέμει H. f. 2..
καὶ δέδοικε, καὶ ὡς ἄναγνος, τὸν καθαρὸν οὐ θαῤῥεῖ ὑποδέξασθαι, διὰ δειλίαν ἐπαινουμένην· ἔμαθε γὰρ, κατὰ τὸν νόμον, ἀνὰ μέσον ἁγίου καὶ βεβήλου διαστέλλειν. * * Ezech. XXII. 26.

Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ πλήρης λέπρας κ. τ. λ. v. 12.

Πλὴν ἐπαίνου παντὸς ἀξία, τοῦ προσελ- A. f. 84.
θόντος ἡ πίστις· μεμαρτύρηκε γὰρ τὸ πάντα C. f. 115. b.
δύνασθαι κατορθοῦν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ διὰ νευ- D. f. 18. b.
μάτων θεοπρεπῶν ἐλευθεροῦσθαι ζητεῖ, καί τοι H. f. 259. b.
τὸ πάθος οὐκ ἰάσιμον· οὐ γὰρ οἶδεν ἡ λέπρα τῶν τῶν ἰατρῶν ἐμπειρίαις παραχωρεῖν· ἀλλὰ

Ἤδη μέν τοι ὁ κύριος τὸν διωγμὸν ἀπήγγειλε, πρὶν ἀποσταλῆναι τοὺς ἀποστόλους· προέλαβε τὸ εὐαγγέλιον τὴν ἔκβασιν· ἔχρην γὰρ πάντως αὐτοὺς τὸ εὐαγγελικὸν διαγγέλλοντας κήρυγμα, καὶ Ἰουδαίους μὲν ἀφιστῶντας τῆς κατὰ νόμον λατρείας, ἵνα τῆς εὐαγγελικῆς εὐζωΐας εἰδεῖεν τὴν ὁδὸν, τοὺς δέ γε εἰδωλολάτρας εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν σαγηνεύοντας, προσκροῦσαι πολλοῖς ἀφιλοθέοις τὲ καὶ ἀνοσίοις ἀνδράσιν· οὗτοι γὰρ πολέμους καὶ διωγμοὺς τοῖς τὸν Ἰησοῦν καταγγέλλουσιν ἐπεγείρουσι, διώκοντες τὴν εὐσέβειαν· ἵνα τοίνυν ἐνστάντος τοῦ καιροῦ, καθ᾽ ὃν ἔμελλεν ἔσεσθαι ταῦτα παρά τινων, μὴ εἰς ἀνοήτους ἐμπίπτωσιν ἀκηδίας, προαπαγγέλλει χρησίμως, ὡς καὶ τῶν σκυθρωπῶν ἡ ἔφοδος, ἔμμισθος ἔσται καὶ ἐπωφελὴς αὐτοῖς· ὀνειδίσουσι γάρ φησιν ὑμᾶς ὡς πλάνους καὶ ἀπαταιῶνας· ἀφορίσουσιν ἑαυτῶν, τουτέστι τῆς πρὸς ἑαυτοὺς φιλίας καὶ κοινωνίας· ἀλλὰ μηδεὶς ἔστω παρ᾽ ὑμῖν, φησι, τῶν τοιούτων ὁ λόγος· τί γὰρ ἀδικήσει τῆς ἐκείνων γλώττης τὸ ἄτακτον, τὸν εὖ βεβηκότα νοῦν; τοῖς γὰρ εὐσεβῶς εἰδόσι φιλοσοφεῖν, οὐκ ἄκαρπον ἔσεσθαι φησὶ τὴν ἐπὶ τούτων ὑπομονὴν, ἀλλ᾽ εὐθυμίας τῆς ἀνωτάτω πρόξενον· διαδείκνυσι δὲ πρὸς τούτῳ χρησίμως, ὡς ξένον αὐτοῖς οὐδὲν συμβήσεται καὶ ταῦτα παθοῦσιν· ἔσονται δὲ μᾶλλον κατ᾽ ἐκείνους, οἳ καὶ πρὸ αὐτῶν τοὺς θείους καὶ ἄνωθεν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ διαπορθμεύοντες λόγους· ἐδιώχθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέ-

θανον, λοιδοριῶν ἠνέσχοντο, ἀδίκως αὐτοῖς ἐπενηνεγμένων· οὐκοῦν δίδωσιν ἐκεῖνο νοεῖν, ὡς ὧν ἂν γένοιντο μιμηταὶ, τούτων ἔσονται καὶ κοινωνοί· καὶ προφητικῶν στεφάνων οὐκ ἀμοιρήσουσι, τὴν ἐκείνοις ἐντριβῆ βαδίσαντες ὁδόν.

v. [illegible] Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις (1).

A. [illegible] b. Προαναφωνήσας αἰτίαν παντὸς ἀγαθοῦ τὴν διὰ θεὸν πτωχείαν, καὶ τὸ πεινῆν καὶ κλαίειν οὐκ ἄμισθον ἔσεσθαι τοῖς ἁγίοις εἰπὼν, μεθίστησι τὸν λόγον ἐπὶ τὰ ἐναντίως ἔχοντα τούτων· καὶ διαδείκνυσιν αὐτὰ κολάσεως ὄντα καὶ δίκης ἐμποιητικὰ, ἵνα τῇ μὲν τῶν στεφάνων ἐπιθυμίᾳ, καὶ τῇ τοῦ μακαρισμοῦ ἐφέσει, σαγηνεύωνται πρὸς τοὺς πόνους, καὶ τὴν διὰ θεὸν αἱρεῖσθαι πτωχείαν πείθωνται· τῷ δὲ φόβῳ τῆς ἐπηρτημένης κολάσεως, φεύγωσι τὸ πλουτεῖν, καὶ τὸ ἐν τρυφαῖς εἶναι καὶ γέλωτι, τουτέστιν ἐν τέρψεσι κοσμικαῖς· καὶ τοὺς μὲν κληρονόμους ἔσεσθαι τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας φησὶ, τοὺς δὲ ἐσχάταις περιπεσεῖσθαι συμφοραῖς· ἀπέχετε γάρ φησι τὴν παράκλησιν ὑμῶν· ἔξεστι δὲ τοῦτο ἰδεῖν, ὡς ἐν πίνακι καλῶς γεγραμμένον *, ἐν τῇ περὶ τοῦ πλουσίου καὶ Λαζάρου παραβολῇ· ἀπέλαβες γάρ, φησι πρὸς τὸν πλούσιον, τὰ ἀγαθά σου ἐπὶ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος τὰ κακά· νῦν δὲ αὐτὸς ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι. Ἀλλὰ φέρε καθ' ἑαυτοὺς ἐκεῖνο γυμνάσωμεν· ἆρα εἴ τις ἐστὶ πλούσιος ἐν κόσμῳ, οὗτος ἀπώλισθε πάντως τοῦ προσδοκᾷν ἐλεεῖσθαι παρὰ θεοῦ; οὐ τοῦτο φαμὲν, ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ἐξῆν τῷ πλουσίῳ κατελεῆσαι τὸν Λάζαρον, ὡς καὶ τῆς αὐτοῦ παρακλήσεως γένηται κοινωνός· καὶ γοῦν ὁ σωτὴρ τοῖς τὸν ἐπίγειον ἔχουσι πλοῦτον, ὁδὸν ὑπέδειξε σωτηρίας, εἰπών· * ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ ἀδίκου μαμωνᾶ, ἵνα ὑποδέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς ἑαυτῶν σκηνάς.

* Luc. XVI. 25.
* Luc. XVI. 9.

v. 27. Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν.

A. f. 101. b.
B. f. [illegible]
C. f. 118. b.
* II. Cor. V. 17.

Ἀληθεύει λέγων ὁ μακάριος Παῦλος· * ὅτι εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, πάντα γὰρ

gladio caesi perierunt, convicia inique sibi inflicta pertulerunt. Ergo vult eos intelligere, quorum fuerint imitatores, eorum fore etiam participes, et prophetarum coronis non cariturus, si viam illorum terendo decurrerint.

Vae vobis divitibus!

Locutus antea de omnis boni causa propter Deum paupertate; famemque ac fletum haud sine mercede sanctis fore praefatus, ad contraria his transfert orationem, demonstratque ea poenam ultionemque importare; ut sic coronae cupiditate et beatitudinis studio, ad labores impellantur, et ob Dei amorem paupertatem amplecti velint; metuque vicissim impendentis poenae, a divitiis abhorreant, et a deliciis atque risu, id est mundanis delectationibus. Et illos quidem regni caelorum heredes futuros ait, hos autem calamitates extremas subituros. Habetis enim, inquit, consolationem vestram. Licet autem hoc, tamquam in depicta egregie tabula, spectare in divitis Lazarique parabola. Recepisti enim, ait diviti, bona tua dum viveres; Lazarus vero mala: nunc autem ille hoc in loco recreatur, tu contra cruciaris. Sed age nobis ipsis ita obiiciamus: num si quis in mundo dives est, hic a misericordiae divinae spe prorsus excidit! Haud ita dicimus, sed illud potius, potuisse divitem misereri Lazari, atque ita consolationis eiusdem particeps fuisset. Ecce enim Servator iis qui terrenas habent divitias, viam ostendit salutis dicens: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut hi in sua vos tabernacula recipiant.

Diligite inimicos vestros.

Vere dicit beatus Paulus: si qua in Christo nova creatura; omnia enim facta

(1) Apud D. Thomam. « Cyrillus. Praedicto quod paupertas apud Deum causa sit cuiuslibet boni, et » esurire et flere non vacabit mercede sanctorum, transfert sermonem ad opposita, et innuit ipsa damna» tionis et supplicii fore materiam. Unde dicitur: *verumtamen vae vobis divitibus, qui habetis consola*» *tionem vestram.* Haec enim dictio, vae, semper in scripturis dicitur his qui non possunt evadere a fu» turo supplicio. »

sunt in ipso et per ipsum nova, et foedus, et lex, et vitae genus. Videsis autem quam sit convenientissima sanctis doctoribus haec agendae vitae ratio, qui cunctis per orbem hominibus salutarem praedicationem illaturi erant. Atqui hinc expectandi erant persecutores innumeri et omnimodi insidiatores. Quod si contigisset, ut his molestiis gravarentur nimis discipuli, voluissentque offensores suos ulcisci, utique tacuissent, eosque praeterissent, omissa deinceps apud eos praedicatione, nec ipsos ad veritatis notitiam vocavissent. Oportebat igitur tam sanctâ patientiâ sanctorum magistrorum mentes inhibere, quô casus omnes fortiter ferrent, etiamsi quidam conviciis incesserent, et impias molirentur insidias. Ita vero se gessit ante alios ipse Iesus, ut exemplar nobis fieret. Namque adhuc de veneranda cruce pendens, iudaica plebe ipsum irridente, preces patri Deo pro illis offerebat dicens: dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Utique et beatus Stephanus lapidibus licet pulsatus, flexis genibus oravit dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Divus denique Paulus ait: convicium passi, benedicimus; maledicti, obsecramus. Necessario itaque haec ad apostolos adhortatio fit: perutilis vero nobis quoque est, ut bonam et admiratione dignam vitam instituamus. Et haec quidem adhortatio omni philosophia redundat; sed eam nostris mentibus difficilem efficiunt praeiudicia non bona, et insitarum cupiditatum superabilis aegre tyrannis. Quare quum sciret animalem hominem haud haec admittere, quia Spiritûs oracula stultitiam existimat, et factu impossibilia, idcirco separans eos qui sunt huiusmodi ab iis qui edicta audire queunt, vobis inquit dico qui audire et audita exsequi vultis. Etenim alacritas ad fortitudinem spiritalem, in tentationibus laboribusque manifestatur. Imitare ergo in his Christum, qui cum malediceretur non maledicebat; cum pateretur, non commina-

γέγονεν ἐν αὐτῷ τε καὶ δι᾽ αὐτοῦ καινὰ, καὶ διαθήκη, καὶ νόμος, καὶ πολιτεία· ἄθρει δὲ ὅπως πρεπωδεστάτη λίαν ἐστὶ τοῖς ἁγίοις μυσταγωγοῖς, ἡ τοιάδε πολιτεία τε καὶ ζωὴ, οἳ ἔμελλον τοῖς ἁπανταχόσε γῆς, τὸ σωτήριον ἐξαγγέλλειν κήρυγμα· καὶ ἦν ἐντεῦθεν προσδοκᾷν, οὐκ εὐαριθμήτους ἔσεσθαι τοὺς διώκοντας αὐτοὺς καὶ πολυτρόπως ἐπιβουλεύοντας· ἀλλ᾽ εἰ συνέβη ταῖς τοιαύταις λύπαις ἀχθεσθῆναι τοὺς μαθητὰς, εἶτα θέλειν ἀμύνεσθαι τοὺς λελυπηκότας, ἐσίγησαν ἂν καὶ παρέδραμον αὐτοὺς, οὐκέτι τὸ θεῖον αὐτοῖς παρατιθέντες κήρυγμα, οὐ καλοῦντες εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας· ἔδει τοίνυν ταῖς οὕτω σεπταῖς ἀνεξικακίαις, τὸν τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν ἀναχαιτίσαι νοῦν, ἵνα πάντα γενναίως φέρωσι τὰ συμβαίνοντα, κᾂν ὑβρίζωσί τινες, κᾂν ἀνοσίως ἐπιβουλεύωσι· πέπραχε δὲ τοῦτο καὶ πρό γε τῶν ἄλλων αὐτὸς εἰς ὑποτύπωσιν ἡμετέραν· ἔτι γὰρ ἀπηρτημένος τοῦ τιμίου σταυροῦ, καί τοι τοῦ Ἰουδαίων πλήθους ἐπιγελῶσης αὐτῷ, τὰς πρὸς τὸν θεὸν καὶ πατέρα λιτὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἐποιεῖτο, λέγων· * ἄφες αὐτοῖς, ὅτι οὐκ οἴδασι τί ποιοῦσι· ναὶ μὲν καὶ ὁ μακάριος Στέφανος, καί τοι βαλλόμενος λίθοις, θεὶς τὰ γόνατα, προσηύξατο λέγων· * κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην· καὶ ὁ θεῖος δὲ Παῦλος φησί· * λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν· δυσφημούμενοι, παρακαλοῦμεν· οὐκοῦν ἀναγκαία μὲν ἡ τοιάδε παραίνεσις τῶν ἁγίων ἀποστόλων· χρησιμωτάτη δὲ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, εἴς γε τὸ χρῆναι βιοῦν ὀρθῶς καὶ τεθαυμασμένως· μεστὴ γάρ ἐστι πάσης φιλοσοφίας· δυσκατόρθωτον δὲ ἀποτελοῦσιν αὐτὴν ταῖς ἡμετέραις διανοίαις προλήψεις οὐκ ἀγαθαὶ, καὶ τῶν ἐν ἡμῖν ὄντων παθῶν ἡ δυσκαταγώνιστος τυραννίς· διόπερ εἰδὼς ὡς ψυχικὸς ἄνθρωπος ταῦτα οὐ δέχεται, μωρίαν ἡγούμενος τὰ τοῦ πνεύματος λόγια καὶ ἀδύνατα εἰς κατόρθωσιν, διαιρῶν τοὺς τοιούτους ἀπὸ τῶν ἀκούειν δυναμένων, ὑμῖν λέγω φησὶ τοῖς ἀκούουσιν, καὶ ποιεῖν ἑτοίμως τὰ λεγόμενα προαιρουμένοις· τὸ γὰρ εὐδόκιμον εἰς ἀνδρείαν τὴν πνευματικὴν, ἐν τοῖς πειρασμοῖς καὶ πόνοις διαφαίνεται· μίμησαι οὖν ἐν τούτοις Χριστόν· * « ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντ-

* Luc. XXIII. 34.

* Act. VII. 59.

* I. Cor. IV. 12

* I. Petr. II. 23.

ελοιδορεῖτο, πάσχων οὐκ ἠπείλει· παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως (1)· „ἀλλ' ἴσως κατὰ σαυτὸν, ἐκεῖνο ἐρεῖς· θεὸς ἦν ὁ Χριστὸς, ἐγὼ δὲ ἄνθρωπος ἀσθενὴς, ἔχων τὴν διάνοιαν ἀσθενῆ, καὶ ἀνικάνως ἔχουσαν πρὸς τὸ δύνασθαι καὶ πλεονεξίας καὶ λύπης κατευμεγεθῆσαι· ὀρθῶς ἐρεῖς· εὐόλισθος γὰρ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς εἰς τὸ πλημμελεῖν· πλὴν ἐκεῖνο φημί· οὐκ ἀφῆκε σε γυμνὸν τῆς παρ' αὐτοῦ φειδοῦς καὶ ἀγάπης ὁ κύριος· ἔχεις αὐτὸν ἐν σεαυτῷ, ἤτοι ἐντὸς, διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος· οἶκος γάρ ἐσμεν αὐτοῦ, καὶ ταῖς τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν ψυχαῖς ἐναυλίζεται· αὐτός σε νευροῖ πρὸς τὸ φέρειν γενναίως τὰ παρεμπίπτοντα, καὶ ταῖς τῶν πειρασμῶν ἐμβολαῖς ἀντανίστασθαι νεανικῶς· μὴ νικῶ τοίνυν ὑπὸ τοῦ κα-
* Rom. XII. 21. κοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν.*

batur, tradebat autem se iuste iudicanti. Sed enim intra te ipsum sic fortasse dices: Deus erat Christus, ego autem homo infirmus, infirma mente praeditus, et quae dominari cupiditati ac maerori non valet. Recte ais; proclivis enim ad peccandum mens humana est. Attamen ego aio: non te destituit nudum patrocinio suo ac benivolentia Dominus. Habes ipsum apud te, id est intra te, per sanctum Spiritum. Habitaculum quippe illius sumus, qui in animabus diligentium se diversatur. Ipse te roborat, ut irruentia mala fortiter feras, et tentationum incursibus viriliter resistas. Ne igitur malo vincaris, sed bono malum supera.

V. 29. Τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην.

Percutienti te in maxillam, praebe et alteram.

[illegible] Τέλος νόμου καὶ προφητῶν γενέσθαι Χρι-
* Rom. X. 4. στὸν, ὁ σοφώτατος ἔφη Παῦλος·* παιδαγωγεῖ γὰρ ὁ νόμος ἐπὶ τὸ αὐτοῦ μυστήριον· ἀλλ'
* Ephes. IV. 13. ὡς αὐτὸς ἔφη πάλιν ὁ μακάριος Παῦλος*, ἐλθούσης τῆς πίστεως, οὐκέτι ὑπὸ παιδαγωγὸν ἐσμέν· οὐ γὰρ ἔτι τὰς φρένας νηπιάζομεν, ηὐξήθημεν δὲ μᾶλλον εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ· ἔδει τοίνυν ἡμῖν οὐ γάλακτος, τροφῆς δὲ μᾶλλον τῆς στερεωτέρας· τοῦτο ἡμῖν χαρίζεται Χριστὸς, τὴν ὑπὲρ νόμον δικαιοσύνης ἐμφανίζων τὴν ὁδόν· ἔφη γὰρ αὐτὸς τοῖς ἁγίοις
* Matth. V. 20. ἀποστόλοις·* ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· εἶτα, τί τὸ περιττὸν ἐν δικαιοσύνῃ τῇ κατά γε φημὶ τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, διειπεῖν ἀναγκαῖον· ὁ νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως τοῖς ἀρχαιοτέροις τεθεσπισμένος διὰ τῶν ἴσων ἔρχεσθαι πραγμάτων ἐκέλευε· κεκώλυκε δὲ τὸ ἀδικεῖν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον προηδικημένους ἀνεξικακεῖν, ὅπερ ὁ τοῦ εὐαγγελίου βούλεται
* Exod. XX. 15. νόμος· οὐ γὰρ φονεύσεις φησὶ*, οὐ κλέψεις,
* Exod. XXI. 24. οὐκ ἐπιορκήσεις· ἔτι τε πρὸς τούτοις*, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, χεῖρα ἀντὶ χειρὸς,

Finem legis atque prophetarum esse Christum, sapientissimus ait Paulus. Nam lex ad huius mysterium erudit. Sed ut idem rursus dicit Paulus, postquam fides supervenit, ulterius sub ductore non sumus; neque puerilem mentem iam gerimus, sed in virum perfectum succrevimus, in aetatem plenitudinis Christi. Itaque nobis haud diutius lacte opus erat, sed cibo potius solidiore; quem nobis largitur Christus, iustitiae, quae supra legem est, viam ostendens. Ait enim ipse sanctis apostolis: amen dico vobis, nisi abundaverit iustitia vestra magis quam scribarum et pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. Deinceps quae sit iustitiae abundantia, illius inquam quae secundum evangelicam Servatoris doctrinam fit, dicere necesse est. Lex a Moyse priscis hominibus lata, res pari conditione esse iubebat; namque iniuriam facere vetabat, haud vero antea offensum patienter se gerere praecipiebat, quod tamen evangelii lex fieri vult. Non occides, lex aiebat, non furaberis, non peierabis. Tum addebat: oculum pro oculo, manum pro manu, pedem pro pede, vulnus pro

(1) De hac lectione ἀδίκως pro δικαίως, videsis quae nos diximus in adn. ad commentarium Cyrilli in epist. II. ad Cor. part. lat. p. 66.

vulnere, livorem pro livore. Haec erant verba imperantis ne alios iniuste laederemus; vel si forte antea laesi, ne ultra talionem iram nostram extenderemus. Atqui non satis placebat Deo vitae secundum legem actae ratio: sed ea fuit antiquis instar paedagogi paulatim deducentis ad iustitiam congruam, atque ad perfecti boni adeptionem prudenter provehentis. Scriptum est enim: initium bonae viae, iusta facere. Reliqua vero perfectio omnis in Christo praeceptisque eius conficitur. Nam percutienti te inquit in maxillam, praebe et alteram. Summae nobis patientiae in his via demonstratur. Vult praeterea hominem divitiarum esse contemptorem; ita ut etiamsi unum pallium fortasse habuerit, ne grave iudicet dimittere cum illo etiam tunicam, si opus fuerit. Est autem haec virtus animae prorsus alienatae ab avaritiae passione. Ne enim repetas, inquit, si quis tuarum rerum partem aliquam abstulerit: sed et cuilibet a te aliquid petenti, da; quod est caritatis et erga pauperes benignitatis indicium. Iam misericordem, oportet simul esse iniuriarum immemorem, ita ut amice se cum inimicis gerat.

Prout vultis ut vobis faciant homines, et vos facite illis similiter.

Sed verisimile erat haec sanctis apostolis difficilia fortasse factu videri. Qui ergo cuncta novit, proprium cuiusque suimet amorem regulam constituit ac definitorem eorum quae ab aliis consequi vellet. Talis esto, inquit, in alios ipse, quales eos erga te ipsum velles experiri: si duros, immisericordes, procaces, iracundos, ultores, et improbos; tu quoque huiusmodi esto. Sin contra, mites, iniuriarum obliviosos, ne intolerandum putes te quoque talem praestare. Fortasse haec regula hominibus sic recte compositis superflua est, quorum in cordibus suae voluntatis notitiam Deus scribit. Etenim diebus illis, inquit Dominus, dabo legem meam in mente eorum, et in eorumdem corde inscribam illam.

πόδα ἀντὶ ποδὸς, τραῦμα ἀντὶ τραύματος, μώλωπα ἀντὶ μώλωπος· ταυτὶ δὲ κελεύοντος ἦν, μὴ ἀδικεῖν ἑτέρους· ἢ γοῦν προηδικημένους, μὴ πέρα τῶν ἴσων τὰς κατὰ τῶν ἀδικήσαντα ἐκτείνειν ὀργάς· ἀλλ᾽ ἦν οὐ πάντως ἀρέσκουσα τῷ θεῷ ἡ κατὰ νόμον πολιτείας ἡ δυνάμις· γέγονε δὲ τοῖς ἀρχαιοτέροις ἐν τάξει παιδαγωγοῦ κατὰ βραχὺ προσεθίζοντος εἰς δικαιοσύνην σύμμετρον, καὶ ἀναβιβάζοντος εὐφυῶς ἐπὶ τὸ τελέως ἔχειν ἀγαθόν· γέγραπται γάρ· * ἀρχὴ ὁδοῦ ἀγαθῆς, τὸ ποιεῖν τὰ δίκαια· πᾶσα δὲ λοιπὸν τελειότης ἐν Χριστῷ καὶ τοῖς αὐτοῦ θεσπίσμασι· τῷ γὰρ τύπτοντί σε, φησὶν, ἐπὶ τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην· ἡ εἰς λῆξιν ἀνεξικακίας ἐν τούτοις ὁδὸς ἡμῖν ὑποδείκνυται· βούλεται δὲ πρὸς τούτῳ, καὶ χρημάτων εἶναι καταφρονητὴν, ὥστε κἂν εἰ μόνον ἱμάτιον ἔχοι, μὴ ἀφόρητον ἡγεῖσθαι τὸ συναποβαλεῖν αὐτῷ καὶ τὸν χιτῶνα τυχόν· ἀρετὴ δὲ αὕτη ψυχῆς ὁλοτρόπως ἀπεστραμμένης τὸ φιλόπλουτον πάθος· μὴ γὰρ ἀπαίτει, φησὶ, τὸν αἴροντά τι τῶν σῶν· ἀλλὰ καὶ παντὶ τῷ αἰτοῦντι σε, δίδου· ὅπερ ἀγάπης καὶ φιλοπτωχίας τεκμήριον· τὸν δὲ φιλοικτίρμονα, χρὴ πάντως εἶναι καὶ ἀμνησίκακον· ὥστε καὶ τὰ φίλων εἰς ἐχθροὺς ἐργάζεσθαι. * Prov. XVI. 5.

Καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως.

Ἀλλ᾽ ἦν εἰκὸς οἰηθῆναι τοὺς ἁγίους ἀποστόλους τάχα που δυσκατόρθωτα εἶναι ταυτί· ὁ τοίνυν πάντα εἰδὼς, τὸν ἡ ἐν ἡμῖν φιλαυτίας δέχεται νόμον βραβευτὴν ὧν ἂν βούλοιτό τις παρ᾽ ἑτέρου τυχεῖν· γίνου τοιοῦτος, φησὶν, εἰς ἑτέρους αὐτὸς, ὁποίους περ ἂν εἶναι θέλῃς περὶ σέ· εἰ μὲν σκληροὺς καὶ ἀσυμπαθεῖς, θρασεῖς καὶ ὀργίλους, μνησικάκους καὶ πονηροὺς, ἔσο καὶ αὐτὸς τοιοῦτος· εἰ δὲ τοὐναντίον, χρηστοὺς καὶ ἀμνησικάκους, μὴ ἀφόρητον ἡγοῦ τὸ εἶναι τοιοῦτος· καὶ τάχα που τοῖς οὕτω διακειμένοις, περιττὸς ὁ νόμος, ἐγγράφοντος θεοῦ ταῖς καρδίαις ἡμῶν τὴν τοῦ ἰδίου θελήματος γνῶσιν· * ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, φησὶ κύριος, διδοὺς δώσω νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς. A. f. 1[illegible] B. f. 66. C. f. 11[illegible] G. f. [illegible] * Hier. XXXI. 33.

v. 36. *Γίνετε οὖν οἰκτίρμονες.*

A. f. 109. b. Μέγα τὸ τῆς ἐλεημοσύνης τὸ καύχημα· καὶ
* Prov. XX. 6. gr. γοῦν γέγραπται *, ὡς μέγα ἄνθρωπος, καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων· μορφοῖ γὰρ ἡμᾶς πρὸς θεὸν ἡ ἀρετὴ, καὶ τῆς ἀνωτάτω φύσεως οἱονεί τινας χαρακτῆρας ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ἐνεργάζεται.

v. 37. *Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε.*

A. f. 110. / C. f. 119. Παγχάλεπον ἀποκείρει πάθος τῶν ἡμετέρων διανοιῶν, ὑπεροψίας ἀρχὴν καὶ γένεσιν· καί τοι γὰρ δέον τινὰς ἑαυτοὺς κατασκέπτεσθαι καὶ κατὰ θεὸν πολιτεύεσθαι, τοῦτο μὲν οὐ δρῶσιν, πολυπραγμονοῦσι δὲ τὰ ἑτέρων· κἂν ἀσθενοῦντας ἴδωσί τινας, ὥσπερ εἰς λήθην ἐρχόμενοι τῶν ἰδίων ἀῤῥωστημάτων, φιλοψογίας ὑπόθεσιν ποιοῦνται τὸ χρῆμα, καὶ καταλαλιᾶς ἀφορμήν· καταψηφίζονται γὰρ αὐτῶν, οὐκ εἰδότες ὅτι νοσοῦντες τὰ ἴσα τοῖς παρ᾽ αὐτῶν διαβεβλημένοις, ἑαυτοὺς κατακρίνουσι· οὕτω που καὶ ὁ
* Rom. II. 1 σοφώτατος γράφει Παῦλος· * ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων· καί τοι μᾶλλον ἐχρῆν, ἀσθενοῦντας ἐλεεῖν, ὡς τῶν τῶν παθῶν ἐφόδοις ὑπεστρωμμένους, καὶ τοῖς ἁμαρτίας βρόχοις ἀφύκτως ἐνειλημμένους, καὶ ὑπερεύχεσθαι τούτων, καὶ παρακαλεῖν αὐτοὺς, καὶ διεγείρειν εἰς νῆψιν, καὶ πειρᾶσθαι μὴ τοῖς ἴσοις περιπεσεῖν αἰτιάμασιν· ὁ γὰρ κρίνων τὸν ἀδελφὸν, καθὰ φησὶν ὁ τοῦ Χρι-
* Iacob. IV. 11 στοῦ μαθητὴς *, καταλαλεῖ νόμου, καὶ κρίνει νόμον· εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης καὶ κριτής· ἄνω γὰρ δεῖ τῆς ἁμαρτανούσης ψυχῆς εἶναι τὸν ταύτης κριτήν· σὺ δὲ μὴ τοιοῦτος ὢν, τί κρίνεις τὸν πλησίον; ἀπολογήσεται τῷ κριτῇ ὁ ἁμαρτάνων· εἰ δὲ τολμᾷς κατακρίνειν, καί τοι τούτου μὴ ἔχων τὴν ἐξουσίαν, κατακριθήσῃ μᾶλλον αὐτὸς, ὡς οὐκ ἐῶντος τοῦ νόμου τὸ κρίνειν ἑτέρους· ὅ γε μὴν συνέσει κυβερνώμενος, οὐκ εἰς τὰς ἑτέρων ἁμαρτίας ὁρᾷ, οὐδὲ τί ἐστι τὸ φαῦλον ἐν
* cod. ἀλλ᾽ ἐν pro ἀλλ᾽ ἐν. τῷ πέλας περιεργάζεται, ἀλλ᾽ * ἐν τοῖς ἰδίοις ἐνατενίζει κακοῖς· τοιοῦτος ἦν ὁ μακάριος ψαλμῳδὸς, προσπίπτων θεῷ καὶ
* Ps. CXXIX. 3. λέγων ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων· * ἐὰν ἀνομίας παρατήρησῃ κύριε κύριε, τίς ὑπο-

Estote ergo misericordes.

Magna est misericordiae gloria. Quare scriptum est: magna res homo, et pretiosum quid vir misericors. Certe Deo nos conformat virtus, et supernae naturae veluti quosdam characteres in animis nostris imprimit.

Nolite iudicare et non iudicabimini.

Diram abscindit ex animis nostris passionem, superbiae initium et causam. Nam quidam cum se ipsos deberent considerare, et secundum Deum vivere, minime id agunt, sed aliorum potius facta scrutantur. Et si forte aliquos vitio quolibet laborantes viderint, suarum veluti obliti infirmitatum, vituperandi occasionem atque obtrectandi materiam hinc arripiunt. Condemnant enim illos, neque reputant quod quum ipsi eadem ac illi, quos reprehendunt, infirmitate laborent, semet ipsi condemnant. Sic enim alicubi sapientissimus quoque Paulus scribit: nam in quo alium iudicas, te ipsum condemnas, eadem enim facis qui iudicas. Cum contra opus foret infirmantium misereri, ceu qui passionum incursibus strati fuerint, et peccati laqueis inevitabiliter irretiti: ideoque orandum pro ipsis, et consolandos, atque ad resipiscendum hortandos, cavendumque ne in pares culpas incurramus. Nam qui fratrem suum iudicat, ait Christi discipulus, detrahit legi, et iudicat legem. Unus autem est legislator et iudex. Oporteret itaque superiorem esse peccanti animae illum qui de hac iudicat. Tu vero cum non sis huiusmodi, cur de proximo tuo iudicas? respondebit iudicanti is qui peccat. Quod si nihilominus damnare audes, etsi huius rei potestatem non habes, ipse potius damnaberis, quia lex non sinit de aliis iudicium ferre. Certe qui recto intellectu regitur, haud aliena peccata inspicit, nec quid iniquum sit in suo proximo scrutatur, sed mala potius propria considerat. Ita se beatus gerebat psalmista, Deo supplicans pro peccatis suis ac dicens: si iniquitates observaveris, Domi-

ne, Domine, quis sustinebit? Interdum vero humanae naturae infirmitatem praetendens, non incongruam petebat veniam dicens: memento quod pulvis sumus.

Date, et dabitur vobis.

Affinem veluti praedictis benignitatibus sermonem intulit eleemosynae. Optima enim res est ac Deo gratissima, et sanctas animas apprime decens. Estote enim, inquit, misericordes, sicuti pater vester est. Quod autem divitiore manu accepturi remunerationem simus a Deo, qui diligentibus se abundanter omnia largitur, ipse testatur dicens: « mensuram bonam et confertam et cogitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum. » Videtur tamen priori quodammodo contradicere alterum. Nam si supereffluentem mercedem accipiemus, quî fieri poterit ut qua mensura mensi fuerimus remetiatur nobis? ubi paritas potius, quam redundantia dandae nobis mercedis significari videtur. Quid ergo dicimus? Omni nos difficultate expediet sapientissimus Paulus, quaestionis solutionem praebens. Ait enim: qui parce seminat, id est modice contractaque manu, parce et metet: qui autem in benedictionibus seminat, in benedictionibus quoque metet. Id est, si quis non habuerit, non peccat dum dare omittit: nam quatenus quisque habet, gratus fiet, non quatenus non habet. Hoc in Moysis quoque lege praefigurabatur. Adferebant enim ad sacrificandum Deo, pro copia et viribus, quicumque sub legis potestate erant; alii vitulos, alii haedos, aut agnos, aut turtures, aut columbas, aut similam oleo conditam. Verumtamen is etiam qui tam exigua et parabilia adducebat, quia vitulum non haberet, par diviti erat, quod attinet ad mentis propositum.

Dicebat autem illis similitudinem.

Necessario in primis hanc adiecit dictis similitudinem. Futuri enim erant initiatores atque magistri terrarum orbis beati discipuli. Oportebat igitur valde eruditos in

στήσεται; ποτὲ δὲ πάλιν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως τὴν ἀσθένειαν προϊσχόμενος, εὔλογον ἀπῄτει συγγνώμην, λέγων· * μνήσθητι ὡς χοῦς ἐσμέν. * Ps. CII 14.

Δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. v. [illegible]

Γείτονα ὥσπερ ταῖς εἰρημέναις ἐπιεικείαις τὸν περὶ τῆς ἐλεημοσύνης ποιεῖται λόγον· ἄριστον γὰρ τὸ χρῆμα, καὶ θεῷ θυμηρέστατον, καὶ ὁσίαις ψυχαῖς ὅτι μάλιστα πρέπον· γίνεσθε γάρ φησιν οἰκτίρμονες, καθὼς ὁ πατὴρ ὑμῶν· ὅτι δὲ πλουσιωτέρᾳ χειρὶ ληψόμεθα τὴν ἀνταπόδοσιν παρὰ τοῦ πάντα πλουσίως νέμοντος θεοῦ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, αὐτὸς πεπληροφόρηκεν εἰπών· μέτρον καλὸν, πεπιεσμένον καὶ σεσαλευμένον καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. Καὶ δοκεῖ μέν πως εἰσφέρεσθαι τῷ πρώτῳ τὸ δεύτερον· εἰ γὰρ μέτρον ὑπερεκχυνόμενον ληψόμεθα, πῶς ᾧ μέτρῳ μετροῦμεν ἀντιμετρηθήσεται ἡμῖν; ἔοικε γὰρ ἐν τούτοις ἰσότης μᾶλλον οὐ πλεονασμὸς εἶναί τις τῆς δοθησομένης ἡμῖν ἀμοιβῆς· τί οὖν ἄρα φαμέν; ἀπαλλάξει πραγμάτων ἡμᾶς ὁ σοφώτατος Παῦλος *, τῶν ζητουμένων τὴν λύσιν ἐπενεγκών· ἔφη γὰρ, ὅτι ὁ σπείρων φειδομένως, ἀντὶ τοῦ, συμμέτρως καὶ συνεσταλμένῃ χειρὶ, φειδομένως καὶ θερίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει· τουτέστι, εἰ δέ τις μὴ ἔχοι, οὐχ ἥμαρτε τοῦτο μὴ δρῶν· καθ' ὃ γὰρ ἂν ἔχοι, εὐπρόσδεκτος, οὐ καθ' ὃ οὐκ ἔχει· τοῦτο καὶ ὁ διὰ Μωϋσέως ὑπετύπου νόμος· προσεκόμιζον γὰρ εἰς θυσίαν τῷ θεῷ, τὸ κατὰ χεῖρά τε καὶ ἰσχὺν, ἕκαστος τῶν ὑπὸ τὸν νόμον· οἱ μὲν μόσχους, οἱ δὲ κριοὺς, ἢ ἀμνοὺς, ἢ τρυγόνας, ἢ περιστερὰς, ἢ σεμίδαλιν ἐλαιοβρεχῆ· πλὴν ὁ καὶ τοῦτο προσάγων τὸ οὕτω μικρὸν καὶ εὐπόριστον, διὰ τὸ μόσχον μὴ ἔχειν, ἴσος ἦν ἐκείνῳ κατὰ πρόθεσιν.

* II. Cor. IX. 6.

Εἶπε δὲ παραβολὴν αὐτοῖς. v. [illegible]

Ἀναγκαιοτάτην ταύτην τῶν εἰρημένων προσέθηκε τὴν παραβολήν· ἔμελλον ἔσεσθαι μυσταγωγοὶ καὶ διδάσκαλοι τῆς ὑπ' οὐρανὸν οἱ μακάριοι μαθηταί· ἔδει τοίνυν αὐτοὺς

ἀρτίως ἔχοντας εἰς εὐσέβειαν ἀναφαίνεσθαι τῶν ἁπάντων, ἐχρῆν εἰδέναι τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὴν ὁδὸν, καὶ τεχνίτας εἶναι πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, καὶ τὸν ἀκριβῆ καὶ σωτήριον καὶ ἀπεξεσμένον εἰς ἀλήθειαν ἐνιέναι λόγον τοῖς πεπαιδευμένοις· ὡς ἤδη προαναβλέψαντας, καὶ τῷ θείῳ φωτὶ καταλαμπομένην τὴν διάνοιαν ἔχοντας· ἵνα μὴ τυφλοὶ τυφλῶν εἶεν ὁδηγοί· οὐ γὰρ οἱ ἐν σκότῳ τῆς ἀγνωσίας ἐνισχημένοι, τοὺς τὰ ὅμοια νοσοῦντας, εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν ὁδηγήσειεν· εἰ γὰρ τοῦτο βουληθεῖεν, εἰς τὸν βόθρον τῶν παθῶν ἀμφότεροι ἐγκυλισθήσονται· εἶτα τὸ φιλόκομπον πάθος τῆς ἀλαζονείας τῶν πολλῶν ἀναιρῶν, ἵνα μὴ τὴν διδασκόντων φιλονικοῖεν ὑπερβαίνειν τιμὴν, ἐπήγαγεν· οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ· κἂν εἰ γένοιτο προελθεῖν εἰς τοῦτό τινας ὥστε καὶ ἰσάμιλλον τοῖς παιδεύουσι κατακτήσασθαι τὴν ἀρετὴν, εἰς τὸ τῶν διδασκόντων στήσονται μέτρον, κἀκείνων ἔσονται μιμηταί· καὶ πιστώσει πάλιν ὁ Παῦλος,
* I. Cor. XI. 1. λέγων· * μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ· τὸν τοίνυν διδασκάλου μήπω κρίνοντος, τί κρίνεις αὐτός; οὐ γὰρ ἦλθε κρῖ-
A. f. III. ναι τὸν κόσμον, ἀλλ' ἐλεῆσαι. — Κατὰ δέ γε τὴν προτέραν διάνοιαν, εἰ ἐγώ φησιν οὐ κρίνω, μὴ δὲ σὺ ὁ μαθητής· εἰ δὲ καὶ μείζοσιν ἐνέχῃ ἐφ' οἷς ἕτερον κρίνεις, πῶς οὐκ ἂν αἰσχυνθείης εἰς αἴσθησιν ἐλθών; τοῦτο διὰ παραβολῆς ἑτέρας ὁ κύριος παρίστη λέγων·

v. 41 Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου;

A. f. III. B. f. 68. C. f. 110. Ἐξ ἀναγκαίων ἡμᾶς ἀναπείθει συλλογισμῶν, ἀποσχέσθαι μὲν τοῦ βούλεσθαι κρίνειν ἑτέρους, τὰς ἑαυτῶν δὲ μᾶλλον καρδίας περιεργάζεσθαι, καὶ τῶν ἐνόντων αὐταῖς παθῶν ἀπαλλάττεσθαι ζητεῖν, αἰτοῦντας τοῦτο παρὰ θεοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, καὶ ψυχικῶν ἡμᾶς νοσημάτων ἐλευθερῶν· τί γὰρ εἰ νοσῶν αὐτὸς τὰ ἔτι μείζω καὶ χαλεπώτερα τῶν ὄντων ἐν ἑτέροις, ἀφεὶς τὰ κατὰ σαυτὸν ἐκείνοις ἐπιτιμᾷς; οὐκοῦν ἅπασι μὲν τοῖς ἐθέλουσιν εὐσεβεῖν, ἀναγκαία εἰς ὄνησιν ἡ ἐντολὴ, μά-

religionis negotio videri prae omnibus: opus erat scire evangelicae vitae viam, ad omne opus bonum peritos artifices esse, accuratam ac salutarem et ad veritatis regulas exactam alumnis doctrinam tradere: ceu qui iampridem oculos veritati intendissent, divinoque lumine illustratam mentem haberent; ne caeci caecorum duces fierent. Non enim qui tenebris inscitiae tenentur, iis qui pari calamitate urgentur, ad veritatis cognitionem ducatum praestabunt. Nam si hoc forte velint, in passionum foveam ambo devolventur. Deinde iactantiae pervulgatum morbum perimens, ne aliquando vellent magistrorum superare honorem, addidit: non est discipulus supra magistrum. Quod si forte etiam adeo nonnulli proficerent, ut parem antecessoribus virtutem discipuli consequerentur, tunc eos intra fines modestiae magistrorum perstare debere, atque horum esse imitatores. Quam rem item testabitur Paulus dicens: imitatores mei estote, sicut et ego Christi. Quum ergo magister nondum iudicet, cur tu iudicium fers? Non enim venit ut iudicet mundum, sed ut misereatur. — Secundum praedictum sensum, si ego inquit non iudico, ne tu quidem id agas, discipulus quum sis. Quod si etiam magis reus es, quam ille de quo iudicas, quomodo id sentiens non erubescis? Hoc alia similitudine demonstravit Dominus dicens:

Cur autem vides festucam in oculo fratris tui?

Evidentibus syllogismis persuadet nobis, ut iudicando de aliis abstineamus, ipsa potius corda nostra examinemus et haerentes illis passiones expellere studeamus, implorato divino auxilio. Ipse enim contritos corde sanat, et animae nos morbis liberat. Cur enim, si tu magis graviusque aliis laboras, omissis peccatis tuis, illos obiurgas? Ergo omnibus piis esse volentibus necessario prodest hoc mandatum, praecipue vero iis qui aliorum erudiendorum munus susceperunt. Si enim boni sol-

lertesque erunt, evangelicae velut vitae imaginem semet ipsos exhibentes, utique illos qui pariter se gerere nolunt, confidenter obiurgabunt, ceu qui haerentis doctoribus suis pietatis non exprimant mores. Sin vero ignavi fuerint, pravisque voluptatibus obnoxii, quo pacto ceteros secum pariter aegrotantes increpabunt? Propterea sapienter beati discipuli ita in suis scriptis aiunt: nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quod maius iudicium sumemus, ut dixit Christus praemiorum distributor, et peccantibus poenas imponens: qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum: secus qui minime faciens, nihilominus docuerit, minimus erit. Sane, quomodo tu multis magnisque suffocatus peccatis, paucarum culparum reum damnas? Quomodo dices fratri tuo: sine eiiciam ex oculo tuo festucam, quum ipse trabem in tuo habeas qui nempe magnis peccatis gravaris? id enim trabs significat. Quomodo, inquam, eum condemnas qui exigua prorsus, et aliquando nihil peccavit?

Eiice primum trabem de oculo tuo.

Hoc est, te ipsum magnis peccatis purum praebeto; tum denique consilium dabis ei qui levia peccavit. Itaque ipse sibi magister erit qui sapit, non alium condemnabit. Hoc etiam mosaica lex praecipit cum ait: attende tibi, non alii. Attende autem dicitur pro, quae tua sunt observa. – Sed, o Domine, dicet ut reor aliquis, quomodo dignoscemus habentem in oculo trabem, et increpantem simul eos qui festucam habent, ac leviter infirmantur? Nulla, inquit, rei huius difficultas: potest enim quilibet pro suo libito cognoscere. Etenim uniuscuiusque vita mores proprios luculenter ostendit. Quippe haud externa venustate, neque simulata pietate, bonae reapse vitae pulchritudo exprimitur, sed ex iis potius quae quisque facit operibus. Hoc item alicubi dixit Christus: cavete ab iis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium,

λιστα δὲ τοῖς τὸ διδάσκειν ἑτέρους ἐγκεχειρισμένοις· εἰ μὲν εἶεν ἀγαθοὶ καὶ νηφάλιοι, καθάπερ εἰκόνα ζωῆς εὐαγγελικῆς τὰ καθ᾽ ἑαυτῶν ἐνστήσαντες, τοῖς μὴ τὰ ἴσα δρᾷν ἑλομένοις εὐπροσώπως ἐπιτιμήσουσι, ὡς μὴ τῶν ἐνστήσης αὐτοῖς ἐπιεικείας ἀναμάξαντας τρόπους· εἰ δὲ ῥάθυμοί τινες εἶεν, καὶ τῶν εἰς τὸ φαῦλον ἡδοναῖς εὐάλωτοι, πῶς ἂν ἑτέροις τὰ ἴσα νοσοῦσιν ἐπιτιμήσειαν; διὰ τοῦτο σοφῶς οἱ μακάριοι μαθηταὶ γεγράφασί τε καὶ λέγουσι· * μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, [* Iacob. III. 1] ἀδελφοί μοι, εἰδότες ὡς μεῖζον κρίμα ληψόμεθα, ὡς ἔφη Χριστὸς, ὁ τῶν στεφάνων διανομεὺς καὶ τοῖς πλημμελοῦσι τὰς δίκας ἐπάγων· ὃς ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· * [* Matth. V. 19.] ὁ δὲ μὴ ποιήσας καὶ διδάξας, ἐλάχιστος· ἐπεὶ πῶς ὁ πολλαῖς καὶ μεγάλαις ἔσθ᾽ ὅτε καταπνιγόμενος ἁμαρτίαις κατακρίνεις τὸν ὀλίγοις ἔνοχον πταίσμασι; πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου, ἄφες ἀναβάλω τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, αὐτὸς τὴν δοκὸν ἔχων ἐν σεαυτῷ, ὁ μεγάλαις ἁμαρτίαις ἔνοχος: τοῦτο γὰρ ἡ δοκὸς σημαίνει· πῶς κατακρίνεις τὸν ὀλίγα παντελῶς ἢ καὶ ἔσθ᾽ ὅτε μηδὲν ἡμαρτηκότα;

Ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου. [V. 42.]

Τουτέστι, σαυτὸν ἐπίδειξον καθαρὸν τῶν [A. f. 111] μεγάλων ἁμαρτημάτων, καὶ τότε σύμβουλος ἔσῃ τῷ πταίοντι μικρά· οὐκοῦν ἑαυτῷ μὲν ἔσται διδάσκαλος ὁ σοφὸς, ἕτερον δὲ οὐ κατακρινεῖ· τοῦτο γὰρ καὶ ὁ νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως παραγγέλλει, λέγων· πρόσεχε, φησὶ *, σεαυ- [* Deut. VIII. 11.] τῷ, οὐχ ἑτέρῳ· τὸ δὲ πρόσεχε, ἀντὶ τοῦ περιβλέπου τὰ κατὰ σαυτόν. — Ἀλλ᾽ ὦ δέσποτα, [A. f. 111 b.] φαίη ἂν οἶμαί τις, πῶς ἄρα διαγνωσόμεθα τὸν ἔχοντα μὲν ἐν ὀφθαλμῷ τὴν δοκὸν, ἐπιπλήττοντα δὲ τοῖς κάρφον ἔχουσι καὶ ἀσθενοῦσιν ἐκ μέρους; χαλεπὸν οὐδὲν ἐν τούτῳ φησί· πρόκειται γὰρ τοῖς ἐθέλουσιν εὐκόλως ἰδεῖν· οὐκοῦν ὁ ἑκάστου βίος τῶν αὐτοῦ τρόπων ἔσται [V. 43. B. f. 68.] παραδεικτικός· οὐ γὰρ τοῖς ἔξωθεν ὡραϊσμοῖς, καὶ πεπλασμέναις ἐπιεικείαις τὸ τῆς ἀληθοῦς εὐζωΐας χαρακτηρίζεται κάλλος, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν ἂν ἐργάσαιτό τις· τοῦτο πάλιν ἔφη που ὁ Χριστός· * προσέχετε ἀπὸ τῶν ἐρχομένων πρὸς [* Matth. VII. 15.] ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι

λύκοι ἅρπαγες· ἰδοὺ δὴ πάλιν οὐκ ἐκ τῶν ἐνδυμάτων, ἀλλ' ἐξ ὧν εἰσι κατὰ ἀλήθειαν οἱ πρὸς ἡμᾶς ἐρχόμενοι, διαγινώσκεσθαι δεῖν αὐτοὺς ἐπιτάττει Χριστός· ἀπὸ γὰρ τοῦ καρποῦ,
v. 44. φησὶ, τὸ δένδρον γινώσκεται· ὥσπερ ἐστὶν ἀμαθὲς τὸ ἐν ἀκάνθαις ζητεῖν τὰ τῶν ὡρίμων ἐξαίρετα, σταφυλήν τε φημὶ καὶ σύκον *, (* ita cod. sed alius cod. σύκα.) οὕτω καταγέλαστον ἐννοεῖν ἐν ὑποκριταῖς καὶ βεβήλοις εὑρεῖν δύνασθαί τι τῶν τεθαυμασμένων, ἤγουν ἀρετῆς εὐγένειαν· τούτους καὶ τριβόλους καὶ βάτους φαίη τίς ἄν· παρὰ τοῖς τοιούτοις, γλυκὺ μὲν οὐδὲν, πικρὰ δὲ πάντα καὶ δυσγενῆ· οὐ γὰρ ἐν ἀκάνθαις φύεται σύκον, οὐδὲ ἐν βάτῳ τίκτεται σταφυλή· οὐκοῦν οὐκ ἀπό γε τῶν σχημάτων, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων, διαγνωστέον τὸν διδάσκαλον. Εἴρηται ταῦτα καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τῶν κατὰ Ματθαῖον· πλὴν ἐκεῖ μὲν περὶ τῶν πλάνων, ἐνταῦθα δὲ περὶ τῶν κεκαθαρμένων καὶ καθαιρόντων ἑτέρους, καὶ περὶ τῶν ἀκαθάρτων καὶ καθαίρειν ἄλλους πειρωμένων· παραβολικῶς δὲ τούτους μὲν ὠνόμασε δένδρα, καρποὺς δὲ τὰς πράξεις αὐτῶν· καὶ παραινεῖ προσέχειν ταῖς πράξεσι τούτων, αἵ εἰσι καρπὸς, καὶ μὴ τοῖς λόγοις οἵ εἰσι φύλλα.

v. 45. Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ ἀγαθόν.

A. f. 112. Ἀποδείξας ἐν τοῖς προλαβοῦσι, πόθεν ἂν διαγνωσθείη ὁ ἀγαθὸς καὶ ὁ πονηρὸς, ὅτι ἐπὶ τῶν ἔργων, ὡς τὸ δένδρον ἐκ τοῦ καρποῦ, νῦν καὶ δι' ἑτέρου σημείου τοῦτο κατασκευάζει· ὁ μὲν γὰρ ἀγαθός, φησιν, ὡς ἐξ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας, πηγάζει τὰ ἀγαθά· ὁ δὲ μὴ οὕτως ἔχων, φαυλότητι δὲ καὶ πονηρίᾳ κεκρατημένον ἔχων τὸν νοῦν, ἐνδώσει πάντως τὰ ἐν τῷ βάθει κεκρυμμένα· τὰ γὰρ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ἐπιπηδᾷ διὰ τοῦ πρὸς τὰ ἄνω τρέχοντος λόγου· οὐκοῦν ὁ χρηστὸς τοὺς τρόπους, τὰ αὐτῷ πρέποντα λαλεῖ· ὁ δὲ φαῦλος τε καὶ πονηρὸς, τὴν ἐν τῷ βάθει κειμένην ἀκαθαρσίαν ἐρεύξεται.

v. 46. Τί δέ με καλεῖτε, κύριε κύριε;

Μόνῃ μέν τοι πρέπει τῇ πάντων ἐπέκεινα καὶ ἀνωτάτω φύσει τὸ τῆς κυριότητος ὄνομά τε καὶ πράγματα· κρατεῖ γὰρ καὶ κατεξουσιάζει τῶν ὅλων· εἷς γὰρ κύριος, μία πίστις, ἓν βά-

intrinsecus autem sunt lupi rapaces. En itaque quod non ex vestitu, sed ex rei veritate, cognoscendos esse eos qui ad nos accedunt, praecipit Christus. Etenim ex fructu, inquit, arbor cognoscitur. Sicuti stulte quis de spinis maturos eximiosque fructus requiret, uvam dico et ficus, ita speratur ridicule egregium aliquid invenire, id est virtutis nobilitatem, in hypocritis et impuris. Hos potius appellare decet tribulos atque rubos. Apud hos dulce nihil, sed amara omnia ac spuria. Non enim de spinis germinat ficus, neque de rubo pariter uva. Ergo non de externa specie, sed de acta ab unoquoque vita dignoscendus magister est. Dicta sunt haec etiam in quinto Matthaei capitulo (ed. vulg. VII. 18.) Sed tamen ibi agebatur de deceptoribus, heic autem de mundis aliosque mundantibus, et de immundis aliosque mundare conantibus. Parabolice autem hos nominavit arbores, fructus vero opera eorum. Hortaturque insistere horum actibus, qui sunt fructus; non autem verbis, quae folia sunt.

Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum.

Postquam in superioribus demonstravit, undenam bonus a malo distinguetur, nempe ex operibus, sicut ex fructu arbor, nunc et alio indicio idem praestat. Nam bonus, inquit, homo de bono thesauro cordis sui, bona profert: qui autem secus est, nequitia scilicet et improbitate occupatam mentem habens, effundet prorsus quae intus celabat. Nam quae mente et corde sunt reposita, ea per decurrentem exterius sermonem exsiliunt. Itaque bene moratus homo, congrua sibi loquitur; nequam vero et improbus iacentem intus impuritatem eructabit.

Cur autem vocatis me, Domine Domine?

Profecto uni congruit supremae altissimaeque naturae, dominationis appellatio et actus: etenim rerum omnium dominatum tenet ac potentatum. Unus enim do-

minus, una fides, unum baptisma. Et rursus: etsi multi dii sunt dominique multi in caelo ac terra, attamen nobis unus est Deus pater, ex quo omnia; et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Unum itaque scientes natura sua vereque dominum, cum Deo patre regnantem Deum Verbum, sic illum nominamus. Sed enim, cur demum, inquit, vocatis me dominum, neque dicta mea exsequimini? Nam vere ab uno sanctorum prophetarum dictum fuit: si pater ego, ubi est honor meus? et si dominus ego, ubi timor mei? filius patrem honorat, et servus dominum suum, ait Dominus omnipotens. Damnosum itaque, et extremo supplicio dignum, nolle omnium domino Christo subiacere. Quam rem tum ex aliis argumentis cognoscere licet, tum etiam ex his quae dicemus. Nempe fidelem servum eximiis praemiis fuisse coronatum, contumacem vero et ignavum ad exteriores tenebras relegatum. Nam qui accepta talenta danti domino duplicaverunt, laudibus ornati fuere; at ignavum illum, qui datum talentum humi infodit dura et inexorabili sententia feriit. Illud quoque praedictis adiungendum puto. Nam si voluerimus Servatoris nostri dictis obtemperare, eique servire, libertatis dignitatem, secundum ipsius item nutum, adipiscemur. Dixit enim credentibus in eum: si vos manseritis in doctrina mea, vere discipuli mei estis, et veritatem cognoscetis: veritas autem vos liberabit. Ergo libertatis donum obediendo lucramur. Talis est apud eum servitus. Haec nos heredes Dei facit, et ipsius Christi coheredes. Quod ipse denuo testabitur dicens: omnis qui facit peccatum, servus est peccati. Servi haud est perpetua in dominica domo mansio; filii contra perpetua. Si ergo filius vos liberaverit, vere liberi estis. Si ergo dominum appellamus servatorem omnium Christum,

πτισμα· * καὶ αὖθις, εἴ περ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ * Ephes. IV. 5.
καὶ κύριοι πολλοὶ ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς,
ἀλλ᾽ ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα·
καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ
πάντα· * μόνον οὖν εἰδότες τὸν φύσει τε καὶ * I. Cor. VIII. 5.
ἀληθῶς κύριον, τὸν συμβασιλεύοντα τῷ θεῷ
καὶ πατρὶ θεὸν λόγον (1), οὕτως αὐτὸν ὀνομάζομεν·
ἀλλὰ τί δῆτα φησὶ καλεῖτε κύριον,
οὐ ποιεῖτε δὲ ἃ λέγω; ἀληθὲς γὰρ τὸ δι᾽
ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν εἰρημένον· * εἰ πα- * Malach. I. 6
τὴρ εἰμὶ ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; καὶ εἰ κύ-
ριος εἰμὶ ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος; υἱὸς δοξάζει
πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν κύριον αὐτοῦ, λέγει
κύριος παντοκράτωρ· ἐπισφαλὲς οὖν ἄρα καὶ
τῆς ἐσχάτης ἄξιον δίκης, τὸ μὴ ὑποκεῖσθαι
θέλειν τῷ τῶν ὅλων κρατοῦντι Χριστῷ· κατίδῃ
δ᾽ ἄν τις ἐκ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων, κἀκ
τῶνδε μέν τοι· τὸν μὲν γὰρ γνήσιον οἰκέτην,
ἐξαιρέτοις τιμαῖς στεφανούμενον, τὸν δὲ ἀπειθῆ
καὶ ῥάθυμον, εἰς τὸ σκότος δραμόντα τὸ
ἐξώτερον· οἱ γὰρ λαβόντες τὰ τάλαντα, καὶ
διπλασιάσαντες τῷ δεσπότῃ τὸ δοθὲν, ἐπαίνοις
τετίμηνται· τόν γε μὴν εἰς γῆν καταχώσαντα
τὸ δοθὲν ὡς ῥάθυμον, σκληρᾷ καὶ
ἀφύκτῳ περιβέβληκε δίκῃ· κἀκεῖνο δὲ οἶμαι
τοῖς εἰρημένοις προσεπενεχθῆναι δεῖ· ἐν γὰρ
τῷ βούλεσθαι τοῖς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ὑποκεῖσθαι
λόγοις, καὶ δουλεύειν αὐτῷ, τὸ τῆς ἐλευθερίας
ἀξίωμα διὰ τῶν αὐτοῦ πάλιν νευμάτων
καταπλουτήσομεν· ἔφη γοῦν τοῖς πιστεύσασιν
εἰς αὐτόν· * ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ καὶ λόγῳ * Ioh. VIII. 32.
τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μου ἐστὲ, γνώσεσθε
τὴν ἀλήθειαν· καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθεροῖ
ὑμᾶς· οὐκοῦν τῆς ἐλευθερίας τὴν δόσιν διὰ τῆς
ὑπακοῆς κερδαίνομεν· τοῦτο δέ ἐστιν ἡ ὑπ᾽
αὐτῷ δουλεία· τοῦτο καὶ υἱοὺς ἡμᾶς ἀποτελεῖ
καὶ κληρονόμους θεοῦ, καὶ συγκληρονόμους αὐτοῦ
τοῦ Χριστοῦ· καὶ αὐτός σε πάλιν πιστώσεται λέ-
γων· * πᾶς ὁ ποιῶν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστιν * Ioh. VIII. 34.
τῆς ἁμαρτίας· ὁ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ
εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα· * ἐὰν * Ioh. VIII. 35. 36.
οὖν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύθεροι
ἐστέ· οὐκοῦν εἰ δεσπότην ὀνομάζομεν

(1) Adhuc observa Cyrillum de Christo Deo contra Arianos praedicantem. Merito enim Cyrillus ab Eulogio alexandrino apud Photium cod. 230. p. 837. dicitur per antonomasiam ὁ φύλαξ τῆς ἀκριβείας, ὁ θερμὸς τῆς ἀκριβείας ἐραστής: *accuratae fidei custos fervidusque amator.*

τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστὸν, ποιῶμεν ἃ λέγει· οὐ πᾶς γάρ φησιν * ὁ λέγων μοι κύριε κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὁποία δὲ μὴν ἡ ὄνησις ἐν τῷ βούλεσθαι τηρεῖν τὰ προστεταγμένα, τί δ' ἂν γένοιτο βλάβος ἐν τῷ μὴ ὑποτάττεσθαι θέλειν, αὐτὸς ἐδίδαξεν ὁ σωτὴρ εἰπών·

* Matth. VII. 21.

v. 47. 48. Πᾶς ὁ ἐρχόμενος πρός με, — ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομοῦντι οἰκίαν κ. τ. λ.

A. f. 112. b. B. f. 68. b. Ὁ γὰρ εὐπειθὴς καὶ εὐάγωγος, οὐκ ἀκροατὴς νόμου γενόμενος μᾶλλον, ἀλλὰ ποιητὴς ἔργων, ἑδραιοτάτην ἕξει τὴν στάσιν, τὴν ἐν παντὶ πράγματι καλῷ τε καὶ ἀγαθῷ· ἔσται δὲ οἰκίᾳ παραπλήσιος ἱδρυμένῃ καλῶς, καὶ ἀκατάσειστον ἐχούσῃ τὸν θεμέλιον· ὥστε κἂν χειμάῤῥου δίκην ἤτοι πλημμύρας ὑδάτων προσβάλωσιν οἱ πειρασμοὶ, καὶ ἡ τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν ἀγριότης, πείσεται τῶν ἀπευκτῶν οὐδέν· ὁ δὲ μόνην ὑπέχων τὴν ἀκοὴν οἷς ἂν λέγοι Χριστὸς, ἀπόθετον δὲ εἰς νοῦν ἔχων οὐδὲν, οὔτε μὴν κατορθώσας τί τῶν κεκελευσμένων, ἔσται πάλιν οἰκίᾳ προσεοικὼς ἑτοιμοτάτῃ πρὸς πτῶσιν· κατενεχθήσεται γὰρ ἐφ' ἃ μὴ θέμις, κατερεθιζούσης ἡδονῆς, καὶ εἰς τοὺς ἁμαρτίας
B. f. 68. b. ἐκφερούσης βόθρους. — Δεῖ γὰρ διὰ τῆς καθ' ἡμέραν ἀσκήσεως βεβαιοῦν ἑαυτοὺς τοῖς τοῦ κυρίου παραγγέλμασιν, ἵνα μὴ καθάπερ βιαίων ὑδάτων προσβαλοῦσα ἡδονὴ, σαθρὰ τὰ ἐν ἡμῖν δόγματα διασκεδάσῃ· ἀλλ' ἐνευδοκιμήσῃ τοῖς ἐναντίοις πράγμασιν, ἀκατάλυτος οὖσα ἡ ἀρετή· καὶ μὴ τῷ πτώματι περιφανεῖς, ἀλλὰ τῇ νίκῃ γενώμεθα· περιφανὲς γὰρ καὶ τὸ πτῶμα τῶν μεγάλα δεδιδαγμένων, ὅταν μεγάλων ἀποπίπτωσιν. Ἀθλίους δὲ ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους ἡ περὶ τοὺς πόνους ὀλιγωρία, καὶ τὸ τῆς κρίσεως σαθρὸν καὶ ἀβέβαιον· οὗτοι εἰσὶν οἱ τοῖς μωροῖς ὁμοιωθέντες, οἱ ἐπὶ τῆς ψάμμου τῆς κατὰ τὴν γνώμην ἀβεβαιότητος, τὸν θεμέλιον τῆς πνευματικῆς τιθέντες οἰκοδομῆς, ὃν ὀλίγαι ψεκάδες πειρασμῶν, καὶ βραχὺς χειμάῤῥους ὁ τοῦ πονηροῦ προσπαιγμάτων ὑφελκύσας, τὴν ὑποβάθραν διέλυσέ τε καὶ διεσκόρπισε, μὴ δὲ ὀλίγον ἀντισχόντα πρὸς τὴν βροχὴν καὶ τὰ πνεύματα.

quae ipse dixit exsequamur. Non enim quivis, inquit, mihi dixerit, Domine Domine, intrabit in regnum caelorum, sed utique ille qui patris mei caelestis voluntati obediverit. Quaenam vero futura sit utilitas mandatis obediendi, quodnam item inobedientiae damnum, ipse docuit Servator dicens:

Omnis qui venit ad me — similis est homini aedificanti domum etc.

Homo obediens ac docilis, et qui non tam auditor legis est, quam auctor operum, firmissimam habebit in omni pulchro bonoque negotio stabilitatem: eritque similis domui bene stabilitae, inconcussumque habenti fundamentum: adeo ut, etiamsi torrentis instar aut aquarum exundantiae, tentationes incurrant, et cupiditatum nostrarum rabies, nihil infaustum experturus sit. Secus qui aures tantum Christi verbis praebet, nihil vero mente recondit, nec ullam praeceptorum partem exsequitur, hic vicissim domui similis erit, quae ad ruinam proxime vergit: pertrahetur enim quò non licet, impellente voluptate atque ad peccati foveas devehente. Oportet enim quotidiano exercitio nosmet ipsos dominicis in praeceptis confirmare, ne tamquam aquarum violentia irruens voluptas, nutantia in nobis dogmata dissipet. Sed contrariis potius actibus inclarescat invicta virtus; ut nequaquam casu, sed victoria celebres evadamus. Nam celebris fit casus illorum qui plurima doctrina pollebant, si quando magno culmine decidant. Miseros autem facit homines laborum negligentia, iudiciique languor et instabilitas. Hi sunt stultis illis similes, qui in infirmae sententiae suae arena, spiritalis aedificii fundamentum locaverunt; quod paucae tentationum guttae, exiguusque torrens diabolicarum illusionum impingens, base commovet et dispergit, ita ut ne brevi quidem tempore adversus pluviam ventosque consistat.

Cap. VII.

Ne in Israhele quidem tantam fidem inveni.

Sancto igitur Dei decreto, ab eius familiaritate excidit Israhel; cuius in locum vocati sunt et adsumpti ethnici, utpote qui cor ad ei credendum paratius habebant. Rei item testis erit divinus melodus de ipsis dicens; modo quidem: quoniam praeparationi cordis eorum attendit auris tua. Modo autem: multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt. Quamvis enim peccatis multis erant gravati, nihilominus ad recipiendas Christi doctrinas festinaverunt. De Israhele autem propheticus ait sermo: repellet illos Deus, quia ei non ascultaverunt, et erunt vagantes in gentibus.

Ibant in civitatem quae vocatur Nair.

Animadverte quomodo miris mira connectit. Et illic quidem vocatus occurrit; heic autem non vocatus, adest: nemo enim ipsum ad mortuum resuscitandum vocaverat, sed sponte ad id negotium venit. Porro mihi videtur prudentissime priori miraculo hoc etiam alterum copulavisse. Namque incredibile non erat, consurrecturum aliquem Servatoris gloriae adversarium, qui diceret: quodnam, oro, in centurionis puero patratum fuit miraculum? infirmus erat, nullatenus tamen moriturus: scripsit ergo hoc evangelista, gratiae potius quam veritati velificans. Ut ergo intemperantem eiusmodi hominum linguam cohiberet, mortuo adulescenti occurrisse Christum ait, filio viduae unico. Miserabilis casus erat, et luctui commovendo, lacrymisque eliciendis idoneus. Sequebatur funus lymphata maerore ac dolore resoluta mulier, multique cum ipsa.

Accedens tetigit loculum.

Cur haud solo sermone miraculum perfecit, sed loculum quoque tetigit? Nempe

ΚΕΦ. Ζ΄. (1)

Οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον. v. 9.

Ὁσίᾳ δὴ οὖν ψήφῳ θεοῦ, τῆς μὲν πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος ἀπώλισθεν ὁ Ἰσραήλ· ἀντεισκέκληται δὲ καὶ προσελήφθη τὰ ἔθνη, ἑτοιμοτέραν ἔχοντα τὴν καρδίαν εἰς τὸ πιστεύειν εἰς αὐτόν· καὶ πιστώσεται πάλιν ἡμᾶς τοῦτο λέγων ὁ θεσπέσιος μελῳδὸς περὶ αὐτῶν· ποτὲ μὲν, ὅτι τὴν ἑτοιμασίαν τῆς καρδίας αὐτῶν, προσέσχε τὸ οὖς σου· * ποτὲ δὲ, ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθένειαι αὐτῶν, μετὰ ταῦτα ἐτάχυναν· * εἰ γὰρ καὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις ἦσαν βεβαρημένοι, ἀλλ᾽ ὅμως ἐτάχυναν πρὸς παροδοχὴν τῶν Χριστοῦ παιδευμάτων· περὶ δέ γε τοῦ Ἰσραὴλ προφητικός φησι λόγος· * ἀπώσεται αὐτοὺς ὁ θεὸς ὅτι οὐκ εἰσήκουσαν αὐτοῦ, καὶ ἔσονται πλανῆται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

A. f. 114. — * Ps. H. X. 17 — * Ps. XV. [illegible] — * Os. IX. 17.

Ἐπορεύετο εἰς πόλιν καλουμένην Ναΐν. v. 11

Ὅρα δὲ πῶς παραδόξοις συνείρει παράδοξα· καὶ ἐκεῖ μὲν καλούμενος, ἀπαντᾷ· ἐνταῦθα μὴ καλούμενος, παραγίνεται· οὐδεὶς γὰρ αὐτὸν ἐκάλει ἐπὶ νεκροῦ ἀνάστασιν, ἀλλ᾽ αὐτόκλητος ἐπὶ ταύτην ἀφικνεῖται· οἰκονομικώτατα δέ μοι δοκεῖ, τῷ πρώτῳ συνάψαι καὶ τοῦτο· οὐδὲν γὰρ ἦν τὸ ἀπεικὸς ἐννοεῖν, ὡς ἐνστήσεταί τις ἔσθ᾽ ὅτε τῇ τοῦ σωτῆρος δόξῃ μαχόμενος· εἶτα λέγων, τί τὸ θαῦμα ἐπί γε τῷ παιδὶ τοῦ ἑκατοντάρχου τετελεσμένον; ἄῤῥωστος ἦν, οὐ πάντως ἔμελλε τελευτᾷν· καὶ τοῦτο γέγραφεν ὁ εὐαγγελιστὴς, τὰ πρὸς χάριν μᾶλλον ἢ τὰ πρὸς ἀλήθειαν ἀφηγούμενος· ἵνα τοίνυν τὴν ἀκόλαστον τῶν τοιούτων ἀποφράξῃ γλῶσσαν, τεθνεῶτι τῷ νεανίσκῳ Χριστὸν ὑπαντῆσαι φησὶ, μονογενεῖ υἱῷ χήρας· ἐλεεινὸν τὸ πάθος καὶ θρῆνον κινῆσαι δυνάμενον, καὶ δακρύων ἀφορμάς· εἵπετο δὲ τῷ πάθει μεθύουσα καὶ παρειμένη λοιπὸν ἡ γυνὴ, καὶ πολλοὶ σὺν αὐτῇ.

A. f. 115. b.

Προσελθὼν ἥψατο τῆς σοροῦ. v. 14.

Διὰ τί δὲ οὐ λόγῳ μόνον ἐπλήρου τὸ θαῦμα, ἀλλὰ καὶ ἥψατο τῆς σοροῦ; ἵνα γνοίης A. f. 115. b.

(1) Ad cap. VII. v. 4. haec habentur in latina Corderii catena. « Cyrillus. Considera autem, ut Iu- » daeorum quidem seniores voluerint Iesum ad ipsam domum venire illius qui eum invocabat, quasi non » aliter potuisset erigere decumbentem, nisi ad illum accessisset. Hic vero (centurio) credebat, quod etiam » absens posset id praestare. »

ὡς ἐστιν ἐνεργὲς πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώπου τὸ ἅγιον σῶμα Χριστοῦ· σῶμα γάρ ἐστι ζωῆς, καὶ σὰρξ τοῦ πάντα ἰσχύοντος λόγου καὶ τὴν αὐτοῦ πεφόρηκε δύναμιν· ὥσπερ γὰρ σίδηρος ὁμιλήσας πυρὶ, τὰ πυρὸς ἐνεργεῖ, καὶ τὴν αὐτοῦ χρείαν πληροῖ, οὕτως ἐπειδήπερ ἰδία γέγονε τοῦ λόγου ἡ σὰρξ τοῦ τὰ πάντα ζωογονοῦντος, ταύτῃ τοι ζωοποιός τι ἐστὶ αὐτὴ, καὶ θανάτου καὶ φθορᾶς ἀναιρετική· ζωοποιὸν γὰρ τὸ σῶμα Χριστοῦ εἶναι πιστεύομεν, ἐπείπέρ ἐστι τοῦ ζῶντος λόγου ναός τε καὶ ἐνδιαίτημα, πᾶσαν ἔχον αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν· οὐκ ἠρκέσθη τοίνυν μόνῳ τῷ προστάξαι, καίτοι λόγῳ κατορθοῦν εἰθισμένος ὅσα περ ἂν βούλοιτο, ἀλλ᾽ ἐπετίθει τῇ σορῷ καὶ τὰς χεῖρας, δεικνὺς ὡς καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ, τὴν ζωοποιὸν ἐνέργειαν ἔχει.

ut scires efficax esse ad hominis salutem sanctum Christi corpus. Est enim corpus vitae, caro omnipotentis Verbi, quae potentiam eius portabat. Sicut enim ferrum igni admotum vim ignis exserit, eiusque vice fungitur; sic postea quam caro propria facta est vivificantis omnia Verbi, consequenter et ipsa est vivificans, mortisque et corruptionis destructiva. Nam revera vivificum Christi corpus esse credimus, quoniam viventis Verbi templum est et habitaculum, cunctam eius efficaciam continens. Haud ergo satis Christo fuit iubere, quamquam verbis quicquid ei libuisset solebat efficere, sed manus quoque loculo imposuit, demonstrans scilicet suum etiam corpus vivifica potentia pollere.

v. 16. Ἔλαβε δὲ φόβος ἅπαντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν θεὸν κ. τ. λ.

A. f. 115. b. C. f. 120. b. Μέγα ἐστὶ τοῦτο παρά γε ἀναισθήτῳ καὶ ἀχαρίστῳ λαῷ· μικρὸν γὰρ ὕστερον οὐδὲ προφήτην οὐδὲ εἰς ἀγαθὸν τοῦ λαοῦ πεφηνότα νομίζουσιν αὐτόν· ἀλλὰ τὸν θανάτου καταλύτην, θανάτῳ παραδίδωσιν· οὐκ εἰδότες ὅτι τότε δὴ τότε κατέλυε θάνατον, ἡνίκα ἐφ᾽ ἑαυτοῦ τὴν ἀνάστασιν ἐποιήσατο.

Corripuit autem omnes timor, et magnificabant Deum etc.

Magnum est hoc in stupido et ingrato populo; qui paulo post neque prophetam neque ad gentis salutem natum iudicavit; sed mortis destructorem morti tradidit. Neque agnovit, illum tum maxime mortem vicisse, cum resurrectionem suam peregit.

v. 17. Ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ περὶ αὐτοῦ.

A. f. 116. B. f. 70. b. C. f. 120. b. Ἔλαθε τὸ παράδοξον τοῦ θαύματος οὐδένα τῶν ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ· ἀπαγγέλλουσι δὲ τοῦτο καὶ αὐτῷ τῷ ἁγίῳ Βαπτιστῇ τῶν ἐπιτηδείων τινὲς ἤτοι τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· ὁ δὲ δύο τινὰς ἀπολέγδην ἀποκρίνας τῶν ἄλλων, πέμπει πρὸς τὸν Ἰησοῦν, ἐρομένους αὐτὸν, εἰ αὐτός ἐστιν ὁ ἐρχόμενος, ἢ γοῦν ἕτερον προσδοκᾶσθαι χρή· οὐκ ἠγνόησε γε μὴν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς τὸν ἐνανθρωπήσαντα τοῦ πατρὸς λόγον· μὴ τοῦτο ὑπολάβῃς· ᾔδει γὰρ καὶ μάλα σαφῶς, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἐρχόμενος· εἰργάζετο δέ τι σοφὸν καὶ εὐμήχανον, καὶ ὅπερ ἦν εἰκὸς οὐ μετρίως ὀνήσειν τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ μαθητευομένους· οἱ μὲν γὰρ οὔπω Χριστὸν ἰδόντες, ἤτοι τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ τὴν κατὰ πάντων ὑπεροχὴν, ἠρέμα πως καὶ ὑπεδάκνοντο, θαυματουργοῦντος αὐτοῦ καὶ τῇ τῶν δρωμένων ὑπερβολαῖς νικῶντος τὸν Βαπτιστήν· καὶ δὴ προσῄεσάν ποτε, φθόνῳ τε καὶ λύπῃ κατατετηγμένοι, καὶ νοσημάτων Ἰου-

Exiit hic sermo in universam Iudaeam de eo.

Neminem in tota Iudaea latuit insperatum miraculum. Referunt autem hoc ipsi quoque sancto Baptistae quidam de familiaribus eius seu discipulis. Is autem duos ex universo numero delectos mittit ad Iesum, rogaturos eum, utrum ipse sit qui venturus est, an alium oporteat expectari. Sane non ignorabat beatus Baptista incarnatum patris Verbum: cave hoc arbitreris; sciebat enim apprime hunc esse Christum venturum. Sed excogitavit peracutum quid et artificiosum, quod haud parum videbatur discipulis suis profuturum. Nam qui nondum Christum noverant, sive eius virtutem, et excedens omnia culmen, tacite fortasse mordebantur, dum ille miracula ederet, et gestarum rerum eminentia Baptistam vinceret. Quare et accesserunt aliquando invidia et maerore tabescentes, et cor iudaico morbo haud immune gerentes,

ac beato aiebant Baptistae: magister, qui tecum erat trans Iordanem, cui tu testimonium praebuisti, ecce baptizat, et ad eum cuncti veniunt. Nolebant scilicet quemvis alium exercere baptismum, et se contra Iohannis honorem extollere. Ceterum hi edocti sunt ab eo de Christi gloria eminente et excessu incomparabili. Audierunt enim dicentem illum: testes vos estis me dixisse, quod non sum Christus, sed ante illum nuncius missus. Qui habet sponsam, sponsus est; amicus autem sponsi, qui adstans vocem eius audit, gaudio effertur propter sponsi laetitiam. Hoc itaque gaudium meum metam attigit: illum oportet crescere, me autem minui. Neque idcirco dicimus eum aliqua sui parte imminutum. Sed modo aliquo id passus videtur beatus Baptista, dum Christi gloria semper cresceret, ipse autem beatus Iohannes in humanae conditionis modulo permaneret. Non enim fieri poterat ut aliquoversum ipse proficeret; cum interim Christus naturaliter Deus, et ex Deo patre ineffabiliter genitum Verbum, modo incarnatum, in virtutem sibi congruam semper progrediens, omnibus esset admirationi. Ideo Iohannes ait: illum oportet crescere, me autem minui. Nam cum aliquis semper progreditur, alius vero in eodem statu perseverat, hic quidem minui videtur.

Ut ergo ad firmam excitaret fidem, erga illum videlicet, nutantes adhuc et necdum convictos eum esse Christum, ignorantiam simulat. Deinde mittit ad ipsum qui interrogarent: tu es qui venis, an alium expectamus? Venturus autem quònam? dicent fortasse aliqui. Nonnulli certe interpretes sic intelligere malunt: nempe, quia ab Herodis saevitia necem perlaturus Baptista erat, et quodammodo praecursurus Christo, et ad inferos prior descensurus, interrogat aiunt, num is illuc etiam sit venturus, ad liberandum illos qui in tenebris et umbra mortis iacebant. Atqui repudianda prorsus haec sententia est. Nusquam

δαϊκῶν οὐκ ἀμοιροῦσαν ἔχοντες τὴν καρδίαν· ἔφασκόν τε τῷ μακαρίῳ Βαπτιστῇ· ῥαββὶ, ὃς ἦν μετὰ σοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας, ἴδε οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν· οὐ γὰρ ἤθελον ἕτερόν τινα βαπτίζειν ὅλως, καὶ τῆς Ἰωάννου κατεπαίρεσθαι τιμῆς· ἐδιδάσκοντο δὲ παρ' αὐτοῦ τῆς Χριστοῦ δόξης τὸ ὑπερκείμενον, καὶ τὴν ἀπαράβλητον ὑπερβολήν· ἤκουον γὰρ λέγοντος αὐτοῦ, αὐτοὶ ὑμεῖς μαρτυρεῖτε ὡς εἶπον· ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὅτι ἀπεσταλμένος εἰμὶ ἔμπροσθεν ἐκείνου· ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστίν· ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου, ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων αὐτοῦ τῆς φωνῆς, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν χαρὰν τοῦ νυμφίου· αὕτη οὖν ἡ ἐμὴ χαρὰ πεπλήρωται· ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι· καὶ οὐ δή που φαμὲν ὡς ἐλάττων ἑαυτοῦ γέγονε· κατά τι γοῦν ὅλως ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, προσθήκην ἀεὶ δεχομένης τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, παρά γε τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, ἐπεὶ δὲ ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις μεμένηκεν ὁ μακάριος Ἰωάννης· οὐ γὰρ ἦν ἑτέρωσέ ποι προελθεῖν αὐτὸν δύνασθαί ποτε· θεὸς δὲ ὢν φύσει, καὶ ἐκ θεοῦ πατρὸς ἀπορρήτως γεγεννημένος ὁ ἐνανθρωπήσας λόγος, εἰς δύναμιν ἀεὶ τὴν αὐτῷ πρέπουσαν ἀναφοιτῶν, παρὰ πάντων ἐθαυμάζετο· ταύτῃ τοι φησί· ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι· τοῦ γὰρ ἀεὶ προκόπτοντος, ὁ ἐν ταυτότητι μένων, ἐλαττοῦσθαι δοκεῖ.

Ἵνα τοίνυν βεβαίαν ἐργάσηται πίστιν, εἰς αὐτὸν δηλονότι τοῖς ἔτι ὀκλάζουσι, καὶ οὔπω πεπληροφορημένοις ὡς αὐτὸς εἴη Χριστὸς, προσποιεῖται τὴν ἄγνοιαν· εἶτα πέμπει πρὸς αὐτὸν ἐρομένους καὶ λέγοντας· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; ἐρχόμενος δὲ ποῦ; φαῖεν ἂν ἴσως τινές· καὶ δοκεῖ μέν τισι, τοιοῦτόν τι νοεῖν· ἐπεὶ γὰρ ἔμελλέ φησι πρὸ τοῦ τιμίου σταυροῦ τὸν ἐκ τῆς Ἡρώδου σκαιότητος θάνατον ὑπομένειν ὁ Βαπτιστὴς, προαποδημεῖν δὲ ὥσπερ Χριστοῦ, καὶ τῆς εἰς τὸν ᾅδην ἀφίξεως προβαδίζειν ὡς πρόδρομος, ἐρωτᾷ φησὶ, εἰ αὐτὸς ἥξει κἀκεῖσε, λυτρωσάμενος τοὺς ἐν σκότῳ καὶ σκιᾷ θανάτου; ἔκβλητος δὲ παντελῶς ἡ τοιάδε

δόξῃ (1)· οὐδαμοῦ γὰρ εὑρήσομεν τὴν θεόπνευστον γραφὴν ἀπαγγείλασαν, ὅτι καὶ τοῖς ἐν ᾅδῃ πνεύμασι προκατήγγειλε τὴν τοῦ σωτῆρος τὴν ἄφιξιν ὁ μακάριος Βαπτιστής· ἀληθὲς δὲ κἀκεῖνο εἰπεῖν· ὅλην γὰρ ἅπαξ οὐκ ἠγνοηκὼς τὴν μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ μονογενοῦς τὴν δύναμιν, ᾔδει πάντως που ὑπὲρ τῶν ἄλλων, ὅτι καὶ τοὺς ἐν ᾅδῃ λυτρώσεται, καὶ αὐτοῖς ἐπιλάμψει· χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γενόμενος θανάτου, ἵνα, ὡς Παῦλος φησὶ *, καὶ
* Rom. XIV. 9. νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ· τί οὖν ἄρα βούλεται νοεῖν, ἐρωτῶν καὶ λέγων, σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; ἔφην, ὅτι πλάττεται τὴν ἄγνοιαν οἰκονομικῶς, οὐχ ἵνα μάθοι μᾶλλον αὐτὸς, ᾔδει γὰρ ὡς πρόδρομος τὸ μυστήριον, ἀλλ' ἵνα πληροφορηθεῖεν οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ, ὅση τίς ἐστιν ἡ τοῦ σωτῆρος ὑπεροχή· καὶ ὅτι τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ὁ λόγος, τὸν μὲν ὡς θεὸν καὶ κύριον ἥξοντα, προμεμήνυκεν· οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἦσαν οἰκέται, προαπεσταλμένοι δεσπότου, ἑτοιμάζοντες τὴν ὁδὸν κυρίου, καθὰ γέγραπται· ἐκλήθη τοίνυν διὰ τῶν προφητῶν ὁ ἐρχόμενος, ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ καὶ κύριος·
* Ps. CXVII. 26. ψάλλει γοῦν ὁ προφήτης Δαβὶδ, καὶ φησίν· * εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, τουτέστιν ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ, καὶ ἐν κυριότητι καὶ ὑπεροχῇ τῇ πάντων ἐπέκεινα· καὶ τοῦτο πάλιν αὐτὸς καταμεμήνυκεν ἐφε-
Ibid. 27. ξῆς, εἰπών· * θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν· ἦλθε μὲν γὰρ Μωϋσῆς, καὶ μετ' αὐτὸν ἐστρατήγησε τῶν ἐξ Ἰσραὴλ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ· καὶ καθεξῆς, οἱ μακάριοι προφῆται, καὶ οὐδεὶς ἐκείνων ἐν ὀνόματι κυρίου τοῖς ἐπὶ γῆς ἐπιλάμψαι λέγεται· θεὸς δὲ κύριος ὢν φύσει καὶ ἀληθῶς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, ἐπέφανεν ἡμῖν· οὕτως αὐτὸν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ὠνόμαζε, λέγων Ἀββακοὺμ τῷ προ-
* Habac. II. 3. φήτῃ· * ἔτι μικρὸν ὁ ἐρχόμενος ἥξει καὶ οὐ χρονιεῖ· ναὶ μὴν καὶ δι' ἑτέρου προφήτου πά-
* Zach. II. 10. λιν ὧδε φησὶν ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος· * χαῖρε καὶ εὐφραίνου θύγατερ Σιὼν, ὅτι ἰδοὺ

inspiratam scripturam comperiemus narrantem, quod etiam detentis in inferno spiritibus praenuntiaverit Servatoris adventum beatus Baptista. Quamquam et illud vere dicetur, haud sane eum ignorasse omnem incarnati Unigeniti dispensatoriam vim, probeque prae ceteris novisse, Christum iacentes item apud inferos redempturum, atque illos splendore suo illustraturum; gratia nempe Dei factum morti prorsus superiorem, ut quemadmodum Paulus ait, mortuorum simul ac vivorum dominaretur. Quid ergo intelligit, dum interrogans dicit: tu es qui venis, an alium expectamus? Iam dixi inscitiam ab eo prudenter simulari, non ut ipse aliquid disceret, nam utpote praecursor mysterium noverat, sed ut suis persuaderetur discipulis, quanta esset Servatoris eminentia: et quod inspiratae scripturae sermo, hunc quidem Deum ac dominum venturum praedixit; ceteri vero omnes servi fuerint, principem praecedentes, domino viam parantes, uti scriptum est. Igitur a prophetis appellatus fuit « qui venit » universalis Servator ac dominus. Quamobrem David propheta psallit: benedictus qui venit in nomine Domini, id est cum gloria Deo digna, et dominatu ac sublimitate cunctos excedente. Idque denuo idem paulo inferius significavit dicens: Deus dominus, et illuxit nobis. Venit quidem Moyses, et post eum dux fuit Israhelitarum Iosue Navi filius. Exin beati prophetae; nemoque horum in nomine Domini illuxisse terrae incolis dicitur. Dominus autem Deus quum sit vere propriaque natura unigenitum Dei Verbum, nobis apparuit. Sic illum Deus pater nominavit, dicens Habacuco prophetae: paulo post veniens veniet, et non tardabit. Immo et per alium prophetam sic rursus dicit unigenitum Dei Verbum: gaude et laetare, filia

(1) Vidimus in Spicilegio rom. T. IX. p. 685. seqq. hanc modo repudiatam a Cyrillo sententiam de Iohanne praedicatore apud inferos adfuturi mox Christi, non contemnendam visam esse antiquis patribus Origeni, Hippolyto, nec non Eusebio alexandrino, qui de illa sermones illos scripsit a nobis praedicto in tomo editos.

Sion; quia ecce ego venio, et in medio tui habitabo, dicit Dominus: multique populi ad Dominum confugient die illa: eroque illorum Deus, et ipsi erunt meus populus. Quod equidem ad exitum esse deductum, ex factis cognoscere possumus. Ergo veluti ex inspirata scriptura sumpto hoc vocabulo divus Baptista, mittit de suis familiaribus qui interrogent, utrum ipse sit qui venit.

In ipsa autem hora multos curavit.

Cognoscens itaque, utpote Deus, qua mente misisset eos Iohannes, reique rationem, et adventus illorum causam; namque illo potissimum tempore longe plura prioribus patrarat miracula, multosque sanaverat; haud equidem ut Iohannem doceret, cur enim iam persuasum urgeret? sed ut praesentes hos et adhuc dubitantes firmaret. Hi ergo quum haerentis ei magnificentiae spectatores oculati fuissent, multamque animo hausissent virtutis et potentiae admirationem, tandem interrogant, Iohannis veluti verbis dicentes, num ipse esset qui venit? Hoc loco observa, quaeso, egregiam Servatoris prudentiam. Non enim diserte dixit, ego sum; sed illos potius ad gestarum rerum suasoria argumenta amandat, ut idoneo modo fidem erga se contrahentes, ad eum qui ipsos miserat reverterentur: quamobrem haud verbis sed mittentis menti respondit. Euntes enim, inquit, renuntiate Iohanni quae a prophetis quidem audistis, per me autem peracta vidistis. Illa enim consulto hoc maxime tempore operabatur, quae ab eo actum iri, cum ad nos veniret, prophetae nunciaverant. Quaenam vero haec? caecorum medela, leprosorum mundatio, surdis reddita auditio, mortuorum suscitatio, et reliqua. Quibus addit Deo dignam clausulam: et beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Quid enim aliud his verbis de-

ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει κύριος· καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν κύριον, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· καὶ ἔσομαι αὐτῶν θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός· ὃ δὴ καὶ εἰς πέρας ἐκβεβηκὸς, δι᾽ αὐτῶν ἐστὶν ἰδεῖν τῶν πραγμάτων· οὐκοῦν ὡς ἔκ γε τῆς θεοπνεύστου γραφῆς τὸ ὄνομα λαβὼν ὁ θεσπέσιος Βαπτιστὴς, ἐρομένους ἀπέσταλεν τῶν αὐτοῦ γνωρίμων τινὰς, εἰ αὐτός ἐστιν ὁ ἐρχόμενος.

Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ ἐθεράπευσε πολλούς.

Εἰδὼς τοίνυν ἅτε θεὸς ὢν τὴν διάνοιαν, μεθ᾽ ἧς αὐτοὺς ἔπεμψεν ὁ Ἰωάννης, καὶ τὴν οἰκονομίαν τοῦ πράγματος, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐκείνων ἀφίξεως, κατ᾽ ἐκεῖνο δὴ μάλιστα τοῦ καιροῦ, πολλαπλασίως τῶν ἤδη γεγενημένων εἰργάζετο τὰς θεοσημείας, καὶ πολλοὺς ἐθεράπευσεν· οὐκ ἐκεῖνον διδάσκων, πῶς γὰρ τὸν πεπεισμένον; ἀλλὰ τούτους αὐτοὺς ἀμφιβάλλοντας· γεγονότες οὖν ἄρα τῆς ἐνούσης μεγαλοπρεπείας ἐπόπται καὶ θεωροὶ, καὶ πολὺ τὸ θαῦμα τῆς ἐνούσης αὐτῷ δυνάμεώς τε καὶ ἐνεργείας ἐν ἑαυτοῖς συλλέξαντες, προσάγουσι τὴν ἐρώτησιν, ὡς ἐξ Ἰωάννου λέγοντες, εἰ αὐτός ἐστιν ὁ ἐρχόμενος; ἐνταῦθά μοι βλέπε τὸ τοῦ σωτῆρος οἰκονομίας τὸ εὐτεχνές· οὐ γὰρ ἁπλῶς ἔφη τὸ ἐγώ εἰμι. ἀλλ᾽ ἀποφέρει μᾶλλον αὐτοὺς εἰς τὴν δι᾽ αὐτῶν τῶν πραγμάτων πληροφορίαν, ἵνα εὐαφόρμως τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν παραδεξάμενοι, ὑπονοστήσωσι πρὸς τὸν ἀποστείλαντα αὐτούς· ὅθεν οὐδὲ πρὸς τὰ ῥήματα, ἀλλὰ πρὸς τὴν γνώμην τοῦ πέμψαντος ἀπεκρίνατο· πορευθέντες γάρ φησι, ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἅπερ ἠκούσατε μὲν διὰ τῶν προφητῶν, εἴδετε δὲ πληρωθέντα δι᾽ ἐμοῦ· ἐκεῖνα γὰρ οἰκονομικῶς εἰργάζετο κατ᾽ ἐκεῖνο μάλιστα καιροῦ, ἅπερ αὐτὸν ἐπιτεύξεσθαι, ὅταν ἥκοι πρὸς ἡμᾶς, οἱ προφῆται διήγγελλον· τίνα δὲ ταῦτα; τυφλῶν διόρθωσις, λεπρῶν κάθαρσις, κωφῶν ἀκοὴ, νεκρῶν ἔγερσις, καὶ τὰ ἑξῆς· ἐφ᾽ οἷς ἐπάγει θεοπρεπῶς, καὶ μακάριος ἐστὶν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί (1)· τί τοῦτο λέγων, ἢ δεῖξαι A. f. 116. b.

(1) Divus Thomas in catena hoc loco ita habet. « Cyrillus. Coniecit Dominus tamquam hominum » secreta cognoscens, aliquos dicturos: si usque hodie ignorat Iohannes Iesum, qualiter eum ostendebat » nobis dicens: ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi? Ut igitur sanaret hanc passionem quae eis

βουλόμενος ὡς καὶ αὐτοῦ τὰ βλέφαρα, ἤ φησιν
* Ps. X. 5 ὁ θεῖος Δαβὶδ *, ἐξετάζει τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰ ἐν καρδίᾳ αὐτοῖς στρεφόμενα, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκείνου διέφυγεν οὐδαμῶς· αὐτοὶ γὰρ ἄντικρυς οἱ σκανδαλιζόμενοι.

V. 24 Ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς ὄχλους περὶ Ἰωάννου.

V. 24-28 Ὅρα δὲ πάλιν ἐν τούτοις ὅσην ἐποιήσατο τὴν οἰκονομίαν ὁ σωτήρ· πολὺς αὐτῷ καὶ μακρὸς περὶ τοῦ ἁγίου Βαπτιστοῦ κεκίνηται λόγος· τὴν μὲν γὰρ, ὅθεν ἦν εἰκὸς ἀδικηθήσεσθαί πως αὐτὸν, ἀπεκρούσατο δόξαν· προφήτου δέ τι πλέον ἔχειν εἰπὼν, ἀξιοθαύμαστον ἤδη καὶ ἀξιέραστον τοῖς ἀκροωμένοις ἐδείκνυεν· εἶτα εἰκόνα ὥσπερ αὐτὸν ἀναθεὶς τῆς ἐνούσης ἀρετῆς, ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ἔχουσαν τὸ ἀκρότατον, ἀντιπαρατίθησι τὸ μειζόνως ἀγαθὸν, τὸν ἄρτι τῆς βασιλείας ἁψάμενον, καὶ εἰς υἱὸν ἀναγεννηθέντα θεοῦ διὰ τοῦ πνεύματος· βασιλείαν γὰρ οὐρανῶν τὴν τοῦ πνεύματος δόσιν εἶναι φαμὲν, κατὰ τὸ, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἐντὸς ὑμῶν
* Luc XVII. 21. ἐστι· * μείζων οὖν ἄρα παντὸς γεννητοῦ γυναικὸς, ὁ τῇ τοῦ πνεύματος ἀναγεννήσει τετιμημένος· οἱ μὲν γὰρ ἔτι τέκνα καλοῦνται σαρκὸς, οἱ δὲ πατέρα τὸν τῶν ὅλων θεὸν ἐπιγράφονται, οὐκέτι χρηματίζοντες γεννητοὶ γυναικῶν, ὡς Ἰωάννης καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ἐκ θεοῦ γεννηθέντες, καὶ θείας κοινωνοὶ γενόμενοι φύσεως· οὐκοῦν κἂν ἐλάττονες ὦμεν τῶν τὴν ἐν νόμῳ δικαιοσύνην κατωρθωκότων, κατά γε τὴν τῆς ζωῆς ἁγιότητα φημὶ, ἀλλ᾽ ἐν μείζοσι γεγόναμεν διὰ Χριστόν· μεμνῆσθαι δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι καί τοι τοιοῦτος ὑπάρχων εἰς ἀρετὴν ὁ Βαπτιστὴς, ὁμολογεῖ σαφῶς ἐν χρείᾳ καθεστηκέναι τοῦ ἁγίου βαπτίσματος· ἐγὼ γάρ φησι χρείαν
* Matth. III. 14. ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι· * οὐκ ἂν δὲ ἐδεήθη, εἰ μή τι πλέον ἦν ἐν αὐτῷ, καὶ τῆς

monstrare voluit, nisi palpebras suas, ut ait divus David, scrutari filios hominum; et quae ipsi in cordibus suis versant, nequaquam oculos eius fugere? Ipsi enim palam scandalizati fuerant.

Coepit de Iohanne dicere ad turbas.

Rursus enim in his observa quam prudenter Servator se gesserit. Grandem ac prolixum de sancto Baptista sermonem commovit: sed enim illam, unde is credibiliter laedi poterat, definitionem muneris vitat: dicens autem plus esse illum quam prophetam, admirabilem iam amabilemque audientibus demonstrat. Deinde postquam ipsum ceu existentis virtutis imaginem, inter filios mulierum praestantissimam, proposuerat, maius aliud bonum ex adverso ponit, hominem videlicet qui nuper (caelorum) regno fuerit initiatus, et in filium Dei per Spiritum regeneratus. Etenim caelorum regnum, Spiritus impertitionem esse dicimus, iuxta illud: regnum caelorum intra vos est. Maior est ergo quolibet mulieris nato, is qui Spiritus regeneratione honoratus fuerit. Illi enim adhuc vocantur carnis filii, hi autem patrem suum dicunt omnium Deum; neque iam mulierum sunt nati, ut Iohannes et qui ante ipsum, sed ex Deo geniti, et divinae consortes facti naturae. Itaque etiamsi forte minores simus illis qui sub lege iusti fuerunt, quod attinet inquam ad vitae sanctitatem, attamen per Christum maiore gradu sumus. Illud quoque necessario meminerimus, quod quamvis tanta esset Baptista virtute ornatus, nihilo tamen minus palam confitetur, sancto se baptismate indigere: ego enim, inquit, a te debeo baptizari. Non

» acciderat, damnum quod ex scandalo procedebat, exclusit. Unde dicitur: et cum discessissent nuntii » Iohannis, coepit dicere ad turbas etc. » Paulo post sequitur ibidem alius Cyrilli locus, sed parum felici translationis genere obscuratus. « Cyrillus. Qualiter ergo tanta sedulitas religionis, ut carnales passiones » subiiceret, ad tantam ignorantiam deveniret, nisi ex mentis levitate, quam non asperitates sed illecebrae mundanae delectant? Igitur si velut non colentem deliciosa Iohannem imitamini, date ei robur » continentiae competens; si vero nihil amplius debetur honestae conversationi, quid, omissa reverentia » delicatorum, incolam deserti, vileque tegumen, et camelorum vellus miramini? » Et mox denuo. « Cyrillus. Sed forte inconveniens est circa hoc excusare Iohannem; fatemini enim eum imitabilem esse; unde subdit: sed quid existis videre? etc.

autem debuisset, nisi in illo maius aliquid fuisset, et iustitiam legis transcendens. Iam et illud: a diebus Iohannis caelorum regnum rapi, non ideo dicitur quasi nemo ante illum id rapuerit. Alioqui, quonam prophetarum spes abiisset? quid ageret tantus sanctorum chorus, si extra regnum caelorum versaretur? Sed ideo id dictum est, quia Iohannis tempore, et deinceps, Spiritus gratia, et per sanctum baptismum in Deo regeneratio, fidei merito rapitur.

Sed quid existis videre? etc.

Num vestem habebat spectabilem? num regalem dignitatem? num regia mandata dabat? num denique litteras, edicta, leges, regis instar promulgabat? num externa splendidus erat specie? Nonne potius cilicium gestabat? nonne inelaborato cibo utebatur? Num huiusmodi aliquid suasit vobis ut ad illum pergeretis? Quod si veluti ad prophetam opportune ivistis, utique aio hunc esse plus quam prophetam. Nam propheta praedicit tantummodo, hic autem non eventura solum portendit, sed et demonstravit dicens: ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Angelum autem appellat Iohannem, non quod angelus esset, erat enim natura homo, sed quia angeli fungebatur munere, Christi nuncians praesentiam. Deinde verbis « plus quam propheta » dictum illud explanat « ecce ego mitto angelum meum ante te. » Maior enim quam propheta est, is quem Deus testatur tamquam angelum suum mitti ante faciem Christi, viam eius paraturum. Certe magnum de Iohanne testimonium verba sunt « plus quam propheta. » Quia nempe edito de venturo Christo vaticinio, de Iohanne simul praedictum est, fore ut ei praecedat tamquam angelus.

Maior inter natos mulierum propheta Iohanne baptista nemo est.

Beatus quidem Iohannes, sicut omnes

ἐν νόμῳ δικαιοσύνης ὑπερκείμενον· κἀκεῖνο δὲ τὸ, ἐκ τῶν Ἰωάννου ἡμερῶν τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἁρπάζεσθαι, οὐκ εἴρηται ὡς οὐδενὸς πρὸ αὐτοῦ ταύτην ἁρπάσαντος· ποῖ γάρ ποτε τῶν προφητῶν ἡ ἐλπὶς οἰχήσεται; τί δὲ ὁ τοσοῦτος τῶν ἁγίων πράξει χορὸς, εἴπερ ἔξω τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας κείσεται; ἀλλ᾽ ὅτι κατὰ τὸν Ἰωάννου καιρὸν, καὶ λοιπὸν ἐφεξῆς, ἡ τοῦ πνεύματος δόσις, καὶ ἡ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος εἰς θεὸν ἀναγέννησις, διὰ πίστεως ἁρπάζεται.

Ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε ἰδεῖν; κ. τ. λ. V. 26.

Μὴ σχῆμα ἔχει περίβλεπτον; μὴ βασιλικὸν ἀξίωμα; μὴ βασιλικὰς εἶχεν ἐντολάς; καὶ γράμματα, καὶ δόγματα, καὶ νόμους ἐπεφέρετο βασιλικούς; μὴ λαμπρὸς ἦν κατὰ τὸ φαινόμενον; οὐχὶ τρίχινον ἱμάτιον ἐφόρει; οὐκ αὐτοσχέδιον εἶχε τροφήν; μή τι τοιοῦτον προετρέψατο ὑμᾶς ἐκεῖ ἀπελθεῖν; εἰ δὲ ὡς εἰς προφήτην χρησίμως ἐξήλθετε, ναὶ λέγω ὑμῖν καὶ περισσότερον προφήτου· ὁ μὲν γὰρ προφήτης προλέγει μόνον, οὗτος δὲ οὐ μόνον ἥξοντα προμεμήνυκεν, ἀλλὰ καὶ ὑπέδειξεν εἰπών· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου (1)· ἄγγελον δὲ τὸν Ἰωάννην καλεῖ, οὐχ ὅτι ἦν ἄγγελος, ἄνθρωπος γὰρ ἦν τὴν φύσιν, ἀλλ᾽ ὅτι ἀγγέλου ἔργον ἐποίησεν, ἀγγέλλων τοῦ Χριστοῦ τὴν παρουσίαν· εἶτα τὸ περισσότερον προφήτου παρατιθέμενος, τὸ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου ἔμπροσθέν σου, διηγεῖται· μείζων γὰρ προφήτου ὁ μαρτυρούμενος ὑπὸ θεοῦ, ὅτι ἄγγελος αὐτοῦ ὢν, ἀποστέλλεται πρὸ προσώπου τοῦ Χριστοῦ, κατασκευάσων τὴν ὁδὸν αὐτοῦ· μαρτυρία γὰρ μεγάλη περὶ Ἰωάννου, καὶ περισσότερον προφήτου· ὅτι προφητευομένου τοῦ Χριστοῦ ἐλεύσεσθαι, καὶ οὗτος συμπροεφητεύθη αὐτῷ, ὡς προελευσόμενος αὐτοῦ ὁ ἄγγελος. B. f. 71. b.

Μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφήτης Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ οὐδείς ἐστιν. V. 28.

Ὁ μὲν γὰρ μακάριος Ἰωάννης, ὁμοῦ B. f. 72.

(1) Heic fere inserendum quod est apud D. Thomam in catena. « Cyrillus. Cum igitur et a loco, et » a vestibus, et ex concursu hominum morem eius descripserit, introducit prophetae testimonium dicens: » hic est de suo scriptum est, ecce mitto angelum meum. »

τοῖς ἄλλοις ὅσοι πρὸ αὐτοῦ γεγόνασιν, γεν-
νητός ἐστι γυναικός· οἱ δὲ τὴν πίστιν προσηκά-
μενοι, οὐκέτι γεννητοὶ γυναικῶν, ἀλλ᾽ υἱοὶ
θεοῦ χρηματίζουσι· ὅσοι γὰρ φησὶν ἔλαβον
αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ
γενέσθαι· οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, ἀλλ᾽ ἐκ θεοῦ
* Gal. IV. 6. ἐγεννήθησαν· καὶ ὁ Παῦλος· * ὅτι δὲ ἐστὲ υἱοὶ,
ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐ-
τοῦ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν κρᾶζον, ἀββᾶ ὁ
πατήρ· ὅτε γὰρ ἀνεβίω Χριστὸς σκυλεύσας
τὸν ᾅδην, τότε τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτὸν τὸ
τῆς υἱοθεσίας δέδωκε πνεῦμα, καὶ πρό γε τῶν
* Ioh. XX. 22. ἄλλων τοῖς οἰκείοις μαθηταῖς· * ἐνεφύσησε
γὰρ αὐτοῖς λέγων, λάβετε πνεῦμα ἅγιον·
ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐ-
τοῖς· καὶ τὰ ἑξῆς· ἐπειδὴ γὰρ ὅλως γεγόνασι
θείας κοινωνοὶ φύσεως, τὸ δεσποτικὸν καὶ
κατεξουσιάζον τῶν ὅλων πλουτήσαντες πνεῦ-
μα, ταύτῃ τοι καὶ θεοπρεπὲς ἀξίωμα περι-
τέθεικεν αὐτοῖς, τὸ ἀφιέναι φημὶ τὰς ἁμαρ-
τίας ὧν ἂν βούλωνται, κρατεῖν δὲ καὶ τὰς
ἑτέρων (1)· ὅτι δὲ πρὸ τῆς ἀναφοιτήσεως οὐκ
ἦν ἐν ἀνθρώποις τῆς υἱοθεσίας τὸ πνεῦμα,
ὁ πάνσοφος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης δηλοῖ
* Ioh. VII. 39. λέγων· * οὐδέπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, ὅτι
Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη· δόξαν, τὴν ἐκ νε-
κρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον λέ-
γων· ἐκεῖ γὰρ ἀναφοιτήσας ὁ μονογενὴς τοῦ
θεοῦ λόγος ἔπεμψεν ἡμῖν ἀνθ᾽ ἑαυτοῦ τὸν
παράκλητον, καὶ ἐν ἡμῖν ἐστι δι᾽ αὐτοῦ· καὶ
* Ioh. XVI. 7 τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξεν, εἰπών· * ἐὰν μὴ ἀπέλ-
θω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς
ὑμᾶς· λοιπὸν οὖν κἂν ἐλάττους ὦμεν τῶν τὴν
ἐν νόμῳ δικαιοσύνην ἐχόντων, κατά γε τὴν
τῆς ζωῆς ἀστειότητα φημὶ, ἀλλ᾽ ἐν μείζοσι
γεννητῶν γυναικὸς διὰ Χριστόν.

V. 32 *Ὅμοιοί εἰσι παιδίοις τοῖς ἐν ἀγορᾷ καθημένοις.*

A. f. 118. b. B. f. 73. C. f. 121. b. Ἦν τάχα που παιγνίου τις τρόπος
παρὰ τῶν Ἰουδαίων παισὶν οὕτως ἔχων· εἰς
μέρη δύο πληθὺς παιδίων ἐτέμνετο, ἃ καὶ
τὴν τοῦ βίου γελῶντα τύρβην καὶ τῶν ἐν
αὐτῷ πραγμάτων τὸ ἀνώμαλον, καὶ τὴν
ἑτέρων τὴν εἰς ἕτερα δεινὴν καὶ ἀθρόαν
μεταβολήν· τὰ μὲν ηὔλουν, τὰ δὲ ἐθρή-

qui ante eum extiterunt, natus de muliere est. At ii qui fidem receperunt, haud iam filii mulierum, sed Dei sunt. Quotquot enim eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus sed ex Deo nati sunt. Et Paulus: quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum filii sui in corda vestra clamantem: abba, pater. Cum enim revixit Christus, spoliatis inferis, tunc credentibus in se adoptionis in filios Spiritum dedit, atque ante omnes discipulis suis. Insufflavit enim in eos dicens: accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et reliqua. Nam quia omnino facti sunt divinae consortes naturae, dominico et universaliter potestativo Spiritu accepto, ideo congrua Deo dignitas eisdem conlata fuit, remittendi inquam peccata quorum voluerint, aliorum vero retinendi. Quod vero ante hunc eius adventum nondum esset apud homines adoptionis in filios Spiritus, sapientissimus demonstrat evangelista Iohannes dicens: nondum enim erat Spiritus sanctus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus; quo loco gloriam dicit resurrectionem a mortuis, et in caelos reditum. Illuc enim redux unigenitum Dei Verbum misit ad nos pro se Paraclitum, atque in nobis per eum manet. Quod nos docuit dicens: nisi ego abiero, Paraclitus non veniet ad vos. Superest ergo, ut etiamsi forte minorem haberemus iustitiam quam ii qui in lege iusti fuerunt, de vitae inquam honestate loquor, in maioribus inter filios mulierum sumus propter Christum.

Similes sunt pueris sedentibus in foro.

Erat fortasse ludi quoddam genus apud Iudaeorum pueros ita se habentis. Duas in partes puerorum multitudo discriminabatur, quorum alii mundi huius ridebant tumultum, et insanum rerum cursum; alii terribilem praecipitemque in contrarium versam vicem; et pars quidem tibiis cane-

(1) En paenitentiae sacramentum sacerdotibus commissum a Christo per sanctum Spiritum.

bant, pars lugebant: sed neque canentibus ac laetantibus, hi qui lugebant delectabantur; neque vicissim lugentibus, hi qui tibias tenebant se conformabant. Deinde invicem quodammodo imputabant immisericordem animum atque incompositum. Huiuscemodi aliquid contigisse Iudaeorum populo ac eius principibus, Servator adfirmabat. Venerant enim prophetae tristia futura praedicentes, et luctu digna. Mox post illos venit Christus atque apostoli, tibiae instar, praedicationem regni occinentes, et paenitentiae gratiam. Sed praeduro corde Iudaei non solum non gemuerunt auditis prioribus, sed ne coram quidem posterioribus saltaverunt, nullum scilicet virtutis actum expromentes.

Venit enim Iohannes baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum.

Quanam demum ratione pertrahêris ad fidem, pharisaee insipiens, qui omnia indiscrete vituperas, nihilque laude dignum existimas? Anteivit Servatori beatus Baptista, paenitentiam agite dicens, appropinquavit enim regnum caelorum. Profecto is erat persuadendo idoneus, qui in tam splendido et admirando vitae genere testimonium praebebat. Tu vero huic conviciari audes, quem cum summa admiratione deberes suspicere? Daemonium habere dicis eum qui ieiuniis peccati legem mortificat carnis membris haerentem, mentisque nostrae legi repugnantem? Via erat beatus Baptista ad Christi religionem. Nunc videamus et alterum, qui diversa via videtur incedere quam Baptista sectatus est. Non erat in deserto Christus, immo in urbe potius cum sanctis apostolis versabatur: neque diaetae ratio tam dura quam sancti Baptistae erat. Num ergo hunc saltem laudas? Nequaquam, sed ipsi Christo litem intendis. Dixisti enim: ecce homo devorator et bibens vinum. Undenam porro demonstrare id potes? Certe quum Maria ac Martha aliquando illum hospitio receperunt Bethaniae; quumque ex praedictis una sedulo

νουν· ἀλλ' οὔτε τοῖς αὐλοῦσι καὶ χαίρουσιν οἱ θρηνοῦντες συνῄδοντο, οὔτε μὴν τοῖς κλαίουσιν οἱ τὸν αὐλὸν ἔχοντες, συνεπλάττοντο· εἶτα ἀλλήλοις ἐνεκάλουν τρόπον τινὰ τὸ ἀσυμπαθὲς ἤγουν ἀδιάθετον· τοιοῦτόν τι πεπονθέναι τὸν τῶν Ἰουδαίων δήμους ὁμοῦ τοῖς προεστηκόσιν, ἰσχυρίζετο Χριστός· ἦλθον γὰρ οἱ προφῆται τὰ ἐσόμενα προαναφωνοῦντες σκυθρωπὰ, καὶ πρὸς θρῆνον διεγερτικά· εἶτα μετ' ἐκείνους ἐλήλυθεν ὁ Χριστὸς, καὶ οἱ ἀπόστολοι αὐλοῦ δίκην ἐξηχοῦντες τὸ τῆς βασιλείας κήρυγμα, καὶ τὴν χάριν τῆς μετανοίας· ἀλλ' οἱ σκληροκάρδιοι Ἰουδαῖοι οὐ μόνον οὐκ ἐκόψαντο ἐπὶ τοῖς προτέροις, ἀλλ' οὐδὲ ὠρχήσαντο ἐπὶ τοῖς δευτέροις, μηδὲν ἔργον ἀρετῆς διαπραξάμενοι. B. f. 73.

Ἐλήλυθε γὰρ Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς μήτε ἄρτον ἐσθίων μήτε οἶνον πίνων.

Διὰ ποίου πράγματος σαγηνευθήσῃ πρὸς πίστιν, ἀσύνετε φαρισαῖε, πάντα διασύρων ἀδιακρίτως, καὶ οὐδὲν ἀξιῶν ἐπαινεῖν; προεβάδισε τοῦ σωτῆρος ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, μετανοεῖτε λέγων, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· * ἀξιόχρεως ἦν εἰς τὸ δύνασθαι πείθειν, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς οὕτω λαμπρᾶς καὶ ἀξιαγάστου ζωῆς μαρτυρούμενος· εἶτα κακίζειν τὸν τοιοῦτον ἀποτολμᾷς, ὃς ἔδει μᾶλλον τοῦ παντὸς ἀξιοῦσθαι θαύματος; δαιμονᾶν ἔφης τὸν κατανεκροῦντα ταῖς ἀσιτίαις τῆς ἁμαρτίας τὸν νόμον, τὸν φωλεύοντα τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς, καὶ ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς ἡμῶν; ὁδὸς ἦν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας· ἴδωμεν δὲ καὶ τὸν ἕτερον, ὃς δοκεῖ πως τὴν ἐναντίαν ἰέναι τρίβον τῆς τοῦ ἁγίου Βαπτιστοῦ πολιτείας· οὐκ ἦν ἐν ἐρήμῳ Χριστὸς, ἐν ἄστει δὲ μᾶλλον ἐποιεῖτο τὴν διατριβὴν ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· καὶ ἡ δίαιτα δὲ οὐ σκληραγωγίαν εἶχε τοιαύτην, ὁποία τίς ἦν ἡ τοῦ ἁγίου Βαπτιστοῦ· ἆρ' οὖν ἐπαινεῖς κἂν τοῦτον; οὐδαμῶς· γέγονας δὲ φιλαίτιος καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ Χριστῷ· ἔφης γάρ· ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης· ποῦ δὲ τοῦτο δεικνύειν ἔχεις; καίτοι Μαρίας καὶ Μάρθας ὑποδεξαμένων ἐν

A. f. 1.. B. f. ..

* Matth. III. 2

Βηθανίᾳ ποτὲ, εἶτα μιᾶς τῶν ὠνομασμένων περὶ πολλὴν διακονίαν περισπωμένης, ἀνακόπτων ὁρᾶται Χριστὸς τὸ πέρα μέτρου, καὶ καταῤῥυθμίζων ἡμᾶς εἰς αὐτάρκειαν· ἔφη γάρ· μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά· ὀλίγων δέ ἐστι χρεία, ἢ ἑνός· ἦν δὲ τοιοῦτος ἀεί τε καὶ πανταχοῦ· τελώναις δὲ συνηυλίζετο, ἀνάλωτος ὢν αὐτὸς ἁμαρτίας παντελῶς· ἔφη γάρ· τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει
* Ioh. VIII. 46. με περὶ ἁμαρτίας *; οὐκοῦν οὐδὲν ἂν ἠδικήθη καὶ συνὼν ἁμαρτωλοῖς, τοὐναντίον δὲ πάσης αὐτοῖς ὠφελείας καὶ σωτηρίας ἐγίνε-
* Luc. V. 31. το πρόξενος· ἔλεγε γάρ· * οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· ὑμᾶς μὲν γὰρ ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος μὴ συνδιαιτᾶσθαι πονηροῖς ἐκέλευσεν, ἵνα μὴ ὡς ἀσθενεῖς καὶ πρὸς ἁμαρτίαν εὔκολοι, ῥᾳδίως εἰς τὸν αὐτὸν τῆς ἀσεβείας ἐμπέσητε βυθόν· εἰ γὰρ ἑδραῖοι ἦτε πρὸς ἀρετὴν, καὶ πρὸς εὐσέβειαν εἴχετε βεβηκότα τὸν νοῦν, οὐκ ἂν κεκώλυκε· Χριστὸς δὲ τί ἂν πάθοι τῶν ἀδικεῖν πεφυκότων; ἀλλ' ἠγνόησας παντελῶς τὸ περὶ αὐτοῦ μυστήριον· Θεὸς γὰρ ὢν λόγος, γέγονε μεθ' ἡμῶν, τουτέστιν ἐσαρκώθη δι' ἡμᾶς, οὐχ ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ· τοῦ δὲ κατακρίνοντος ἦν, τὸ μὴ συνεῖναι θέλειν τοῖς οὖσιν ἐν ἁμαρτίαις· τοῦ δὲ σώζειν ἐθέλοντος, τὸ καὶ συνεῖναι καὶ νουθετεῖν, καὶ τῶν αἰσχιόνων ἀναπείθειν ἀποφοιτᾷν· καὶ τῆς εἰς τὸ φαῦλον ὁδοῦ, τὸν τῆς εἰς αἰῶνα ζωῆς ἀνθελέσθαι τρίβον· οὐκ ἦλθε καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς
* Luc. V. ... εἰς μετάνοιαν· * οὐ μολύνεται ἥλιος πᾶσαν φωτίζων τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ ἀκαθάρτοις πολλοῖς σώμασιν ὁμιλῶν· οὐδὲ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ἀδικηθείη ἂν κατ' οὐδένα τρόπον, πονηροῖς ἀνθρώποις συναστρεφόμενος· μηδεὶς δὲ τὸ ἑαυτοῦ μέτρον δεσποτικοῖς ἀξιώμασιν ἁμιλλᾶσθαι ζητείτω· ἀλλὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν ἕκαστος λογιζόμενος, τὴν τῶν τοιούτων φευγέτω συνήθειαν· φθείρουσι γὰρ ἤθη
* I. Cor. XV. 33. χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί· * νουθετεῖν δὲ τοὺς τοιούτους, τὸ κωλύον οὐδέν.

Ἠρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν φαρισαίων ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ.

A. f. 119. 1 ἐκλήται μὲν οὖν παρ' ἑνὸς τῶν φαρι-

ministerio distraheretur, cernimus Christum sollicitudinem immodicam praecidere, atque ad frugalitatem nos erudire. Dixit enim: sollicita es et turbaris erga plurima: modicis autem opus est, immo et uno. Ita semper et ubique sese gerebat. Quod si cum publicanis versabatur, ipse omni prorsus peccato carebat. Aiebat enim: quis ex vobis arguet me de peccato? Ergo nihil ex peccantium consuetudine laedebatur; contra autem omnimodae iis utilitatis atque salutis conciliator erat. Dicebat enim: non egent sani medico, sed qui male habent. Vobis quidem Moysis lex quominus cum improbis versemini vetat, ne utpote infirmi et ad peccandum proni, facile in impietatis barathrum incurratis. Nam si stabili virtute essetis, firmamque in recta pietate mentem retineretis, nihil vobis vetuisset. Christus autem cuinam peccandi occasioni fuisset obnoxius? Tu vero prorsus ignoras mysterium eius. Nam Deus Verbum venit ad nos, id est propter nos est incarnatum; non ut mundum iudicet, sed ut mundus per ipsum salvetur. Est sane damnantis officium, ut ne cum illis versetur qui delictis sunt irretiti: eius autem qui vult salvare, mos est et conversandi et admonefaciendi, et ut a turpibus resiliant adhortandi, atque ut viae pravae loco, aeternae vitae semitam praeoptent. Non venit vocare iustos, sed peccatores ad paenitentiam. Sol orbem terrarum illuminans non sordidatur, quamquam impuris multis corporibus incidat. Iustitiae sol nullo modo laedi poterat dum pravis cum hominibus versaretur. Attamen nemo modulum suum cum dominica dignitate comparare velit; sed suam quisque infirmitatem reputans, pravorum familiaritatem devitet. Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava. Ceteroqui eos qui sunt huiusmodi nihil nos vetat quominus admoneamus.

Rogabat autem illum quidam de pharisaeis ut manducaret cum eo.

Invitatus itaque fuit ab uno pharisaeo-

rum Dominus, qui utpote bonus et clemens, volensque omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, gratiam petenti annuit; et ingressus, discubuit. Ecce autem muliercula intro accurrit, quae intemperantibus sane moribus fuerat, nunc tamen fidele propositum prae se ferebat; nec praeteritae vitae infamiam ignorans, Christum rogabat ceu qui mundare eam atque omni reatu liberare poterat, et peccatorum remissionem largiri. Id vero agebat retro stans; neque enim ante dimissa peccata consistere coram poterat.

σαίων ὁ κύριος· ἐπεὶ δὲ χρηστός ἐστι καὶ φιλάνθρωπος, καὶ πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, κατένευσεν αἰτοῦντι τὴν χάριν, καὶ εἰσελθὼν κατεκλίθη· εἶτα γύναιον ἐπεισέτρεχε, ἀκόλαστον μὲν ἐν τῷ βίῳ γενόμενον, πιστὴν δὲ προαίρεσιν ἐπιδεικνύμενον, καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς φθάσασι μῶμον οὐκ ἀγνοήσασα, παρεκάλει Χριστὸν ὡς ἀποσμῆξαι δυνάμενον καὶ ἀπαλλάξαι παντὸς αἰτιάματος, καὶ τὴν τῶν ἡμαρτημένων δωρήσασθαι ἄφεσιν· ἔδρα δὲ τοῦτο στᾶσα ὀπίσω· ἔμπροσθεν γὰρ ἑστάναι, οὔπω ἠδύνατο πρὸ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν.

Cap. VIII.

Dixit per similitudinem.

Beati prophetae multifariam verba de Christo fecerunt. Alii quippe ceu lumen venturum praenunciarunt. Alii regali dignitate et eminentia praeditum. Itaque et quidam illorum dixit: « beatus qui habet in Sion semen, et familiares in Hierusalem! Ecce rex iustus regnabit, et principes cum iudicio praeerunt. Et erit vir sermones suos celans, et abscondet se quasi ab aqua ruente. » Quod autem plerumque arcanus Servatoris sermo fuerit, patet. Sic eum nobis beatus quoque psalmista loquentem introducit: aperiam in parabolis os meum. Nunc videsis ad exitum iam perduci quod ille ante nuntiaverat. Plurima Iesum ex universa Iudaea circumsteterat multitudo, quam alloquebatur parabolis utens: verumtamen iis, utpote indignis mysteria cognoscere regni caelorum, obscurus sermo erat: neque curae illis erat, fidem erga Christum suscipere: immo et ipsius praedicationibus impie obsistebant. Quare et illos obiurgabant qui Christo adhaerere, eiusque sacra doctrina imbui volebant; non sine scelere dicentes: daemonium habet et insanit; cur eum auditis? Itaque illis non fuit datum mysteria cognoscere regni caelorum; nobis vero potius qui fidei paratiores fuimus. Namque ipse copiam nobis dedit parabolam obscurum-

ΚΕΦ. Η'.

Εἶπε διὰ παραβολῆς. v. 4

Οἱ μακάριοι προφῆται πολυτρόπως A. f. 121 B. f. 76. b C. f. 122. b
τοὺς περὶ Χριστοῦ πεποίηνται λόγους· οἱ μὲν
γὰρ ὡς φῶς ἥξοντα προαπήγγελλον· οἱ δὲ
καὶ ἐν τάξει καὶ ὑπεροχῇ τῇ βασιλικῇ· καὶ γοῦν
ἔφη τις αὐτῶν· * μακάριος ὃς ἔχει ἐν Σιὼν *Is. XXXI. 9. gr. et XXXII. 1. 2.
σπέρμα, καὶ οἰκείους ἐν Ἱερουσαλήμ· ἰδοὺ καὶ βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύσει, καὶ ἄρχοντες μετὰ κρίσεως ἄρξουσι· καὶ ἔσται ὁ ἄνθρωπος κρύπτων τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ κρυβήσεται ὡς ἀφ' ὕδατος φερομένου· ὅτι δὲ κεκρυμμένος ἀεί πως τοῦ σωτῆρος ὁ λόγος, δῆλον· οὕτως ἡμῖν αὐτὸν καὶ ὁ μακάριος ψαλμῳδὸς εἰσκεκόμικε λέγοντα· * ἀνοίξω ἐν παρα- * Ps. LXXVII. 2.
βολαῖς τὸ στόμα μου· ἄθρει δὲ οὖν εἰς πέρας ἐκβεβηκὸς τὸ παρ' αὐτοῦ διηγορευμένον· πλείστη μὲν γὰρ πληθὺς συναγήγερτο περὶ αὐτὸν, τοῖς ἐξ ἁπάσης τῆς Ἰουδαίας· προσελάλει δὲ αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς· ἀλλ' ἐκείνοις μὲν οὐκ οὖσιν ἀξίοις μαθεῖν τὰ μυστήρια τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, ἀσυμφανὴς ἦν ὁ λόγος· λόγου γὰρ ἠξίουν οὐδενὸς, τὸ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν προσήκασθαι· ἀντέπραττον δὲ ἀνοσίως καὶ τοῖς δι' αὐτοῦ κηρύγμασι· καὶ γοῦν ἐπετίμων τοῖς ἐθέλουσι προσεδρεύειν αὐτῷ, καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς διψῶσι μυσταγωγίαν, δυσσεβοῦντές τε καὶ λέγοντες· * δαι- * Ioh. X. 20.
μόνιον ἔχει καὶ μαίνεται, τί ἀκούετε αὐτοῦ; οὐκοῦν οὐκ ἐκείνοις δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἡμῖν δὲ μᾶλλον τοῖς ἑτοιμοτέροις εἰς πίστιν· δέδωκε γὰρ ἡμῖν

αὐτὸς τὸ δύνασθαι νοεῖν παραβολὴν καὶ σκοτεινὸν λόγον, ῥήσεις τε σοφῶν καὶ αἰνίγματα.
A. f. 122. — Ῥητέον δὲ καὶ ἔτι, ὅτι εἰκόνες εἰσὶν ὥσπερ αἱ παραβολαὶ πραγμάτων οὐχ' ὁρατῶν, νοητῶν δὲ μᾶλλον καὶ πνευματικῶν· ὃ γὰρ ἰδεῖν οὐκ ἔνεστι τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς, τοῦτο δείκνυσιν ἡ παραβολὴ τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασι, διὰ τῶν ἐν αἰσθήσει καὶ οἷον ἁπτῶν πραγμάτων διαμορφοῦσα καλῶς τὴν τῶν νοητῶν ἰσχνότητα· ἴδωμεν τοίνυν ὁποίαν ἡμῖν ἐξυφαίνει τὴν νόησιν, τοῦ σωτῆρος ὁ λόγος.

v. 9. Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ λέγοντες, τίς εἴη ἡ παραβολὴ αὕτη.

A. f. 122. b. B. f. 68. Τίς δὲ ἄρα ἐστὶ τῆς παραβολῆς ὁ σκοπὸς, καὶ ὅποι ποτὲ βλέπει τῆς παραβολῆς τὸ βάθος, παρ' αὐτοῦ μάθωμεν τοῦ συνθέντος αὐτήν· ἠγνόησαν ταῦτα πρὸ ἡμῶν οἱ μακάριοι μαθηταὶ, καὶ προσῄεσαν τῷ σωτῆρι, παρακαλοῦντες καὶ λέγοντες, τί ἐστι αὕτη ἡ
A. f. 123. C. f. 123. παραβολή; — Ἀλλ' ἴδωμεν ποία τίς ἐστιν ἡ πρόφασις, δι' ἣν ἁρπάζεται τὰ ἐν ταῖς ὁδοῖς· σκληρὰ καὶ ἀνήροτος ἐστὶ πᾶσα πως ὁδὸς, διὰ τὸ τοῖς ἁπάντων ὑποκεῖσθαι ποσὶ, καὶ οὐδὲν αὐταῖς ἐγχώννυται τῶν σπερμάτων· οὐκοῦν ὅσοι τὸν νοῦν ἔχουσι σκληρὸν, οὐκ εἰσδύεται ἐν αὐτοῖς θεῖόν τι καὶ ἱερὸν νουθέτημα, δι' οὗ δύναται καρποφορεῖν τὰ εἰς ἀρετὴν αὐχήματα· οὗτοι τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ αὐτῷ δὴ τῷ σατανᾷ, πεπατημένη γεγόνασιν ὁδὸς, οὓς οὐκ ἔστι ποτὲ καρπῶν ἁγίων γενέσθαι τροφούς· στεῖραν καὶ ἄγονον ἔχοντας τὴν καρδίαν· πάλιν εἰσὶ τινὲς ἀπεριεργάστως ἔχοντες τὴν πίστιν ἐν ἑαυτοῖς, ὡς ἐν ἁπλότητι λόγων· οὗτοι ἄρριζον ἔχουσι τὴν εὐσέβειαν, εἰσιόντες γὰρ ἐν ἐκκλησίαις, ἐπιγάννυνται μὲν τῷ πλήθει τῶν συναγηγερμένων, καὶ ἀσμένως προσίενται τὰς μυστα-

que sermonem intelligendi, dictaque sapientium et aenigmata. – Dicendum est insuper, parabolas esse velut imagines haud visibilium rerum, sed intellectualium potius ac spiritalium. Quod enim corporeis oculis spectare non licet, hoc ostendit parabola mentis obtutibus, sensibilibus et quasi tangibilibus rebus egregie informans intellectualium obiectorum subtilitatem. Videamus igitur quodnam nobis meditamentum paret Servatoris oratio (1).

Interrogabant autem eum discipuli eius, quae esset haec parabola.

Quinam sit parabolae scopus, et quo spectet arcanum eius, ab illo qui eam composuit audiamus. Namque id ante nos nesciebant beati discipuli, qui ad Servatorem accedentes rogarunt dicentes: quaenam est haec parabola? – Sed videamus quaenam sit causa quamobrem semen in viis diripitur. Dura atque inarata quaelibet fere via est, quia omnium pedibus teritur, nullumque iis semen committitur. Ergo quicumque mentem obduratam habent, nullum in eos ingreditur divinum sacrumve monitum, cuius beneficio laeta virtutis germina possint oriri. Huiusmodi homines impuris spiritibus et ipsi Satanae trita via sunt, nec umquam sanctorum fructuum fieri possunt altores, quia sterile habent et infecundum cor. Rursus alii sunt qui incuriose intra se retinent fidem, tamquam simplici suasione nixam. Hi non bene fundatam religionem habent: namque in ecclesias ingressi, laetantur multitudine congregatorum, et sacras res libenter participant; verumtamen haud cum serio iudi-

(1) Hoc fere loco apud latinam Corderii catenam sic. « Cyrillus. Hic enim manifeste praedicat mysterium Unigeniti in carne. Beatos namque dicit eos, qui isto tempore inhabitabant Sion, rationalem nempe, » quae est ecclesia Dei vivi. Habuimus autem et nos domesticos secundum spiritum, sanctos sacrorum » antistites. Iustus quoque et irreprehensibilis est omnis iustitiae remunerator. Imperarunt autem cum » iudicio sive auctoritate iudiciaria principes illi sancti discipuli, quique post illos ecclesiarum rectores » extiterunt, de quibus sic canit David: constitues eos principes super omnem terram. Erit autem, inquit, » rex iustus: homo quidem ac frater noster secundum omnia illa quae in terra habuit; in veritate vero, » Deus. Nam Verbum caro factum est, secundum scripturam. Abscondet autem sermones suos: plurima » siquidem Christus in parabolis locutus est. Etenim abscondetur tamquam absorptus ab aqua currente, » hoc est capi non poterit insidiis insidiantium: saepenumero enim Iudaei insidiati sunt illi, ipse autem, » ut evangelista dicit, per medium illorum ibat. Et sic aderat, scilicet curam gerens. »

cio, sed cum quadam voluntatis levitate. Mox ecclesiis egressos doctrinarum sacrarum statim capit oblivio. Et si quidem res Christianorum haud procella iactentur, fidem illi servant; sed persecutione turbante, fugitivam mentem gerunt. Quibus Hieremias propheta ait: sumite arma et scuta. Profecto enim invictam habet manum servator Deus. Atque, ut ait doctissimus Paulus: fidelis Deus, qui non patietur nos tentari supra id quod possumus, qui tentationem simul eiusque exitum dabit, ut sustinere possimus.

Iam vero siquando accidat ut pro Christi religione pugnantes patiamur, tunc demum felicissimi usquequaque erimus. Nam sanctis apostolis Servator aiebat: ne terreamini ab his qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, et reliqua. Quod quidem non verbis tantum sed factis etiam nos docuit. Animam quippe suam pro nobis posuit, suoque sanguine universum mundum adquisivit. Haud ergo nostri arbitrii sumus, sed eius potius qui nos emit servavitque, atque ei vitam nostram debemus. Namque ut divus ait Paulus, propterea mortuus est Christus et revixit, ut mortuorum et vivorum sit dominus. Videamus etiam quae sint spinae, quibus divinum suffocatur semen. Quid rursus ait Servator? Proiicit quidem ipse semen, quod in recipientibus manens animabus, et iam paene se attollens, et semet ostendendi initium faciens, mundanis curis opprimitur, atque ut ait Hieremias, fit manipulus efficiendae farinae ineptus. Novate itaque vobis novalia, ait alius propheta, et in spinis ne seminetis. Ergo ut divinum in nobis germinet semen, mundanas sollicitudines mentibus nostris pellamus. Sunt autem terra pinguis et frugifera, quae centuplum fructum reddit, egregiae bonaeque animae, quae sermonis

γωγίας· πλὴν οὐ κεκριμμένως, ἀλλ' ἐξ ἐλαφρῶν θελημάτων· ἀποφοιτήσαντες δὲ τῶν ἐκκλησιῶν, εἰς λήθην εὐθὺς ἀποφέρονται τῶν ἱερῶν μαθημάτων· κἂν μὲν μὴ χειμάζηται τὰ χριστιανῶν, σώζουσιν ἐκεῖνοι τὴν πίστιν· διωγμοῦ δὲ θορυβήσαντος, φυγάδα τὸν νοῦν ἔχουσι· πρὸς οὓς ὁ προφήτης Ἱερεμίας*, φησίν· ἀναλάβετε ὅπλα καὶ ἀσπίδας· μάλιστα μὲν γὰρ ἄμαχον ἔχει τὴν χεῖρα ὁ διασώζων θεὸς, καὶ καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος· * πιστὸς ὁ θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα, ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν.

* Hierem. XLVI 3.
* I. Cor X. 13

Πλὴν εἰ γένοιτό πως καὶ τὸ εἰς Χριστὸν εὐσεβείας ὑπεραθλοῦντας παθεῖν, τότε πάντη τε καὶ πάντως ἐσόμεθα ζηλωτοί· καὶ γοῦν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἔφασκεν ὁ σωτήρ·* μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτενόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι, καὶ τὰ ἑξῆς· οὐ μόνοις δὲ λόγοις ταῦτα ἡμᾶς ἐξεπαίδευεν, ἀλλὰ καὶ ἔργοις· τέθεικε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ αἵματι τῷ ἰδίῳ κατεκτήσατο τὴν ὑπ' οὐρανόν· ἐσμὲν τοιγαροῦν οὐχ' ἑαυτῶν, τοῦ πριαμένου δὲ μᾶλλον καὶ διασώσαντος, καὶ αὐτῷ τὴν ἑαυτῶν ὀφείλομεν ζωήν· ὡς γάρ φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, διὰ τοῦτο Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἔζησεν*, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ· ἴδωμεν δὲ καὶ τὰς ἀκάνθας αἷς ὁ θεῖος ἀποπνίγεται σπόρος· τί πάλιν φησὶν ὁ σωτήρ; ἐνίησι μὲν οὖν αὐτὸς τὸν σπόρον, ὁ δὲ καί τοι ταῖς τῶν δεξαμένων ἐναπομείνας ψυχαῖς, καὶ οἷον ἀνασχὼν ἤδη καὶ ἐν ἀργαῖς (1) τοῦ φαίνεσθαι διϊκάσας, ὑπὸ μεριμνῶν συμπνίγεται κοσμικῶν, καὶ καθά φησιν Ἱερεμίας* (2), γίνεται δράγμα μὴ ἔχον ἰσχὺν τοῦ ποιῆσαι ἄλευρον· νεώσατε τοίνυν ἑαυτοῖς νεώματα, ἕτερος προφήτης φησὶ*, καὶ μὴ σπείρητε ἐν ἀκάνθαις· οὐκοῦν ἵνα ὁ θεῖος ἡμῖν ἐξανθήσῃ σπόρος, προαποβάλωμεν τὰς ἑαυτῶν διανοίας μερίμνας κοσμικάς. — Εἴη δ' ἂν γῆ πίων καὶ εὔτοκος, ποιοῦσα καρπὸν ἑκατονταπλασίονα, ψυχαὶ καλαί τε καὶ ἀγαθαὶ,

* Luc. XII.
* Rom. XIV. 9
* Os. VIII. 7
* Hierem. IV. 3
V. 15. A. f. 123 b. B. f. 78 b.

(1) Ita cod. Num pro ἐναργής, vel potius ἐν ἀρχαῖς?

(2) Immo Oseas. Paria sphalmata alibi nos coarguimus. Et quidem mox p. 223, Matthaeus mendose pro *Marcus*.

εἰς βάθος δεχόμεναι τὰ τοῦ λόγου σπέρματα, καὶ κατέχουσαι, καὶ γονναίως τρέφουσι· περὶ τῶν τοιούτων ἂν λέγοιτο καὶ μάλα δικαίως,
Iach. III. 12. τὸ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν * εἰρημένον παρὰ θεοῦ· καὶ μακαριοῦσιν ὑμᾶς πάντα τὰ ἔθνη, διότι ἐγένεσθε ὑμεῖς γῆ θελητή· ὅταν γὰρ εἰς νοῦν καθαρὸν τῶν παρενοχλεῖν εἰωθότων θεῖος ποτὲ λόγος κατενεχθῇ, τότε δίδωσι ῥίζαν εἰς βάθος, καὶ ἀστάχυος δίκην ἐπιπηδᾷ, καὶ τελεσφορεῖται καλῶς.

Πλὴν ἐκεῖνο χρήσιμον οἶμαι χρηστομαθεῖν ἑλομένοις εἰπεῖν· ὁ γάρ τοι Ματ-
* Matth. XIII. 23. θαῖος * αὐτὸ δὴ τουτὶ τὸ κεφάλαιον ἡμῖν ἐξηγούμενος, τὴν ἀγαθὴν ἔφη γῆν ἐκδοῦναι καρποὺς ἐν τρισὶ διαφοραῖς· ἡ μὲν γάρ φησιν, ἐποίησεν ἑκατὸν, ἡ δὲ ἑξήκοντα, ἡ δὲ τριάκοντα· ἄθρει δὴ οὖν ὅπως τρεῖς ἔφη Χριστὸς εἶναι τὰς βλάβας, καὶ ὁμοίως ἰσαρίθμους αὐταῖς τὰς εὐδοκιμήσεις· τὰ μὲν γὰρ εἰς τὴν ὁδὸν πίπτοντα τῶν σπερμάτων, ὑπὸ πτηνῶν διαρπάζεται· τὰ δὲ ἐν τοῖς πετρώδεσιν ἐξανθήσαντα μόνον, οὐκ εἰς μακρὰν ξηραίνεται· τὰ δὲ ταῖς ἀκάνθαις, ἐναποπνίγεται· γῆ δὲ ἡ θελητὴ καρποὺς ἀποτίκτει, τοὺς ἐν τρισὶν ὡς ἔφην διαφοραῖς, ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα καὶ τριάκοντα· ὡς γὰρ ὁ πάν-
* I Cor. VII. 7. σοφος γράφει Παῦλος *, ἕκαστος ἡμῶν ἴδιον ἔχει χάρισμα ἐκ θεοῦ, ὁ μὲν οὕτως, ὁ δὲ οὕτως· οὐ γὰρ ἐν ἴσῳ μέτρῳ πάντη τε καὶ πάντως τὰς τῶν ἁγίων εὐδοκιμήσεις γεγενημένας εὑρίσκομεν· πλὴν ζηλοῦν ἀναγκαῖον τὰ μείζονά τε καὶ ὑπερκείμενα τῶν χθαμαλωτέρων.

semina penitus concipiunt retinentque, et strenue alunt. De his recte admodum dici potest, quod per unum de sanctis prophetis a Deo dictum fuit: et beatos vos dicent cunctae gentes, quia facti estis vos terra desiderabilis. Cum enim in mentem, rebus quae turbare solent purgatam, divinus aliquando sermo incidit, tunc alte radicem figit, et spicae instar erumpit, et bene fructificat.

Verumtamen commodum reor, iis qui utilia discere discunt, aliud quoque edisserere. Nam Matthaeus hoc ipsum argumentum nobis narrans, bonam ait terram tribus diversis gradibus fructificasse. Alia enim, inquit, fecit centesimum, alia sexagesimum, alia denique trigesimum fructum. Videsis itaque quomodo tria dixit Christus fuisse detrimenta, et simul pari numero prosperitates. Nam quae secus viam deciderunt semina, ab avibus direpta fuerunt. Quae autem in petrosis locis germinarunt, paulo post exaruerunt. Quae denique in spinis, ea suffocata fuerunt. Item terra optabilis triplici cum differentia fructus ut dixi parit, centum, sexaginta, triginta. Ut enim scribit sapientissimus Paulus, unusquisque nostrum proprium habet Dei donum, alius sic, alius aliter. Non enim parem prorsus mensuram sanctorum hominum bona facinora habuisse comperimus. Verumtamen nos maiora, et quae humilioribus supereminent, aemulari opus est.

[illegible] Μήτηρ μου καὶ ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἀκούοντες καὶ ποιοῦντες αὐτόν.

Mater mea et fratres mei hi sunt qui verbum Dei audiunt et faciunt illud.

B. f. 79. b. Ὁ διὰ τῆς Μωϋσέως νομοθεσίας εἰπών· τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα
* Deut. V. 16. εὖ σοι γένηται *, ἡμῖν δὲ ἐπιτάξας καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾶν, ἆρα αὐτὸς ὠλιγώρει τῆς εἰς τὴν μητέρα τιμῆς, καὶ ἀπωθεῖται τὴν εἰς τοὺς ἀδελφοὺς ἀγάπην; οὐδαμῶς· τί οὖν ἄρα διδάξαι βούλεται; εἰς ὕψος αἴρει μέγα τὴν εἰς ἀνθρώπους ἀγάπην, οἵπερ ἂν ἐθέλοιεν τοῖς αὐτοῦ πείθεσθαι νόμοις· καὶ τὰς ἀνωτάτω τιμὰς ὀφείλειν ἡμῖν βούλεται, ὡς μητράσι καὶ ἀδελφοῖς· εἰ γὰρ μητέρα καὶ ἀδελ-

Qui in mosaica lege dixit: honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi; nobis vero praecepit ut inimicos etiam amemus; num idem inquam parum erat de honoranda matre sollicitus, et erga fratres caritatem abiecerat? Minime gentium. Quid ergo docere vult? Eximie extollit caritatem erga homines qui suis voluerint legibus obtemperare; summosque honores debere ipse nobis vult quasi matribus fratribusque. Si enim matrem fra-

tresque eius esse dicit, qui audiunt verbum eius et faciunt illud, quid ni omnibus sit exploratum, eum peculiari et pretiosa prosequi dilectione sua eos qui adseclae ipsius erant? Sic enim provocabat omnes, ut accederent, et sermonibus suis obsequi vellent.

Ipse ascendit in naviculam, et discipuli eius.

Transfretabat una cum sanctis apostolis Christus Tiberiadis mare seu stagnum. Adorta est autem navim subita ac saeva tempestas, vique ventorum elatae conglobataeque undae, mortis metum discipulis incutiebant. Non parum enim terrefacti erant, quamquam remigandi periti, neque tempestatum ignari. Quia igitur periculi magnitudo intolerandum iam faciebat timorem, quum alia nulla spes salutis reliqua esset, nisi ipse virtutum dominus, id est Christus, hunc excitant dicentes: praeceptor, salva nos, perimus: namque obdormisse illum ait hic evangelista; Marcus autem addit quod etiam in cervicali iaceret, simul eum fastu alienum demonstrans, multamque hinc nos docens vitae modestiam. Providentissime autem mihi accidisse videtur, quominus statim incipiente procella opem ab eo peterent; ut malo iam veluti extremo, manifestior esset Deo dignae potentiae vis, furibundum cohibens mare, atque ad magnam tranquillitatem redigens, ita ut ne vestigium quidem turbationis maneret. Nam si tempestas vigilante Christo evenisset, vel non metuissent, vel precati non essent, vel ne existimassent quidem quicquam eum huiusmodi posse mandare. Propterea obdormit, timori tempus concedens, atque ipsis evidentiorem faciens rei gestae sensum. Neque enim quisquam pari modo agnoscit quae in alienis corporibus fiunt, et quae in proprio. Nam quia ceteros omnes beneficiis affectos viderant, se vero nihil fruitos, et supino animo erant, oportebatque ipsos quoque beneficium aliquod experiri, tempestatem exercitii causa fieri annuit, terrorque uti-

φοὺς αὐτοῦ εἶναι φησὶ τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ποιοῦντας αὐτόν, πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργές, ὡς ἐκκεκειμένην καὶ ἀξιόληπτον χαρίζεται τὴν ἀγάπην τοῖς ἑπομένοις αὐτῷ; οὕτω γὰρ ἦν πεῖσαι πάντας ἥκειν ἐπὶ τὸ βούλεσθαι τοῖς αὐτοῦ καταπείθεσθαι λόγοις.

Αὐτὸς ἀνέβη εἰς πλοῖον, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. v. 22.

Erumpit ecce prae ceteris Petrus, et universi collegii fit os, plenaque Dei amore verba pronunciat, atque accuratam fidei confessionem facit dicens, eum esse Christum Dei. Citra dubium loquitur discipulus; non enim dicit eum simpliciter Christum, sed Christum Dei. Plurimi enim per tempora extiterant, qui utpote a Deo uncti, dicti fuerant christi: alii enim ut reges, alii ut prophetae fierent, uncti fuerant; alii denique, nempe nos, accepta ab omnium nostrûm servatore Christo redemptione, et sancto Spiritu uncti, christi appellationem contraximus. Dictum est itaque psalmistae voce de antiquioribus: nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari. De nobis autem Habacuci voce: « egressus es in salutem populi tui, ut salves christos tuos. Ergo plurimi christi; sic autem ex re ipsa vocitati fuere; sed unus solusque ille patris Dei: non quia nos christi simus ab alio potius quolibet quam a Deo uncti; sed quia ille solus proprium habet in caelis patrem. Constat igitur a Petro reliqua multitudine separatum Iesum, relatum fuisse ad patrem, ceu ipsius solius proprium. Nam Deus naturaliter existens, et ex Deo patre singulariter effulgens uni-

genitum ipsius Verbum, caro factum est secundum scripturas. Sed et illud necesse est cognoscere, quod nempe in Matthaei scriptura beatum discipulum inveniemus dicentem: « tu es Christus filius Dei vivi. » Brevians autem veluti incarnationis mysterium sapientissimus Lucas, pari quidem sententia est, sed tamen paucioribus verbis utens, dicit ipsum Christum Dei; reticet autem Servatoris ad Petrum orationem. Apud Matthaeum vero dicentem Iesum comperiemus: « beatus es, Simon bar-Ionae, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed pater meus qui in caelis est. » Sine dubio itaque divinitus edoctus fuit discipulus, patre ipso deducente eundem ad Christi mysterium cognoscendum. Adnotandum insuper, sapientissimum Petrum, unum confiteri Christum, propter eos qui in duos dividere Christos Emmanuhelem audent. Non enim interrogavit discipulos dicens: quem dicunt homines esse Verbum Dei, sed filium hominis. Porro hunc Petrus confessus est Christum esse Dei. Cur vero Petri confessionem miraremur, si nihil haberet profundum atque reconditum, ac ceteris veluti invisibile? Nam quid omnino pater Deus ei revelavit? Num quod homo esset? Ergone hoc erat a Deo revelatum mysterium? Huiusne rei causa Petrum admiramur, et ipse tam singulari praemio dignus evasit? Sibi enim dictum audivit: beatus es Simon bar-Ionae. Atqui reapse dignus summa admiratione est. Quam ob rem? Quia quem in forma nostra cernebat, hunc credidit esse Christum patris, id est incarnatum et humanatum, quod ex ipso prodierat, Verbum.

At ille increpans eos, praecepit ne cui dicerent hoc.

Quum fidem suam discipulus fuisset confessus, comminatus est illis Dominus, ne se esse Christum cuipiam dicerent. Attamen quidni potius oportebat discipulos

γὰρ ὢν φύσει, καὶ ἐκ θεοῦ πατρὸς ἐλλάμψας ἐξαιρέτως ὁ μονογενὴς αὐτοῦ λόγος, γέγονε σὰρξ (1), κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἐκεῖνο γε μὴν ἀναγκαῖον εἰδέναι· ἐν γὰρ τῇ τοῦ Ματθαίου συγγραφῇ *, τὸν μακάριον μαθητὴν εὑρήσομεν εἰπόντα, σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· ἐπιτεμὼν δὲ ὥσπερ τὴν οἰκονομίαν ὁ σοφώτατος Λουκᾶς, συμφέρεται μὲν κατὰ τὰς ἐννοίας, βραχυλογήσας δέ φησι, εἰπεῖν αὐτὸν τὸν Χριστὸν τοῦ θεοῦ· ἀλλ᾽ ἐνταῦθα μὲν ὁ παρὰ τοῦ σωτῆρος γεγονὼς πρὸς αὐτὸν, σεσίγηται λόγος· ἐν δὲ τῷ Ματθαίῳ πάλιν εἰπόντα σαφῶς εὑρήσομεν· μακάριος εἶ Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ᾽ ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἐστὶν οὖν ὁμολογουμένως θεοδίδακτος ὁ μαθητὴς, εἰς ἐπίγνωσιν αὐτὸν τὸν κατὰ Χριστὸν μυστηρίου ποδηγήσαντος αὐτοῦ τοῦ πατρός· σημειωτέον δὲ ὡς ἕνα τὸν Χριστὸν ὡμολόγει ὁ σοφώτατος Πέτρος, διὰ τοὺς εἰς δύο τέμνειν τολμῶντας Χριστοὺς τὸν Ἐμμανουὴλ (2)· οὐ γὰρ ἤρετο αὐτοὺς λέγων· τίνα λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, ἀλλὰ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου· καὶ τοῦτον ὁ Πέτρος ὡμολόγει εἶναι τὸν Χριστὸν τοῦ θεοῦ· πῶς δὲ ἀξιοθαύμαστος ἡ ὁμολογία Πέτρου, εἰ μηδὲν ἔχοι τὸ βαθὺ καὶ κεκρυμμένον, καὶ οἷον ἄποπτον τοῖς πολλοῖς; τί γὰρ ὅλως ἀπεκάλυψεν αὐτῷ ὁ θεὸς καὶ πατήρ; ὅτι ἄνθρωπός ἐστι; τοῦτο θεοδίδακτόν ἐστιν μυστήριον; ἐπὶ τούτῳ τεθαύμασται, καὶ τῶν οὕτως ἐξαιρέτων ἠξιώθη γερῶν; ἤκουσε γάρ· μακάριος εἶ Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ· ἀλλὰ τεθαύμασται, καὶ σφόδρα δικαίως· διὰ ποίαν αἰτίαν; ὃν γὰρ τεθέαται ἐν εἴδει τῷ καθ᾽ ἡμᾶς, τοῦτον πεπίστευκεν εἶναι τὸν Χριστὸν τοῦ πατρὸς, τουτέστι σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα τὸν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προελθόντα λόγον.

Ὁ δὲ ἐπιτιμήσας αὐτοῖς, παρήγγειλε μηδενὶ εἰπεῖν τοῦτο. V. 21.

Ὁμολογήσαντος τὴν πίστιν τοῦ μαθητοῦ, A. f. 136. b. ἐπετίμησεν αὐτοῖς ὁ κύριος, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός· καί τοι πῶς μᾶλλον ἔδει τοὺς μαθητὰς τοῖς ἁπανταχόσε

* Matth. XVI. 16.

(1) Adhuc contra Arianos sine pausa Cyrillus.

(2) Nestorii haeresim Cyrillus sugillat, adversus quam tot aliis scriptis pugnavit.

κηρύττειν αὐτόν; τοῦτο γὰρ ἦν ἔργον τῶν παρ' αὐτοῦ προκεχειρισμένων εἰς ἀποστολήν· ἀλλ'
* Eccl. III. 1. ὥς φησι τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν *, καιρὸς παντὶ πράγματι· ᾔδει τοῖς παρ' ἑαυτοῦ κηρύγμασι ἀκολουθῆσαι τὰ λείποντα τοῖς ἤδη προτετελεσμένοις· τοῦτο δὲ ἦν ὁ σταυρὸς, τὸ πάθος, ὁ κατὰ σάρκα θάνατος, ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις· τὸ μέγα καὶ ἐξαίσιον ἀληθῶς σημεῖον, δι' οὗ μεμαρτύρηται θεὸς ὢν ἀληθινὸς, καὶ υἱὸς κατὰ φύσιν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ὁ Ἐμμανουήλ· τὸ γὰρ ὅλως καταργῆσαι θάνατον, καὶ ἀναστρέψαι τὴν φθορὰν, καὶ σκυλεῦσαι τὸν ᾅδην, καὶ καταλῦσαι τοῦ διαβόλου τὴν τυραννίδα, καὶ ἐκ μέσου ποιῆσαι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀνοῖξαι τοῖς ἐπὶ γῆς τὰς ἄνω πύλας, καὶ συνάψαι τὴν γῆν οὐρανῷ, θεὸν ὄντα κατὰ ἀλήθειαν ἀπέφηνεν αὐτόν· οὐκοῦν ἐν καιρῷ κελεύει σιγῆσαι τὸ μυστήριον, ἄχρις ἂν ὁ σύμπας τῆς οἰκονομίας λόγος, εἰς τὸ αὐτῷ πρέπον ἐξέλθῃ πέρας· τότε γὰρ ἐγηγερμένος ἐκ νεκρῶν, ἀπογυμνοῦσθαι τοῖς ἁπανταχόσε γῆς προσέταξε τὸ μυστήριον, προθεὶς ἅπασι τὴν ἐν πίστει δικαίωσιν, τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος κάθ-
* Matth. XXVIII. 18. αρσιν· ἔφη γάρ· * ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία, ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας· μεθ' ἡμῶν γὰρ ἐστὶν καὶ ἐν ἡμῖν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τῶν ἁπάντων ψυχαῖς ἐναυλίζεται κύριος (1).

v. 26. Ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με κ. τ. λ.

B. f. 92. Πολλὰ κατὰ ταυτὸν ἐργάζεται χρήσιμά τε καὶ ἀναγκαῖα διὰ τούτων τῶν λόγων· πρῶτον μὲν δείκνυσιν ὅτι πάντη τὲ καὶ πάντως ἕψεται τοῖς αἰσχυνομένοις αὐτὸν καὶ τοὺς αὐ-

ubique ipsum praedicare? Hoc enim ad apostolatum designatorum officium erat. Verumtamen, ut sacrae litterae aiunt, omni rei suum tempus est. Sciebat praedicationem suam subsecutura ea quae priorum complementa forent. Erant autem haec, crux, passio, mors in carne, resurrectio e mortuis; magnum hoc videlicet vereque eximium prodigium, quo Deus verus comprobatur, naturalisque Dei patris filius, Emmanuhel. Namque omnino mortem destruere, corruptionem annihilare, inferos spoliare, diaboli tyrannidem abolere, aperire terrestribus supernas ianuas, terram cum caelo copulare, haec inquam Iesum Deum verum esse demonstrarunt. Ergo ad tempus sileri mysterium iubet, donec universa humanationis ratio ac cursus ad congruum sibi exitum perduceretur. Tunc enim e mortuis resuscitatus, revelari ubique terrarum iussit mysterium, proponens cunctis in fide iustificationem, et per sanctum baptisma purgationem. Dixit enim: « data est mihi omnis potestas in caelo et in terra: euntes docete omnes gentes, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizantes; monentes eas observare omnia quaecumque vobis praecepi. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque in finem. Nobiscum enim reapse est, et in nobis per sanctum Spiritum, atque in omnium animabus inhabitat Dominus.

Nam qui me erubuerit etc.

Multa simul utilia immo necessaria his verbis exsequitur. Primo quidem ostendit, fore ut eos omnino qui se suosque sermones erubuerint, par eventus corripiat. Cer-

(1) Ad v. 22. *oportet filium hominis multa pati* etc. haec sunt apud D. Thomae catenam. « Cyrillus. » Ducum magnanimi strenuos in armis ad audaciam provocant, non solum eis honores pollicendo victo- » riae, sed etiam ipsum pati generosum esse fatentes. Tale quid videmus docere dominum Iesum Chri- » stum: praedixerat enim apostolis quod oporteret eum perpeti Iudaeorum calumnias, occidi, et tertia die » resurgere. Ne igitur putarent, Christum quidem passurum persecutiones pro vita mundi, eis vero licere » lentam vitam ducere; ostendit quod necessario per aequa certamina gradi decet, cupientes eius gloriam » obtinere; unde dicitur (v. 23.): *dicebat autem ad omnes* etc. »

Item ad v. 25. apud D. Thomae catenam, nec non paulo melius apud Corderium « Cyrillus. Quod » autem Christo in caritate placere, incomparabiliter praestet mundi splendoribus atque deliciis, declarat » dicens: *quid enim prodest* etc. »

te undenam nobis maior alacritas accidat? Nam si iudex quosdam reveretur, ceu ipsis obsequii praestiti mercedem debens, vel amoris praemia, vel benivolentiae retributionem; cur sine ulla dubitatione non dicemus, fore ut in aeternis honoribus gloriaque versentur ii, qui adeo splendida consequentur bona? Deinde timorem quoque illis iniicit, se caelo esse descensurum, haud iam vili illa priore cum specie, et conditionis nostrae humilitate, sed cum patris maiestate stipantibus angelis. Ergo gravissimum est et exitiosum, damnari nos ceu pusillanimitatis atque ignaviae reos a superveniente caelitus iudice, et angelicis ordinibus circumstantibus. Magnum quid autem et admiratione dignum, et summam praebens felicitatem, si quis exantlatis suis laboribus laetari possit, et sudoris praemia sperare. Laudabuntur enim hi, dicente Christo: venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum iam inde a mundi constitutione.

τοῦ λόγου τὸ τῶν ἴσων τυχεῖν. Τί δ' ἂν γένοιτο ἶσον εἰς εὐθυμίας δύναμιν; εἰ γὰρ ἐπαισχύνεταί τινας ὁ κριτὴς, ὡς ἐποφείλων αὐτοῖς τὸν τῆς εὐπειθείας μισθὸν, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὰ γέρα, καὶ τὸν τῆς εὐνοίας στέφανον, πῶς οὐκ ἔστιν ἀναμφιλόγως εἰπεῖν, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἐν ἀτελευτήτοις ἔσονται τιμαῖς τε καὶ δόξαις οἱ τῶν οὕτω λαμπρῶν τετυχηκότες ἀγαθῶν; εἶτα πρὸς τούτοις φόβον αὐτοῖς ἐντίκτει, καταβήσεσθαι λέγων ἐξ οὐρανοῦ, οὐκ ἐν σμικροπρεπείᾳ τῇ πρώτῃ καὶ ὑφέσει τῇ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἐν δόξῃ τῇ τοῦ πατρὸς δορυφορούντων ἀγγέλων· οὐκοῦν παγχάλεπον καὶ ὀλέθρου μεστὸν τὸ καταγνωσθῆναι μὲν ἐπὶ δειλίᾳ τε καὶ ἀφιλεργίᾳ, καταφοιτήσαντος ἄνωθεν τοῦ κριτοῦ, καὶ ἀγγελικῶν ταγμάτων παρεστηκότων· μέγα δὲ καὶ παντὸς θαύματος ἄξιον, καὶ τῆς εἰς λῆξιν εὐημερίας πρόξενον, τὸ ἐπὶ τοῖς ἤδη προπεπονημένοις χαίρειν αὐτούς, καὶ τὸ προσδοκᾶν τῶν ἱδρώτων τὰς ἀμοιβάς· ἐπαινεθήσονται γὰρ οἱ τοιοῦτοι, Χριστοῦ λέγοντος· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

Dico autem vobis: sunt quidam de hic stantibus etc.

Quum nondum ex alto virtutem accepissent discipuli, congruum erat eos humanis infirmitatibus laborare, Christique verba apud se reputantes, dicere: ecquis semet ipse negabit? vel quomodo, si animam suam amiserit, denuo inveniet eam? Quodnam vero haec damna passis par praemium erit? Ut igitur ab his cogitationibus eos avocaret, atque ad animi robur transferret, eventurae ipsis felicitatis cupiditatem iniiciens ait: dico autem vobis, sunt quidam de hic stantibus, et reliqua. Regnum porro Dei, ipsam dicit gloriae visionem, in qua ipsemet coram spectabitur, quo tempore scilicet terrae incolis illucescet. Veniet enim cum Dei patris gloria, non vero in humili nostra specie. His promissis, scandit in montem, tres habens in comitatu delectos discipulos. Deinde semet transfigurat in eximium quemdam Deoque con-

Λέγω δὲ ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων κ. τ. λ. v. 27

Οὔπω τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν ἐσχηκότας B. f. 92. C. f. 127. F. f. 811. b.
τοὺς μαθητὰς, εἰκὸς ἦν ἀνθρωπίναις ἀσθενείαις περιπεσεῖν, καί τι τοιοῦτον περὶ αὐτοῦ συνενοηκότας εἰπεῖν, πῶς ἀρνήσεταί τις ἑαυτόν; ἢ πῶς ἀπολέσας τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν εὑρήσει πάλιν αὐτήν; τί δὲ τοῖς τοῦτο παθοῦσι τὸ ἰσοστατοῦν ἔσται γέρας; ἵνα τοίνυν τῶν τοιούτων αὐτοὺς ἀποστήσῃ λογισμῶν, καὶ οἷον μεταχαλκεύσῃ πρὸς εὐανδρίαν, τῆς ἐσομένης αὐτῆς εὐκλείας ἐπιθυμίαν ἐντεκὼν φησί· λέγω δὲ ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, καὶ τὰ ἑξῆς· βασιλείαν δὲ θεοῦ αὐτὴν τὴν θέαν λέγει τῆς δόξης, ἐν ᾗ καὶ αὐτὸς ὀφθήσεται, καθ' ὃν καιρὸν ἐπιλάμψει τοῖς ἐπὶ γῆς· ἥξει γὰρ ἐν δόξῃ, καὶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ οὐκ ἐν σμικροπρεπείᾳ τῇ καθ' ἡμᾶς· ταῦτα ὑποσχόμενος ἄνεισιν εἰς τὸ ὄρος, τρεῖς αὐτῶν τοὺς ἀπολέκτους ἔχων· εἶτα μεταπλάττεται πρὸς ἐξαίρετόν τινα καὶ θεοπρεπῆ λαμπρότητα, ὥστε καὶ ἱματισμὸν

αὐτοῦ τῇ τοῦ φωτὸς προσβολῇ διαλάμψαι, καὶ ὅσον ἀπαστράψαι δοκεῖν· εἶτα Μωϋσῆς, καὶ Ἡλίας παρεστηκότες τὸν Ἰησοῦν προσελάλουν ἀλλήλοις τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἔμελλε πληροῦν, φησὶν, ἐν Ἱερουσαλὴμ, τουτέστι τὸ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ μυστήριον, καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ σωτήριον πάθος· καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὲς, ὅτι ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος καὶ ὁ τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ λόγος, τὸ Χριστοῦ μυστήριον προανέδειξαν, ὁ μὲν ἐν τύποις καὶ σκιαῖς, μονονουχὶ καθάπερ ἐν πίνακι καταγράφων αὐτό· οἱ δὲ πολυτρόπως προηγορευκότες, ὡς καὶ ὀφθήσεται κατὰ καιροὺς ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, καὶ τῆς πάντων ἕνεκεν σωτηρίας οὐ παραιτήσεται τὸν ἐπὶ ξύλου θάνατον· οὐκοῦν ἡ Μωϋσέως καὶ Ἡλιοῦ παράστασις, καὶ τὸ προσλαλεῖν ἀλλήλοις αὐτοὺς, οἰκονομία τίς ἦν, εὖ μάλα δεικνῦσα, δορυφορούμενον μὲν ὑπὸ νόμου καὶ προφητῶν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς καὶ νόμου καὶ προφητῶν δεσπότην, προδειχθέντα δὲ παρ' αὐτῶν, δι' ὧν ἀλλήλοις συνῳδὰ προεκήρυττον· οὐ γὰρ ἀσύμβατα τοῖς διὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν· καὶ τοῦτο οἶμαί ἐστι τὸ ἀλλήλοις προσλαλεῖν Μωϋσέα τὸν ἱερώτατον, καὶ τὸν τῶν προφητῶν πανάριστον Ἡλίαν.

Ἀλλ' οἱ μὲν μακάριοι μαθηταὶ βραχύ πως ἀπονυστάζουσι, τῇ προσευχῇ σχολάζοντος τοῦ Χριστοῦ· εἶτα διαγρηγορήσαντες, θεωροὶ γεγόνασι τῆς οὕτω σεπτῆς καὶ παραδόξου μεταβολῆς· ἤγουν ἀνενεγκόντες τοῦ κάρου, ἐγίνωσκον ἀκριβῶς τὴν ἀλήθειαν· καὶ οἰηθεὶς λοιπὸν ἴσως ὁ θεσπέσιος Πέτρος, ὅτι τάχα ἔνεστιν ὁ καιρὸς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, ἀποδέχεται μὲν τὰς ἐν τῷ ὄρει διατριβὰς, σκηνὰς δὲ τρεῖς δεῖν γενέσθαι φησί· ἀλλ' οὐκ ᾔδει, φησὶν, ὃ λέγει· οὐ γὰρ ἦν καιρὸς τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, καὶ τοῦ λαβεῖν τοὺς ἁγίους τῆς ἐπηγγελμένης ἐλπίδος τὴν μέθεξιν· οὔσης οὖν ἐν ἀρχαῖς ἔτι τῆς οἰκονομίας, πῶς ἦν εἰκὸς καταλῆξαι τὸν Χριστὸν τῆς εἰς τὸν κόσμον ἀγάπης, ἀποφοιτήσαντα τοῦ παθεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ; σέσωκε γὰρ τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ αὐτὸν ὑπομείνας τὸν κατὰ σάρκα θάνατον, καὶ διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως καταργή-

gruum splendorem, ita ut etiam vestis eius luce aspersa fulgeret, ac veluti radiis scintillare videretur. Mox Moyses atque Helias Iesum circumstantes loquebantur invicem de excessu eius, quem erat, inquit, Hierosolymis completurus, id est de assumptae carnis mysterio, et de salutari in cruce passione. Vere enim in lege sua Moyses, nec non sanctorum prophetarum litterae, Christi mysterium praemonstrarunt; ille quidem umbris atque figuris, tamquam paene in tabula illud depingens, hi autem aliis aliisque modis praenunciarunt, ipsum et in forma nostra statuto tempore visum iri, et pro omnium salute necem in ligno perferre non recusaturum. Itaque Moysis atque Heliae praesentia atque colloquium, prudente quodam consilio contingebat, ut praeclare demonstraret, stipatum quidem a lege prophetisque dominum nostrum Iesum Christum, utpote legis ac prophetarum dominum, ab ipsis vero praemonstratum, quatenus consona de eo praedicaverant. Non enim a dictis in lege et prophetis discrepabant. Atque hoc fuisse colloquium sacratissimi Moysis cum praestantissimo propheta Helia puto.

Sed enim beati quidem discipuli parumper dormitant, Christo orationi operam dante: deinde experrecti, spectatores fiunt tam venerandae ac mirabilis immutationis. Nempe sopore discusso veritatem agnoverunt. Putansque mox fortasse divus Petrus, tempus regni Dei adesse, vult quidem in monte habere stationes, tria tamen fieri debere tabernacula dicit. Atqui nesciebat, inquit scriptura, quid diceret: nondum enim tempus consumendi mundi erat, neque recipiendae a sanctis promissae spei participationem. Quum ergo nonnisi initium esset sacrae dispensationis, cur oportuisset Christum, omisso suo erga mundum amore, passionem eius causa subeundam recusare? Reapse enim orbem terrarum salvavit Christus patiens pro eo mortem, et hanc ipsam per suam a mortuis resurre-

ctionem destruens. Constat ergo Petrum sine rei sensu verba fecisse.

Facta est species vultus eius altera.

Quoniam audierant, fore quidem ut caro nostra resurgeret, quanam tamen figura nesciebant, ut eius mutationis exemplum proponeret, carnem suam transfiguravit, ut spem nostram firmaret. Coram ipsis itaque transformatur. Factam vero transfigurationem putamus, haud abiiciendo humani corporis formam, sed lucida quadam gloria illud ambiente, et vilissimam carnis speciem in nobiliorem aspectum mutando; iuxta illud « seminatur in ignominia, surgit in gloria » a divo Paulo praeclare dictum. Nunc enim corpus hoc caro nuda est, nullo honore vestita, nullo naturali decore ornata, sed nihil aliud, quam naturae suae ignobilitatem infirmitatemque habens. Verumtamen cum resurrectio fiet, transformatio quaedam mirifica accidet, et gloriae non tamen figurae mutatio. Tunc enim corpus divini honoris vestitu iam splendescet. Fulgebunt quippe iusti tamquam sol in regno patris eius, secundum Servatoris effatum. Futurae itaque illius gloriae exemplum exhibebat discipulis demonstrata transfiguratio; quae idcirco in corpore peracta fuit, ut sub mortalium oculorum visionem caderet, etiamsi illi splendoris nimietatem non pertulerunt.

Vox de nube facta est.

Aliud quoque utile peractum fuit firmandae erga Christum fidei tum discipulorum tum omnium nostrûm. Namque ex nube superne, tamquam a Deo patre, emissa vox fuit, dicens: hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Dumque haec vox fieret, inventus est, inquit, scriptura, Iesus stans solus. Praecipit ergo hunc magis audiri quam Moysem atque prophetas. Ne quis autem forte veritati calumniam struat, quasi Deus Moysem ab iis potius audiri mandaverit, caute adnotavit evangelista dicens: dum ea vox fieret, inventum esse so-

σας αὐτόν· οὐκ ᾔδει τοιγαροῦν ὁ Πέτρος, ὅπερ ἔφη.

Ἐγένετο τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον. v. 29.

Ἐπειδὴ ἤκουον, ὅτι δεῖ ἀναστῆναι τὴν ἡμετέραν σάρκα, ποίῳ δὲ σχήματι ἄδηλον ἦν, ἵνα δῷ δεῖγμα τῆς μεταβολῆς, αὐτοῦ τὴν σάρκα μετέβαλεν, ἵνα ἡμῖν τὴν ἐλπίδα βεβαιώσῃ· μεταμορφοῦται τοιγαροῦν ἔμπροσθεν αὐτῶν· πεπράχθαι δὲ φαμὲν τὴν μεταμόρφωσιν αὐτοῦ, οὐχὶ δή που τὸ σχῆμα τὸ ἀνθρώπινον ἀποβαλόντος τοῦ σώματος, ἀλλὰ δόξης τινὸς φωτοειδοῦς περιστελλούσης αὐτὸ, καὶ τὸν ἀτιμότατον τῆς σαρκὸς χαρακτῆρα μεταχρωννύσης ὥσπερ εἰς ὄψιν εὐκλεεστέραν· κατὰ τὸ, σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ, παρὰ τοῦ θείου Παύλου καλῶς εἰρημένον· * νῦν μὲν γὰρ αὐτὸ τοῦτο σὰρξ ἐστὶ γυμνὴ, οὐ δόξῃ τινὶ κατακεχρωσμένη, οὐ λαμπρότητι φυσικῇ κατηγλαϊσμένη, ψιλὴν δὲ καὶ μόνην τὴν ἐκ φύσεως ἀδοξίαν τε ὁμοῦ καὶ ἀσθένειαν ἔχουσα· κατὰ δὲ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν ἐξαλλαγή τις ἔσται θεοπρεπὴς, καὶ δόξης οὐ σχήματος μεταβολή· θείας γὰρ δόξης ἐπιβλήμασι περιαστράψει λοιπόν· ἐκλάμψουσι γὰρ οἱ δίκαιοι καθάπερ ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνήν· * ἐκείνης οὖν τῆς μελλούσης δόξης ὑπόδειγμα παρεδήλου ἡ παραδειχθεῖσα τοῖς μαθηταῖς μεταμόρφωσις· καὶ σωματικῶς ἐπεδείκνυτο πρὸς τὸ καὶ τοῖς θνητοῖς αὐτῶν εἰς θέαν ὑποπεσεῖν ὀφθαλμοῖς, εἰ καὶ τὴν ὑπερβολὴν οὐκ ἤνεγκαν τῆς λαμπρότητος.

B. f. 93. b.

* I. Cor. XV. 43.

* Matth. XIII. 43.

Φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῆς νεφέλης. v. 35.

Πέπρακταί τι καὶ ἕτερον χρήσιμον εἰς βεβαίωσιν τῆς ἐπ᾽ αὐτῷ πίστεως τοῖς τε μαθηταῖς καὶ πᾶσιν ἡμῖν· ἐκ νεφέλης γὰρ ἄνωθεν ὡς ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς κατεπέμφθη φωνὴ λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, αὐτοῦ ἀκούετε· καὶ ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν, εὑρέθη, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς ἔστως μόνος· Μωϋσέως δὲ καὶ προφητῶν μᾶλλον, αὐτοῦ ἀκούειν ἐπιτάττει· ἵνα δὲ μὴ συκοφαντῆται παρά τινων ἡ ἀλήθεια λεγόντων, ὅτι Μωϋσέως μᾶλλον ἀκούειν αὐτοὺς προστέταχεν, ἐπεσημήνατο ὁ εὐαγγελιστὴς λέγων· ὅτι ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν, εὑρέθη ὁ Ἰησοῦς

B. f. [illegible]
F. f. 817.

μόνος· αὐτοῦ τοιγαροῦν προστέταχεν ἀκούειν· καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς τέλος νόμου καὶ προφητῶν· διὸ καὶ πρὸς Ἰουδαίους ἔλεγεν, εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ
* Ioh. XV. 45. γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν· * ἡ μὲν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς φωνὴ καλή τε καὶ ἀξιάγαστος· ἀκράτῳ δὲ ἤδη κατεχόμενοι οἱ μαθηταὶ δείματι, πίπτουσιν ἐπὶ πρόσωπον, ἵνα πάλιν καὶ διὰ τούτου μάθωμεν, ὡς ἀναγκαιοτάτη τοῖς ἐπὶ γῆς ἡ τοῦ σωτῆρος γέγονε παρουσία καὶ μεσιτεία γενομένη δηλαδὴ κατὰ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον· εἰ μὴ γὰρ γέγονε καθ' ἡμᾶς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, τίς ἂν ἡμῶν ἤνεγκεν ἄνωθεν προσβάλλοντα θεόν; τίς δ' ἂν ὑπέστη τὴν ἄφραστον αὐτοῦ δόξαν, τὴν οὐδενὶ τάχα τῶν γενητῶν φορητήν; φῶς γὰρ αὐτὸν οἰκεῖν ἀπρόσιτον, καὶ ὁ θεσπέσιος φησὶ
* I. Tim. VI. 16. Παῦλος *.

v. 38. Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου ἀνεβόησε κ. τ. λ.

B. f. 95 b. C. f. 127. b. Οὐκ ἀμώμητον οὗτος τὴν πρόσοδον ἐποιήσατο, κατεβόησε γὰρ τοῦ χοροῦ τῶν ἁγίων μαθητῶν, ὡς μὴ ἰσχυσάντων ἐπιτιμῆσαι τῷ δαιμονίῳ· ἔδει γὰρ τιμῶντα μᾶλλον τὸν Ἰησοῦν τὴν παρ' αὐτοῦ αἰτεῖν ἐπικουρίαν· διὸ φησὶν ὁ Χριστὸς, ὦ γενεὰ ἄπιστος· διὰ τὴν σὴν λέγων ἀπιστίαν οὐκ ἐνήργηκεν ἡ χάρις· ὅτι γὰρ χρὴ μετὰ πίστεως καὶ Χριστῷ προσιέναι, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ τὴν τοῦ δύνασθαι θαυματουργεῖν χάριν λαβοῦσιν, αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδαξε, πανταχοῦ τὴν πίστιν αἰτῶν παρὰ τῶν προσιόντων αὐτῷ· ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας αὐτοῦ καταβοᾷ ὁ Χριστὸς, γενεὰν ἄπιστον καὶ διεστραμμένην αὐτόν τε, καὶ τοὺς ὁμογνώμονας αὐτοῦ ἀποκαλῶν· ὁ γὰρ ἄπιστος, καὶ διεστραμμένος πάντως, κατ' οὐδένα τρόπον ὀρθοποδεῖν εἰδώς· τοῖς οὕτω γνώμης ἔχουσιν ἀνοσιώτατα, οὐκ ἀξιοῖ συνεῖναι Χριστός· καὶ εἰ χρή τι τῶν ἀνθρωπίνων εἰπεῖν, ὀλιγωρεῖ καὶ ἀκηδιᾷ, ἕως τίνος λέγων ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀνέξομαι ὑμῶν; ὁ γὰρ λέγων ἀσθενῆ πρὸς τὴν κατὰ τῶν πνευμάτων ἐνέργειαν τοὺς παρ' αὐτοῦ λαβόντας τὴν χάριν, αὐτῆς μᾶλλον κατηγορεῖ τῆς χάριτος, οὐ τῶν λαβόντων αὐτήν· αὐτοῦ γοῦν ἀνοσίως κατηγόρησεν ὁ

lum Iesum. Hunc ergo audiri Deus praecepit; namque ipse et legis et prophetarum complementum est; qui idcirco Iudaeis aiebat: si crederetis Moysi, utique et mihi crederetis; de me enim ille scripsit. Et Dei quidem patris praeclara et mirabilis vox fuerat; summo autem terrore correpti discipuli procumbunt in faciem; ut hinc etiam denuo cognoscamus, necessariam apprime terrae incolis Servatoris fuisse praesentiam et mediatricem operam, quae videlicet per humanationem contigit. Nam nisi conditionem nostram subiisset unigenitum Dei Verbum, quis ex nobis venientem de caelo Deum pertulisset? quis ineffabilem maiestatem eius, et mortalium nemini tolerabilem sustinuisset? Namque eum lucem inaccessibilem inhabitare Paulus dicit.

Et ecce vir de turba exclamavit etc.

Haud inculpabilem vir hic fecit accessum; incusavit enim sanctorum apostolorum coetum, qui daemonium increpare nequivissent. Oportebat autem eum potius reverentiam Iesu exhibentem, auxilium eius implorare. Ideo Christus ait: o generatio incredula! propter tuam scilicet incredulitatem gratia non est operata. Nam quod et ad Christum cum fide sit accedendum, et ad eos qui ab ipso miraculorum gratiam sunt consecuti, ipse nos docuit, fidem ubique exigens ab accedentibus ad se. Atque ob hanc causam hominem obiurgat Christus, generationem incredulam et perversam ipsum appellans et eiusdem mentis homines. Etenim qui incredulus est et omnino perversus, nullatenus recte incedere sciet. His corruptissima mente praeditis haud dignatur Christus adesse. Et si quid humano more loqui licet, negligit hos et fastidit; quamdiu, dicens, apud vos ero, et patiar vos? Nam qui dixerat infirmas fuisse adversus spiritus vires illorum, qui acceperant a Christo gratiam, ipsam gratiam incusaverat potius, quam eiusdem compotes. Itaque Christum impie vitupera-

vit, qui discipulos eius dixit non potuisse daemonium eiicere.

Et increpavit Iesus spiritum immundum

Consentaneum fuit daemoniaci patrem maestum discedere, beneficio non impetrato. Ne quis tamen existimaret Christo ipsi deesse ad miracula patranda vires, imperavit immundo spiritui, qui ilico fugatus est; tradiditque, inquit scriptura, puerum parenti suo. Neque enim is antea in parentis sui potestate erat, sed eius a quo obsidebatur. Sed postquam diaboli tyrannidem a se depulit, rursus sub proprio parente fuit, Christi virtute, qui et propriis apostolis miraculorum potestatem tradidit, et impuros spiritus obiurgandi.

(1) Ponite vos in cordibus vestris sermones istos.

Quam ob rem Christus haec discipulis ait? Duxerat praecipuos illorum in montem, ubi transfiguratus gloriam ipsis ostenderat, qua constituto tempore radiaturus erat. Mox de monte redux, malo crudelique spiritu quendam liberaverat. Nihilominus opus erat ipsum salutarem obire passionem, et Iudaeorum improbitatem sustinere; quae quum fierent, satis apparebat discipulos perturbandos fore, atque haec fere secum reputaturos atque dicturos: qui talis tantusque erat, qui potestate Deo congrua mortuos suscitavit, qui mari et spiritibus imperavit, qui verbo Satanam contrivit; quomodo hic, inquam, captus est, et in hostium suorum cruentorum laqueos incurrit? Num ergo falsi sumus, dum Deum ipsum esse credidimus? Ut ergo scirent quod omnino futurum erat, depositum quodammodo vult in illorum mentibus hoc mysterium. Ponite enim, inquit, vos in cordibus vestris. Iam vocabulum « vos » hoc loco distinguit eos a ceteris. Volebat enim rem eventuram ab ipsis cognosci,

εἰπὼν περὶ τῶν μαθητῶν, ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτὸ ἐκβαλεῖν.

Ἐπετίμησε δὲ ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ. v. 43.

Ἔδει μὲν οὖν τὸν τοῦ δαιμονῶντος πατέρα λυπούμενον ἀπελθεῖν, οὐ τετυχηκότα τῆς φιλοτιμίας. Ἵνα δὲ μή τις οἴηται καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἀτονῆσαι πρὸς τὴν θαυματουργίαν, ἐπετίμησε τῷ ἀκαθάρτῳ πνεύματι, καὶ παραχρῆμα ἐφυγαδεύετο· καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν φησὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἦν ἔτι τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ τοῦ κρατοῦντος πνεύματος· ἐπειδὴ δὲ ἀπεσείσατο τὴν πλεονεξίαν, γέγονε πάλιν τοῦ ἰδίου πατρὸς τῇ Χριστοῦ δυνάμει, ὃς καὶ τοῖς ἰδίοις ἀποστόλοις δέδωκεν ἐξουσίαν τὰς θεοσημείας κατορθοῦν, καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπιτιμᾷν πνεύμασι. B. f. 9

Θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν τοὺς λόγους τούτους. v. 44

Ποία τίς ἡ παρασκευάσασα πρόφασις τὸν Χριστὸν ταῦτα νῦν εἰπεῖν πρὸς τοὺς μαθητάς; ἀνήνεγκε μὲν τοὺς κορυφαίους αὐτῶν εἰς τὸ ὄρος, καὶ μεταμορφωθεὶς ἔδειξεν αὐτοῖς τὴν δόξαν, μεθ᾽ ἧς κατὰ καιροὺς ἐπιλάμψει· κατελθὼν δὲ ἐκ τοῦ ὄρους, πονηροῦ καὶ ἀπηνοῦς πνεύματος ἠλευθέρωσε τινά· ἀλλ᾽ ἔδει πάντως αὐτὸν τὸ σωτήριον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομεῖναι πάθος, καὶ τῆς Ἰουδαίων ἀνασχέσθαι σκαιότητος· οὗ γεγονότος, οὐδὲν ἀπεικὸς ἐννοεῖν ἐν θορύβοις ἔσεσθαι τοὺς μαθητὰς, καὶ τοιαῦτα πού καθ᾽ ἑαυτοὺς ἐννοεῖν τε, καὶ λέγειν· ὁ τοσοῦτος, ὁ νεκροὺς ἀναστήσας ἐν ἐξουσίᾳ θεοπρεπεῖ, ὁ θαλάσσαις ἐπιτιμῶν καὶ πνεύμασιν, ὁ λόγῳ συντρίβων τὸν σατανᾶν, πῶς ἥλω νυνὶ, καὶ τοῖς τῶν φονώντων ἐμπέπτωκε βρόχοις; ἆρ᾽ οὖν ἠπατήμεθα, θεὸν εἶναι νομίζοντες αὐτόν; ἵν᾽ οὖν εἰδεῖεν τὸ πάντως ἐσόμενον, ἀπόθετον ὥσπερ εἰς νοῦν ποιεῖσθαι κελεύει τὸ μυστήριον· θέσθε γὰρ ὑμεῖς, φησὶν, εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν· τὸ δὲ ὑμεῖς ἐν τούτοις, διαστέλλοντός ἐστιν ἀπὸ τῶν ἄλλων αὐτούς· ἤθελε γὰρ εἰδέναι αὐτοὺς τὸ συμβησόμενον, οὐ μὴν καὶ B.

(1) Ad hunc versiculum sic apud cat. D. Thomae « Cyrillus. Omnia quaecumque operabatur Iesus, » admiratione digna penes omnes erant: irradiabat enim quiddam praecipuum et divinum in qualibet » operatione ipsius, secundum illud ps. XX. gloriam et decorem superpones ei. Etsi omnes mirarentur in » his quae faciebat, ipse tamen haec quae sequuntur, non omnibus, sed discipulis, retulit: *ponite vos* etc. »

λαλεῖν ἑτέροις· τούς τε γὰρ ἀγελαίους λα-
θεῖν ἤθελε, ὅτι πείσεται· καὶ αὐτοὺς πεπλη-
ροφορημένους, ὅτι ἀναβιώη πατήσας τὸν θά-
νατον, διαφυγεῖν ἑτοίμως τὰ ἐκ τοῦ σκαν-
δαλίζεσθαι βλάβη.

* ib. Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο.

B. f. 96. b. Πῶς ἠγνόουν οἱ μαθηταὶ τὸ Χριστοῦ μυ-
στήριον, πλειστάχου διὰ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς
προγραφόμενον; ἦσαν μὲν γὰρ ἐκ τῆς τῶν Ἰου-
δαίων ἀγέλης, οὐ ῥᾴθυμοι δὲ οὐδὲ τῶν Μωϋ-
σέως γραμμάτων ἀνεπιστήμονες· καὶ γοῦν διὰ
τοῦτο ἀπόλεκτοι γεγόνασι παρὰ Χριστοῦ·
* II. Cor. III. 14. ἀλλ' ὡς ὁ μακάριος φησὶ Παῦλος *, πώρω-
σις ἀπὸ μέρους γέγονε τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἄχρι
τῆς σήμερον ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωϋσῆς,
κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται μὴ
ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖ-
ται· χρὴ τοιγαροῦν προσιόντας τῷ Χριστῷ
* Ps. CXVIII. 18. λέγειν *, ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου,
καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου.

* ... Εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν (1).

B. f. 98. b. Οὐ πάντας οἶμαι τοὺς μακαρίους μα-
θητὰς τὴν τοιαύτην ἐσχηκέναι νόσον· ἀπί-
θανον γὰρ ἅπαντας κοινὴν, καὶ μίαν εὐθὺς
εἰσδέξασθαι νόσον· ἑνὸς δὲ ὡς οἶμαι παθόν-
τος αὐτὴν, ἵνα μή τινα διαβολὴν κατά τι-
νος τῶν συμμαθητῶν ὁ σοφώτατος εὐαγγε-
λιστὴς ἐξυφαίνων εὑρεθῇ, ἀδιορίστως ἀποφαί-
νεται λέγων, ὅτι εἰσῆλθε διαλογισμὸς ἐν
C. f. 127. b. αὐτοῖς, τὸ τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν. Πάθος
δὴ οὖν διακένου δόξης εἰσδεδράμηκέ τινα τῶν
ἁγίων ἀποστόλων· τὸ γὰρ ὅλως διαλογίζε-
σθαι τὸ τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν, φιλονει-
κοῦντός ἐστι καὶ τὸ προεστάναι τῶν ἄλλων ἐπι-
θυμήσαντος· ἀλλ' ὁ τὰ πάντα εἰδὼς Χρι-
στὸς ὁ θεὸς ἡμῶν ἐν τῇ τοῦ μαθητοῦ διανοίᾳ
διαλογισμὸν ὥσπέρ τινα πικρίαν ἄνω φύου-
σαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, πρὶν εἰς ὕψος
ἀρθῆναι, πρὶν ἁδρυνθῆναι, ἐκ ῥίζης αὐτῆς
ἀναβαθρεύει τὸ κακόν· ἀρχόμενα γὰρ ἐν
* cod. νικᾶ. ἡμῖν τὰ πάθη, νικᾶται * ῥᾳδίως, ἁδρυν-

non autem ceteris edici. Nam plebem latere volebat futuram suam passionem; ipsos autem sibimet insuper persuadere, fore ut resurgeret morte conculcata, atque ita facile scandali detrimentum vitare.

At illi ignorabant verbum istud.

Quomodo ignorabant discipuli mysterium Christi, quod saepissime in lege fuerat adumbratum? Erant quidem ipsi de Iudaeorum grege, non tamen incuriosi ac rudes mosaicarum litterarum; ideoque et a Christo electi fuerant. Sed enim ut beatus ait Paulus, caecitas ex parte Israheli contigit, et usque in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen super cor eorum iacet nondum ablatum, quia non nisi per Christum tollitur. Oportet igitur ad Christum accedentes dicere: revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua.

Intravit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset.

Non omnes morbo hoc beatos discipulos laborasse puto; neque enim credibile est communem cunctos unamque infirmitatem prae se tulisse. Sed uno, ut arbitror hanc miseriam experto, nequem nominatim condiscipulorum accusare sapientissimus evangelista videretur, indefinite narrat dicens cogitationem eis incidisse, quis ipsorum maior esset. Itaque vanae gloriae passio sanctorum aliquem apostolorum invasit. Namque in mente revolvere, quisnam eorum maior esset, ambitiosi hominis est, et aliis praeminere volentis. Sed qui omnia scit Christus Deus noster, in discipuli mente cogitationem hanc, tamquam amarum quid et noxium, uti scriptum est, prius quam alte succresceret, ante quam roboraretur, ex ipsa radice malum germen evertit. Namque incipientes intra nos passiones, facile vincuntur; adultae autem ae-

(1) Auctior heic initio Cyrillus apud D. Thomam. « Cyrillus. Insidiatur diabolus multimode diligen- » tibus optimam vitam; et siquidem per carnales illecebras obsidere valet alicuius mentem, affectus volu- » ptatum exacuit; si quis hos effugerit laqueos cupidinis, gloriae suscitat passionem, quae quidem passio » vanae gloriae invasit quendam apostolorum suorum unde dicitur: *intravit autem* etc. »

gre expelluntur (1). Qua ergo ratione vanae gloriae passionem amputat spirituum medicus? Manu cepit puerum, et iuxta se collocavit. Id vero iuvandi causa fecit tum sanctos apostolos, tum etiam nos post illos. Depascitur enim hic morbus omnino homines, si certe sint in aliquo superiore gradu prae aliis. Cuiusnam itaque rei typum et imaginem hunc coram exhibitum puerum esse volebat? Utique innocuae et sine ambitione vitae. Haec enim aetas mentem habet incorruptam, sincerum cor, et cogitationum simplicitatem; vanae gloriae non studet, nescit ambitionis mores. Deinde ait Christus: qui hunc puerum receperit in nomine meo, et reliqua. Id est qui minimus est ex omnibus vobis, hic magnus erit: modestum nempe dicens, et nihil altum de se cogitantem propter insitam religionem.

θέντα δὲ δυσαπόβλητά ἐστι· πῶς οὖν ἄρα τὸ φιλόδοξον πάθος ἀποκείρει ὁ πνευμάτων ἰατρός; ἐπελάβετο τὸ παιδίον, καὶ ἔστησεν αὐτὸ παρ' ἑαυτῷ· ὠφελείας δὲ χάριν ἐποιεῖτο τὸ χρῆμα καὶ αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, καὶ ἡμῖν δὲ τοῖς μετ' ἐκείνους· περιβόσκεται γὰρ ἡ τοιάδε νόσος ὡς ἐπίπαν τοὺς ἀνθρώπους, εἴπερ ἂν εἶεν ἐν ὑπεροχῇ τῇ κατά τινων· * τίνος οὖν ἄρα τύπον καὶ εἰκόνα τὸ παρενεχθὲν ἐποιεῖτο παιδίον; ἀπονήρου καὶ ἀφιλοδόξου ζωῆς· ἀκαπάλευτον γὰρ ἔχει τὴν γνώμην, ἀνώθευτον τὴν καρδίαν, καὶ ἔστιν ἐν ἁπλότητι διαλογισμῶν· οὐ φιλοδοξίας ἐρᾷ, οὐκ οἶδεν ὑπεροχῆς τρόπον· εἶτα φησίν· ὅτι ὃς ἂν δέξεται τοῦτο τὸ παιδίον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, καὶ τὰ ἑξῆς· τουτέστιν ὁ μικρότερος ἐν πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων, οὗτος ἔσται μέγας, τὸν μετριόφρονα λέγων, καὶ οὐδὲν ὑψηλὸν περὶ ἑαυτοῦ λογιζόμενον δι' εὐλάβειαν. * cod. καταπίνων.

Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo etc.

Ὃς ἂν δέξηται τοῦτο τὸ παιδίον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου κ. τ. λ.

Quum igitur honorantibus sanctos una aequalisque sit merces, sive tenuis quidam sit ille, sive in magna fortuna ac dignitate constitutus (nam qui hunc puerum, inquit, suscipit, me suscipit et patrem meum.) Quid ni vanum omnino sit invicem aemulari, primatumque ambire? Scopum autem sermonis sui magis explanat dicens: eum qui minimus omnium propter animi humilitatem fuerit, hunc revera esse magnum. Propterea scriptum est, quod omnis qui se exaltat, humiliabitur; qui autem se humiliat, exaltabitur.

Ὅτε τοίνυν τοῖς τιμῶσιν ἁγίους εἷς τε καὶ ὅμοιος ὁ μισθὸς, κἂν μικρὸν εἴη τίς τυχὸν, κἂν τῶν ἐν προὔχοντι μέτρῳ τε καὶ δόξῃ (ὁ δεχόμενος γὰρ, φησὶ, τὸ παιδίον τοῦτο, ἐμὲ δέχεται, καὶ τὸν πατέρα μου) πῶς οὐχ ἕωλον παντελῶς τὸ ἀλλήλοις φιλονεικεῖν, καὶ πρωτείων ἐρᾶν; διατρανοῖ δὲ ἐπὶ πλέον τὸν ἐπὶ τούτῳ τῷ λόγῳ σκοπὸν, καὶ φησίν· τὸν μικρότερον ἐν πᾶσι διὰ ταπεινοφροσύνην, τοῦτον εἶναι μέγαν· διότι γέγραπται *, ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· ὁ δὲ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται (2) B. f. 98. * Luc. XIV. 11

(1) Heic interponitur apud D. Thomam ex Cyrillo. « Unde sequitur: *at Iesus videns cogitationes* etc. » Discat qui nudum hominem putat esse Iesum, se errasse: quamvis enim Verbum caro factum sit, mansit » tamen Deus: nam solius Dei est posse rimari corda et renes. »

(2) Ad v. 49. Sic apud D. Thomam. « Cyrillus. Sed oportebat magis pensare, non hunc ipsum esse » miraculorum auctorem, sed gratiam quae est in eo qui in virtute Christi miracula perficit. Quid autem » si non connumerentur apostolis, qui Christi gratia coronantur? Multae sunt differentiae Christi donorum; sed quia tradidit Salvator potestatem apostolis ut spiritus immundos eiicerent, putaverunt nulli » aliorum quam sibi solis licere concessam gerere dignitatem, et ideo accedunt sciscitantes an liceat et » aliis hoc gerere. »

Ad v. 50. apud D. Thomam « Cyrillus. Quasi dicat: pro vobis, qui Christum diligitis, sunt qui prosequi volunt ea quae ad ipsius gloriam spectant, eiusdem gratia coronati. »

Ad v. 51. D. Thomas et Corderius in catenis « Cyrillus. Hoc est, cum immineret tempus, quo decebat » de reliquo Dominum tolerata salubri passione in caelum quidem conscendere, consedere vero Deo ac » patri, decrevit ascendere in Hierusalem. Hoc enim existimo significare illud, *firmavit faciem suam* etc. »

v. 58. Εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι κ. τ. λ.

B. f. 98. b. Δικαίως τοῦτον ἀπεπέμψατο· ἐχρῆν γὰρ
αὐτὸν λαβεῖν τὸν ἑαυτοῦ σταυρὸν, ἤγουν ἀπο-
τάξασθαι τοῖς ματαίοις τοῦ βίου τούτου περι-
σπασμοῖς· ἡ γὰρ φιλία τοῦ κόσμου ἔχθρα τοῦ
* Iacob. IV. 4. Θεοῦ ἐστί· * τοιοῦτον ὄντα τὸν ἄνθρωπον ἐλέγ-
χει πλαγίως, οὐκ ὀνειδίζων μᾶλλον, ἀλλ'
ἐπανορθῶν· διὰ τοῦτο φησὶν, αἱ ἀλώπεκες
φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ
κατασκηνώσεις· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ
ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ· καὶ ἡ μὲν ἁπλου-
στέρα διάνοια αὕτη· ἔοικε δὲ κατὰ τὴν βαθυτέ-
ραν ἔννοιαν ἀλώπεκας καὶ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ
τὰς πανούργους καὶ δολερὰς τῶν δαιμόνων ἀγέ-
λας ἀποκαλεῖν· οὕτω γὰρ πολλαχοῦ τῆς θείας
γραφῆς κέκληνται· πιάσατε ἡμῖν ἀλώπεκας
* Cantic. II. 15. μικροὺς ἀφανίζοντας ἀμπελῶνας· * καὶ αὐτὸς
* Luc. XIII. 32. δὲ ὁ κύριος τὸν Ἡρώδην ἀλώπεκα προσεῖπε· *
καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ γῇ καταβληθέντων σπερμά-
των φησὶ, ὅτι τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατέφα-

Dixit illi Iesus: vulpes foveas habent etc.

Merito hunc dimisit, quem oportuisset crucem suam sibi sumere, et vanis vitae curis vale dicere. Nam mundi amicitia, inimica Dei est. Hunc hominem ita se habentem oblique reprehendit, non tam convicians quam corrigens. Propterea dicit: vulpes foveas habent, et caeli volucres habitacula; filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Profecto simplicior loci sensus hic est. Videtur tamen profundiore sensu vulpes et caeli volucres dicere maleficos et dolosos daemonum greges; sic enim saepenumero apud sacram scripturam appellantur (1): capite nobis vulpes parvulas quae demoliuntur vineas. Et ipse Dominus Herodem vulpem vocitavit. Et de iactis in terra seminibus dicit, ea volucres caeli vorasse, malos nimirum spiritus innuens. Si quidem igitur huius-

Item ad v. 52. Corderius in catena. « Cyrillus. Misit nuntios qui sibi comitibusque suis diversorium » pararent. Illi vero cum in oppidum Samaritanorum venissent, non fuere recepti; quamobrem indigna- » bantur sancti discipuli, non tam sui ipsorum causa, quam quod Servatorem omnium ac dominum non » honorassent. Deinde potentiae ipsi insitae magnitudinem non ignorantes, dixerunt: Domine, vis dici- » mus, ut ignis descendat de caelo, et consumat illos? Hoc autem aiebant nondum nova gratia confir- » mati, sed adhuc pro antiqua consuetudine ad Heliam respicientes, qui bis quinquaginta cum eorum » ducibus combussit. Hoc autem cum dicerent, increpavit illos Christus, quod persequentium se Samari- » tanorum impietatem sine misericordia iudicarent. Et non placuit hoc illis audientibus, quod nondum » participassent de mansuetudine ac spiritus benignitate. »

Item D. Thomas in catena. « Cyrillus. Sed cum Dominus, qui omnia noverat, sciret quod eius nuntii » non essent a Samaritanis recipiendi, ideo tamen praecepit eis ut praecederent, quia mos erat ei omnia » satagere erga profectum discipulorum. Ascendebat quidem Hierosolymam propinquante tempore passionis. » Ut igitur quando pati eum viderent, non scandalizarentur, considerantes quod oportet patientes esse » cum contumelias inferunt aliqui, praemisit quasi quoddam praeludium Samaritanorum repulsam. Profuit » autem eis et aliter. Futuri enim erant doctores orbis terrarum, civitates et villas percurrentes ad prae- » dicandum evangelicam doctrinam; quibus aliquando occurrerent aliqui minime recipientes sacram prae- » dicationem, quasi non concedentes secum habitare Iesum. Docuit igitur eos, quod divinam adnuncian- » tes doctrinam, pleni esse deberent patientia et mansuetudine, non autem hostiles et iracundi, et adver- » sus peccantes in eos atrociter insurgentes. Sed adhuc non erant tales; immo zelo fervido concitati vole- » bant ignem de caelo super eos deducere. »

Ad v. 57. apud D. Thomam in cat. « Cyrillus. Etsi munificus sit omnium Dominus, non simpliciter » et improvide singulis dat superna et divina dona, sed illis qui digni sunt recipere, qui scilicet animam » suam alienant a maculis pravitatum; et hoc nos docet evangelicorum verborum virtus, cum dicitur: » *factum est autem, ambulantibus illis* etc. »

Item ad v. 57. sic apud Corderium et D. Thomam. « Cyrillus. Quid igitur ad haec dicemus? Non » erat ille scopus eius, uti conspicuum fit attente considerantibus. Quoniam primum quidem plurima in » accessu eius continetur inertia, et consequenter nimia impudentia plenus est. Non enim simpliciter Chri- » stum sequi petebat, ut et plurimi alii ex multitudine Iudaeorum, sed magis insiliebat ad apostolicas » dignitates, ac talem ipse quaerebat sequelam a semet ipso vocatus; cum beatus Paulus dicat: nec quis- » quam sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo. »

(1) In catena Corderii heic ex Cyrillo interseritur: « De quibusdam enim beatus psalmodes ait: par- » tes vulpium erunt. In canticorum autem cantico etc. »

modi vulpes et volucres caveas suas recessusque in nobis habent, quomodo veniet Christus? Ubinam requiescet? Quaenam societas lucis cum tenebris (1)?

Permitte mihi primum ire, et sepelire patrem meum.

Honestum hic et laudabile propositum demonstraverat. Verumtamen postulatio ut suis sibi valedicere liceret, bipertitam seu vacillantem innuit mentem. Nam velle omnino communicare antea cum iis, qui idem vitae institutum non sunt amplexuri, haud est firmi iudicii documentum. Propterea dicit ei: nemo mittens manum suam, et reliqua. Nam sicut arator si forte ad absolvendum opus torpuerit, fructuum ubertatem non est visurus; sic etiam qui Christum quidem sequi decrevit, neque tamen mundanis negotiis valedicit, neque cognatis hominibus, praesertim iis qui idem propositum non ceperunt, nequaquam hic bonam animi sui fiduciam consummabit, neque aptus erit regno caelorum. Nam qui huiusmodi est, is aratro quidem manum applicat, ideoque ad sequendum videtur paratus; sed tamen retro respicit, quia morae causam facit colloquia cum suis et deliberationem. Atqui haud tales fuisse comperiemus sanctos apostolos. Vix enim audita Christi voce, venite post me, relicta navi et patre secuti sunt illum. Quorum exemplum imitari oportet Christi adseclas (2).

γεν αὐτὰ *, περὶ τῶν πονηρῶν πνευμάτων λέγων· ὅτε τοίνυν αἱ τοιαῦται ἀλώπεκες, καὶ τὰ πετεινὰ φωλεοὺς, καὶ καταδύσεις ἔχουσιν ἐν ἡμῖν, πῶς ἔλθῃ Χριστός; ποῦ δὲ ἀναπαύσεται; τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; * Luc. VIII. 2.

Ἐπίτρεψόν μοι ἀπελθόντι πρῶτον θάψαι τὸν πατέρα μου. v. 59.

Ἀξιοζήλωτον μὲν οὖν τὴν ὑπόσχεσιν ἐνεδείξατο καὶ ἐπαινουμένην· τὸ δὲ ζητεῖν ἀποτάξασθαι τοῖς οἰκείοις, μεμερισμένην ἔχειν ἐνδείκνυται τὴν διάνοιαν· τὸ γὰρ ἐθέλειν ὅλως προανακοινοῦσθαι τοῖς μὴ ἀποδεξομένοις, οὐ βεβηκότος ἐστὶ λογισμοῦ· διὸ καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν· οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς· ὥσπερ γὰρ ὁ ἀροτριῶν ὅταν ὀκνήσῃ πρὸς τὸ λεῖπον, οὐκ ὄψεται τοὺς καρποὺς πληθύνοντας, οὕτως καὶ ὁ ἑλόμενος μὲν ἀκολουθεῖν τῷ Χριστῷ, οὐκ ἀποταξάμενος δὲ τοῖς κοσμικοῖς πράγμασι, καὶ τοῖς κατὰ σάρκα οἰκείοις, μάλιστα τοῖς μὴ τὸν σκοπὸν ἀποδεχομένοις αὐτοῦ, οὐδαμῶς οὖν κατορθώσει τὴν ἀγαθὴν εὐτολμίαν, οὐδὲ εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ὁ γὰρ τοιοῦτος ἐπιβάλλει μὲν ἀρότρῳ τὴν χεῖρα, διὸ πρόθυμος ἐστὶν ἀκολουθεῖν· ὀπίσω δὲ βλέπει, διότι ἀναβολῆς πρόφασιν ποιεῖται τὴν πρὸς τοὺς οἰκείους διάλεξιν καὶ συμβουλήν· ἀλλ᾽ οὐδαμῶς τοιούτους εὑρήσομεν ὄντας τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· ἅμα γὰρ τῷ ἀκοῦσαι τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, δεῦτε ὀπίσω μου, ἀφέντες τὸ πλοῖον, καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ· οὓς μιμεῖσθαι χρὴ τοὺς ἀκολουθοῦντας Χριστῷ. B. f. 99. b.

(1) Additur apud Cord. « Requiescit siquidem in iis qui ipsum diligunt, vitat autem profanum. »

(2) Ad hunc v. 59. sic in catenis lat. Corderii et D. Thomae. « Vel aliter. Cyrillus. Erat enim pater senectute gravatus. Putat autem honestum aliquid agere, dum proponeret observare ei debitam pietatem, secundum illud Exod. XX. honora patrem tuum et matrem tuam. Unde ubi vocatus est ad evangelicum ministerium, dicente Domino, sequere me, quaerebat inducias quae sufficere possent ad decrepiti patris sustentationem, dicens: *permitte mihi* etc. Neque dicimus quod pridem defunctum patrem sepelire voluerit; non enim prohibuisset hoc facere volentem Christus: sed sepelire dixit, pro usque ad sepulturam de alimentis providere. Quid igitur ad ipsum Salvator? Sine ut mortui sepeliant mortuos suos; tu autem vadens, adnuntia regnum Dei. Erant siquidem etiam alii domestici et propinqui, qui patris illius curam gerebant; sed adhuc mortui, uti autumo, eo quod necdum in Christum crederent, neque per Spiritum sanctum in vitam aliam regenerati adhuc essent. Illi, inquit, sepeliant mortuos suos, cum et ipsi mentem habeant mortuam, neque adnumerari possint iis qui Christo vivunt. — Hinc percipe quod praeferenda sit pietas qua Deo tenemur, amori parentum; quibus reverentiam exhibemus, quia per eos geniti sumus. Sed omnium Deus, cum non essemus, ad existendum nos perduxit; parentes autem facti sunt ministri introitus ad existentiam. »

ΚΕΦ. Ι.

v. 1. Ἀνέδειξεν ὁ κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα.

Καὶ ἐπειδὴ πολλή τις ἔμελλεν ἔσεσθαι τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων ἡ πληθὺς, ἐσαγηνεύετο γὰρ οὐ μόνον ὁ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ γὰρ καὶ αἱ τῶν ἐθνῶν ἀγέλαι· διὰ τοῦτο ἀνεδείχθησαν παρὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πρὸς τοῖς δύο καὶ δέκα καὶ ἕτεροι ἑβδομήκοντα. (Τὰ ἀκόλουθα τούτων, οἷον· ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς (1), καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ, μὴ μεταβαίνετε ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν, ὅπερ ῥεμβασμὸν δηλοῖ, καὶ μισθὸν αἰτούντων, καὶ διαβολῆς ἐστι τεκμήριον· προεγράφετο εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον (2)· ἔτι δὲ καὶ τὰ τούτων ἀκόλουθα ἕως ὧδε· ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν
L. l. 16. b ἀποστείλαντά με.) — Τούτου ὁ τύπος καὶ ἐν τοῖς Μωϋσέως προεγράφετο λόγοις· ἑβδομήκοντα μὲν γὰρ ἐπελέξατο, καὶ αὐτὸς Θεοῦ
* Num. XI. 16. προστάττοντος· * ἐπηφίει δὲ τοῖς ἐξειλεγμένοις τὸ πνεῦμα Θεός· καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον τούς τε δώδεκα μαθητὰς, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἑβδομήκοντα, διὰ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς σημαινομένους εὑρήσομεν· γέγραπται γὰρ ἐν τῇ
* Exod. XV. 27. ἐξόδῳ περὶ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· * ἦλθον φησὶν Ἐλὴμ, ἑρμηνεύεται δὲ ἀνάβασις, ἤτοι αὔξησις, καὶ ἦσαν ἐκεῖ δώδεκα ὑδάτων πηγαὶ, καὶ ἑβδομήκοντα στελέχη φοινίκων· ἀναβαίνοντες γὰρ εἰς τελεωτέραν σύνεσιν καὶ αὔξησιν πνευματικὴν, εὑρίσκομεν τοὺς δώδεκα ἁγίους ἀποστόλους, καὶ τοὺς ἀναδειχθέντας ὑπὸ Χριστοῦ ἑβδομήκοντα· ἀῤῥυόμεθα γὰρ ὡς ἐκ πηγῶν ἁγίων τῶν τοῦ σωτῆρος μαθητῶν παντὸς ἀγαθοῦ εἴδησιν· θαυμάζομεν δὲ καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα, καὶ οἱονεὶ φοίνικας εἶναι φαμέν· εὐκάρδιον γὰρ τὸ φυτὸν, εὔκαρπόν τε, καὶ εὔριζον, καὶ ἀεὶ τοῖς ὕδασιν ἐντεθηλός.

Cap. X.

Designavit Dominus et alios septuaginta.

Et quia multus futurus erat credentium in eum numerus; namque haud Israhel solus sagena conclusus fuit, sed etiam ethnicorum greges; propterea designati fuerunt a Deo nostro Christo, ultra illos duodecim, alii quoque septuaginta. (Iamvero quae his subtexuntur, nempe messis quidem multa, et reliqua. Et, ne transieritis de domo in domum, id quod inconstantiam demonstrat, et mercedis postulationem, nec non queruli ingenii indicium est; haec inquam in Matthaeo iam scripsimus. Insuper et his consectanea usque huc: qui me negat, negat mittentem me.) – Numeri huius exemplum in Moysis scriptis ferebatur; namque et hic, Deo iubente, septuaginta delegit, quibus Deus Spiritum largitus est. Alio quoque modo tum duodecim discipulos, tum et ipsos septuaginta, legis umbra denotatos inveniemus. Scriptum est enim in exodo de filiis Israhelis: venerunt, inquit, in Helim, quod vocabulum interpretatur ascensus vel incrementum; erantque ibi duodecim fontes aquarum, et septuaginta palmarum plantae. Sane si ad perfectiorem intelligentiam et spiritale incrementum ascendimus, duodecim invenimus apostolos, itemque illos designatos a Christo septuaginta. Haurimus enim tamquam e sanctis fontibus discipulorum Servatoris omne bonorum genus. Miramur etiam septuaginta illos, et palmarum instar esse dicimus. Nam bona medulla, fructuque ubere, et firma radice pollet haec arbor, semperque iuxta aquas viget (3).

(1) Apud D. Thomam in cat. « Cyrillus. Sicut autem agri spatiosi messores multos exigunt, sic multitudo crediturorum in Christum. Unde subdit *rogate* etc. Illud autem adtende, quod cum dixisset *rogate dominum* etc. ipse postmodum hoc peregit. Ipse igitur est dominus messis, ac per eum et cum eo Deus pater omnibus dominatur. »

(2) Videlicet ad Matth. IX. 1. seqq. Sed enim cyrilliani ad hos Matthei locos commentarii vix rarae laciniae in symbolis a Corderio et Possino editis occurrunt.

(3) Pergit in cat. D. Thomae Cyrillus de palma « alta simul, et frondes porrigens sursum. »

Ad v. 3. In cat. D. Thomae. « Cyrillus. Narrat Lucas, consequenter septuaginta discipulos vendicasse sibi a Christo apostolicam eruditionem, modestiam, innocentiam, aequitatem, nihilque mundanorum sacris praedicationibus anteferre; aspirare autem adeo ad fortitudinem mentis, ut nihil terribile formident, neque ipsam mortem. Unde dicit: *ite* etc. »

Ego mitto vos ut agnos in medio luporum.
— Nolite portare sacculum etc.

Persecutiones praedicit, ut earum experimentum postea tolerent. Quomodo autem lupum superabit ovis? Ego, inquit, vobiscum ero, et protegam, lupos in oves transformans. Nihil enim meae voluntati resistit. Quod sane experimento in Paulo cognitum est; nam qui lupo quolibet saevior erat adversus fideles Christi, eum ove mansuetiorem effecit. – Sed ne corporis quidem curam gerere sinit, neque earum rerum quae extra corpus sunt, siquidem nec de viatico esse sollicitis concedit, neque quicquam circumferre eorum quae corpori adhibentur, veluti calceos: sed in Deo spem omnem vult reponi. Denique ne officii quidem aliquam appendicem retineri vult, neque ipsos obvios salutari: id quod olim Elisaeo quoque misso indictum fuit, nempe ut recto itinere ad demandatum opus pergeret, neque salutantem resalutaret. Sedulitati enim nocet respectus ad alios. Neque praedicationem impediat, colloquium incidens, neque moras nectamus amicitiae causa. Nulla itaque diabolica malitia nos abripiat.

Ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ λύκων.
— Μὴ βαστάζετε βαλάντιον κ. τ. λ. v. 3. et 4.

Προλέγει τοὺς διωγμούς, ἵνα ἐνέγκωσι τὴν πεῖραν· καὶ πῶς ἂν περιγένοιτο πρόβατον λύκου; ἐγώ φησι συνέσομαι, καὶ συνασπιῶ, μεταβάλλων τοὺς λύκους εἰς πρόβατα· οὐδὲν γάρ μου τῷ θελήματι ἀνθέστηκεν· καὶ τοῦτο ἡ πεῖρα ἔδειξεν ἐπὶ Παύλου· τὸν γὰρ παντὸς λύκου ἀπηνέστερον τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν, προβάτου πεποίηκεν ἡμερώτερον. (B. f. 101.) — Οὐδὲ τὴν περὶ τοῦ σώματος ἔχειν φροντίδα ἐπιτρέπει. (B. f. 101.) μὴ ὅτι περὶ τὰ ἔξω τοῦ σώματος ἀσχολεῖσθαι, ὅπου μὴ δὲ ἐφοδίων φροντίσαι, μηδὲ ἐπικομίσασθαί τι τῶν οὐκ ἤδη περικειμένων τῷ σώματι, οἷον ὑποδήματα· ἀλλ᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ πᾶσαν τίθεσθαι τὴν φροντίδα· ἀλλ᾽ οὐδὲ τῆς σπουδῆς παρελκυσμόν τινα παρῆκε προσδέξασθαι, μὴ δὲ ἄχρι τοῦ τῶν συντυγχανόντων ἀσπασμοῦ συγχωρήσας ἀφέλκεσθαι· ὃ καὶ πάλαι ὑπὸ Ἐλισσαίου ἐλέγετο τῷ ἀποσταλέντι, εὐθείᾳ ὁρμῇ ἐπὶ τὸ ἔργον χωρεῖν, καὶ μηδὲ εὐλογοῦντα ἀντευλογεῖν· * ζημία γὰρ τῆς σπουδῆς ἡ πρὸς ἑτέρους ἀπόνευσις· (* IV. Reg. IV. 29.) μηδὲ τοῦτο φησὶν ἐμπόδιον τοῦ κηρύγματος γένηται, ὁμιλίας ἐν μέσῳ παρεμπιπτούσης, καὶ βραδύτητος προφάσει φιλίας· μηδὲ μία οὖν διαβολικὴ κακουργία ὑμᾶς ἀποσπάσῃ.

Reversi sunt cum gaudio etc. — Videbam Satanam etc.

Ne forte existimarent virtute propria ad praedicandum accedere, testis aderat data ipsis Spiritus gratia. Nam adiunctis doctrinae miraculis, nullum contra eos praevalebat calumniae genus. Gaudebant itaque ceu digni habiti qui miracula ederent, et daemonia subiugarent. – Iam quod ceu fulgur decidisset, significat Satanam ex alto humi deiectum, ex gloria in ignominiam, ex viribus in infirmitatem. Ante enim Servatoris incarnationem, dominabatur orbi Satanas, ab omnibus ferme cultus. Sed ceu fulgur demum decidit, qui omnes errore deceptos habebat adoratores, et nunc sub pedibus cultorum suorum iacet. Id enim significant verba: ecce dedi vobis potestatem serpentes scorpiosque calcandi; dae-

Ὑπέστρεψαν μετὰ χαρᾶς. — Ἐθεώρουν τὸν σατανᾶν κ. τ. λ. v. 17. et 18.

Ἵνα γὰρ μὴ νομίζοιντο οἴκοθεν ἥκειν πρὸς τὸ κήρυγμα, ἐμαρτύρει ἡ δοθεῖσα αὐτοῖς τοῦ πνεύματος χάρις· (B. f. 102. b) ἐπαγομένης γὰρ τῷ λόγῳ τῆς θεοσημείας, οὐδεὶς ἂν ἴσχυσεν κατ᾽ αὐτῶν συκοφαντίας τρόπος· ἔχαιρον ὡς ἀξιωθέντες θαυματουργεῖν, καὶ ὑποτάσσειν τὰ δαιμόνια. — Τὸ ὡς ἀστραπὴν πεσεῖν, (B. f. 103.) δηλοῖ τὸ ἐξ ὕψους αὐτὸν κατενεχθῆναι πρὸς γῆν, ἐκ δόξης εἰς ἀτιμίαν, ἐξ ἰσχύος εἰς ἀσθένειαν· πρὸ μὲν γὰρ τῆς οἰκονομίας τοῦ σωτῆρος κατεκράτησε τῆς ὑπ᾽ οὐρανόν, προσκυνηθεὶς σχεδὸν παρὰ πάντων· τότε δὲ πέπτωκεν ὡς ἀστραπή, ὁ πάντας ἔχων προσκυνητὰς τοὺς πεπλανημένους, καὶ ὑπὸ πόδας τέθειται τῶν προσκυνούντων αὐτόν· τοῦτο γὰρ μηνύει τό, ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ

σκορπίων· τοὺς δαίμονας, ὄφεις καὶ σκορπίους καλῶν (1).

monas scilicet serpentium scorpionumque vocabulis denotans.

v. 21. Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι (2) ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν κ. τ. λ.

A. f. 137. Ἴδωμεν δὲ καὶ τοὺς λόγους, οὓς δι' ἡμᾶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστὸς ἐποιήσατο πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα· « ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐ-
B. f. 194. b. τὰ νηπίοις. » Ἰδού, φασιν οἱ διεστραμμένοι τὸν νοῦν, χάριν ὁμολογεῖ τῷ πατρί· πῶς οὖν οὐκ ἐλάττων αὐτοῦ; καὶ τί τὸ κωλύον, ὦ βέλτιστοι, φαίη τις ἄν, τὸ ὁμοούσιον υἱὸν ἀποδέχεσθαι, καὶ ἐπαινεῖν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, σώζοντα δι' αὐτοῦ τὴν ὑπ' οὐρανόν; εἰ δὲ νομίζεις διὰ τὴν ἐξομολόγησιν ἐλάττονα εἶναι, ἄκουσον τῶν ἑξῆς· κύριον οὐρανοῦ καὶ γῆς τὸν ἑαυτοῦ καλεῖ πατέρα· ὁ υἱὸς δὲ τοῦ τῶν ὅλων κρατοῦντος θεοῦ, πάντως που σὺν αὐτῷ δεσπόζει τῶν ὅλων, καὶ ἐπάνω πάντων ἐστὶν ὡς θεὸς ἐκ θεοῦ, καὶ τὴν κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ἰσότητα
A. f. 137. b. B. f. 194. πρὸς αὐτὸν ἔχων οὐσιωδῶς. — Ἡμῖν ἀπεκάλυψεν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τὸ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς κεκρυμμένον καὶ σεσιγημένον παρ' αὐτῷ μυστήριον· δῆλον δέ, ὅτι τὸ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς, ὃ προεγνώσθη μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου, πεφανέρωται δὲ τοῖς ἐπὶ γῆς ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς· γράφει γοῦν ὁ μακάριος
* Ephes. III. 8. Παῦλος· * « ὅτι ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων, ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ, καὶ φωτίσαι πάντας, τίς ἡ οἰκονομία τοῦ μυστηρίου τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ θεῷ τῷ τὰ πάντα

In ipsa hora exultavit Iesus Spiritu sancto, et dixit etc.

Videamus quoque sermonem, quo propter nos et pro nobis Christus patrem suum allocutus est. « Confiteor tibi, pater, domine caeli ac terrae, quod abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. » (3) En, aiunt hi mente perversi, gratiam se patri debere ait. Quomodo igitur non est illo minor? At enim, o egregii, quid impedit, dicet aliquis, quominus consubstantialis filius commendet dilaudetque patrem suum, qui per ipsum salutem mundi efficiebat? Quod si putas, propter hanc confessionem, filium esse minorem, audi reliqua. Dominum caeli ac terrae suum vocat patrem. Atqui omnipotentis Dei filius, sine dubio cum illo rebus omnibus dominatur, superque omnia est Deus ex Deo, omnino aequalis ei substantialiter. — Nobis revelavit Deus pater absconditum apud se silentioque pressum iam inde a constitutione mundi mysterium id est incarnationem Unigeniti; quae quidem praevisa fuit ante mundi primordia, sed terrae incolis demum manifestata fuit postremis saeculi temporibus. Scribit ergo beatus Paulus: « mihi omnium sanctorum minimo data est gratia haec, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi; et illuminare omnes, quae sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo qui omnia creavit. » Ergo in patris mente ce-

(1) Prosequitur heic apud Corderium « idem Cyrillus. De hoc etiam Ezechiel lamentando dicit: tu » signaculum similitudinis in paradiso Dei fuisti. Et paulo post: perfectus in viis tuis a die conditionis » tuae, donec inventa est iniquitas in te. Non extrinsecus inducta, sed nata est in te malitia, et per pec» catum tuum vulneratus es; et in terram proieci te. »

(2) Apud Corderium in lat. cat. « Cyrillus exultavit in Spiritu sancto, hoc est in beneficiis et virtu» tibus Spiritus sancti, bene sciens a se missos plurimis profuisse, et prae ceteris ipsâ experientiâ glo» riam eius cognovisse, animus eius laetitia implebatur. Erat enim exultandum, quoniam bonus homi» numque amantissimus Deus, omnes salvari volens, errantium conversionem exultationis gaudiique occasionem fecerat. »

(3) Heic amplius apud Corderium cat. lat. « Illud, confiteor tibi pater, dicit more hominum, pro, » gratiam agnosco, quare laudo te, gratias ago tibi. Solet enim divinitus inspirata scriptura confessionis » nomen secundum talem aliquem modum sumere. Scriptum est enim: confiteantur nomini tuo magno. » Et iterum: confitebor tibi Domine in toto corde meo. Verum ecce etc. ut apud nos sequitur. »

labatur, etiam ante mundi constitutionem, venerandum magnumque Servatoris nostri mysterium. Sic et nos praevisi fuimus et praedestinati ad adoptionem in filios. Quod rursus nos sapientissimus Paulus docet scribens: « benedictus Deus et pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo; sicut elegit nos in Christo ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in caritate; qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum. » Nobis itaque parvulis absconditum tacitumque a saeculis mysterium revelavit pater.

Quamquam vero ante nos plurimi, immo innumerabiles magnique hoc in mundo viri fuere, ad doctrinam quod adtinet, plane sapientes; hi tamen ut Paulus ait evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum et quadrupedum et serpentium. Quam ob causam traditi sunt improbae menti, neque iis mysterium manifestavit. Quamobrem nobis quoque scriptum est: si quis videtur in mundo sapiens esse, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. Ergo vere dici potest, eum qui nudam solamque habet mundi sapientiam, stultum esse atque insipientem coram Deo. Qui autem stultus esse videtur mundi sapientibus, is si mente et corde gerat verae Dei contemplationis lumen, sapiens est coram Deo. Iis itaque qui videntur stulti, id est

κτίσαντι. „ Οὐκοῦν ἐν τῇ τοῦ πατρὸς γνώσει ἐκέκρυπτο καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς, τὸ σεπτὸν καὶ μέγα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μυστήριον· οὕτω καὶ ἡμεῖς προεγνώσθημεν καὶ προωρίσθημεν εἰς υἱοθεσίαν· καὶ τοῦτο πάλιν ἡμᾶς ὁ σοφώτατος Παῦλος διδάξει γράφων· * " εὐλογητὸς ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυ- * Ephes. I. 3.
ρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ, ἐν ἀγάπῃ προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτόν. „ Ἡμῖν οὖν ἄρα τοῖς νηπίοις τὸ κεκρυμμένον καὶ σεσιγημένον ἐκ τῶν αἰώνων μυστήριον ἀπεκάλυψεν ὁ πατήρ.

Καί τοι πρὸ ἡμῶν πλεῖστοι τὲ ὅσοι καὶ ἀριθμοῦ κρείττονες ἦσαν κατὰ τόνδε τὸν βίον ἄνδρες τό γε ἧκον ἐν λόγοις σοφοί· ἀλλ᾽ ὡς ὁ Παῦλος φησὶν * ἐματαιώθησαν * Rom. I. 21
ἐν διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία· φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν· ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, παρεδόθησαν εἰς ἀδόκιμον νοῦν, καὶ οὐκ ἐγνώρισεν αὐτοῖς τὸ μυστήριον· γέγραπται δὲ καὶ ἡμῖν· * εἴ τις δοκεῖ ἐν τῷ * I. Cor. III. 18
κόσμῳ σοφὸς εἶναι, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός· ἡ γὰρ τοῦ κόσμου τούτου σοφία, μωρία παρὰ τῷ θεῷ ἐστιν· οὐκοῦν ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι ὁ ψιλὴν καὶ μόνην ἔχων τὴν τοῦ κόσμου σοφίαν, μωρός ἐστι καὶ ἀσύνετος παρὰ θεῷ· ὁ δὲ μωρὸς εἶναι δοκῶν παρὰ τοῖς τοῦ κόσμου σοφοῖς, ἔχων δὲ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν τῆς ἀληθοῦς θεοπτίας τὸ φῶς, οὗτος σοφός ἐστιν παρὰ τῷ θεῷ· οὐκοῦν τοῖς δοκοῦσιν εἶναι μωροῖς, ἤγουν ἄκακον

(*) Ad v. 17. Adhuc in catena D. Thomae « Cyrillus. Supra dictum est, quod Dominus misit discipulos gratia Spiritus sancti insignitos; et quod hi facti praedicationis ministri potestatem super immundos spiritus acceperunt. Nunc autem reversi confitentur honorantis eos potentiam; unde dicitur: *reversi sunt* etc. Videbantur itaque gaudere magis quod facti fuissent miraculorum auctores, quam quod praedicationis ministri. Erat autem melius eos gaudere in illis, quos ceperant; sicut vocatis per ipsum dicit Paulus (Philip. IV.) gaudium meum et corona mea. »

(*) Ad v. 20. In D. Thomae catena sic. « Cyrillus. Sed cur, Domine, non sinis laetari in honoribus a te collatis, cum scriptum sit (ps. 88.) in nomine tuo exultabunt tota die? Sed Dominus eos ad maius gaudium erigit; unde subdit: gaudete autem quia nomina vestra etc. »

καὶ νηπιάζουσαν ἐπὶ κακίᾳ τὴν διάνοιαν ἔχουσιν, ἀπεκάλυψεν ὁ πατὴρ τὸν υἱόν, ἅτε δὴ καὶ προεγνωσμένοις καὶ προωρισμένοις εἰς υἱοθεσίαν.

Οὐκ ἀπίθανον δέ, ὥς γε οἶμαι, κἀκεῖνο τούτοις ἐπενεγκεῖν· οἱ γραμματεῖς τε καὶ οἱ φαρισαῖοι, καὶ οἱ τῶν ἰουδαϊκῶν κρατοῦντες ταγμάτων, νομομαθείας δόκησιν ἔχοντες, ἐνομίζοντό τινες εἶναι σοφοί· ἀλλ' οὐκ ὄντες τοιοῦτοι κατὰ τὸ ἀληθές, δι' αὐτῶν ἠλέγχοντο τῶν πραγμάτων· καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἱερεμίας * οὕτω πού φησι πρὸς αὐτούς· πῶς ἐρεῖτε ὡς σοφοί ἐσμεν ἡμεῖς, καὶ λόγος κυρίου μεθ' ἡμῶν ἐστιν; εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος ψευδὴς γραμματεῦσιν· ᾐσχύνθησαν σοφοί, ἐπτοήθησαν, καὶ ἑάλωσαν· σοφία τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς, ὅτι τὸν λόγον κυρίου ἀπεδοκίμασαν; ,, Ἐπειδὴ δὲ ἀπεδοκίμασαν αὐτοὶ τὸν σωτῆρος τὸν λόγον, τουτέστι τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, ἤγουν τὸν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς λόγον, τὸν δι' ἡμᾶς γενόμενον ἄνθρωπον, αὐτοὶ γεγόνασιν ἀδόκιμοι· ἔφη οὖν Ἱερεμίας περὶ αὐτῶν· * " ἀργύριον ἀποδεδοκιμασμένον καλέσατε αὐτούς, ὅτι ἀπεδοκίμασεν αὐτοὺς κύριος· ,, κέκρυπται καὶ ἀπὸ τούτων τὸ Χριστοῦ μυστήριον· καὶ γοῦν ἔφη που τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ὁ κύριος περὶ αὐτῶν· * " ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται· ὑμῖν δὲ τίσι; τοῖς πιστεύσασι δηλονότι, τοῖς ἐπεγνωκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, τοῖς τὸν νόμον νοοῦσι πνευματικῶς, τούτοις εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ἀποκαλύψαι τὸν ἴδιον υἱόν.

* Hierem. VIII, 8.
* Hierem. VI, 30.
* Luc. VIII, 10.

v. 22. A. f. 1[illegible] B. f. 1[illegible]

Πάντα παρεδόθη μοι ὑπὸ τοῦ πατρός μου.

Ἐμφανίζει γοῦν πάλιν ἡμῖν τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, καὶ τῆς θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς τὸ ἀξίωμα, καὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ εὐτεχνές, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· ὅση τε γέγονεν ἐντεῦθεν ἡ ὄνησις, τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς καθίστησιν ἐναργές· πάντα μοι, φησί, παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου· ἦν μὲν γὰρ καὶ ἔστιν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς κύριος, καὶ σύνθρονος τῷ πατρί, καὶ συγκατάρχων αὐτῷ τῶν ὅλων· ἐπεὶ δὲ καὶ καθεὶς ἑαυτὸν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς κεχρημάτικεν ἄνθρωπος, διαλέγεται πάλιν οὐκ ἀπεικότως τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ, καὶ τὰς πρεπούσας τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις οὐ

innocuum et pueri instar ad malitiam ineptum ingenium habent, revelavit filium pater, ceu iam praecognitis et adoptioni destinatis.

Porro non est, ut opinor, absurdum praedictis hoc quoque addere. Scribae ac pharisaei, et qui iudaico populo praeerant, quum legis periti viderentur, loco sapientium habebantur. Quod tamen tales haud vere, essent, factis coarguebantur. Quamobrem Hieremias propheta, sic eos alloquebatur: « quomodo dicitis: sapientes nos sumus, et sermo Domini nobiscum est? Vanus evasit funiculus mendax scribis. Confusi sunt sapientes, perterriti et capti. Quaenam illis sapientia est, quandoquidem sermonem Domini improbaverunt? Postquam ipsi Servatoris sermonem repulerunt, id est evangelii salutarem praedicationem, scilicet Dei patris Verbum, pro nobis hominem factum, ipsi reprobi facti sunt. Unde ait de illis Hieremias: « reprobatum argentum hos vocate, quia Deus ipsos reprobavit. » His quoque absconditum est Christi mysterium. Quare de iisdem aiebat aliquando discipulis suis Dominus: « vobis datum est nosse mysteria regni caelorum; non item illis. » Quibusnam vobis? nempe qui credidistis, qui adventum eius cognovistis, qui legem spiritaliter intelligitis. His, inquam revelare filium suum placuit patri.

Omnia mihi tradita sunt a patre meo.

Manifestat iterum nobis gloriam suam, et congruae Deo celsitudinis dignitatem, nec non humanationis sollertem rationem, dominus noster Iesus Christus; et quanta hinc evenerit terrae incolis utilitas, palam facit. Omnia, inquit, tradita mihi sunt a patre meo. Erat enim, et adhuc est caeli ac terrae dominus, patri adsidens, et cum ipso rerum omnium dominator. Postquam vero semet demittens homo inter nos extitit, loquitur item haud alieno a carnis dispensatione modo, et convenientia exinanitionis modulo verba non recusat, ut

credatur factus unus de nobis, nostramque gerere paupertatem. Itaque caeli et terrae, et omnino rerum omnium dominus, cuncta sibi tradita dicit a patre. Nam totius orbis terrarum dominus est. Ceteroquin his dictis, statim transilit ad maiestatem suam ac sublimitatem, seque demonstrat nullatenus parenti proprio inferiorem. Quid enim patri dicit? « Et nemo scit, sine magisterio, patris naturam, inquit, nisi filius. Neque consubstantialem ei filium quispiam agnovit, nisi pater. Quotquot autem per revelationem noverunt Deum, hi non quid sit sciunt, sed eum existere sciunt. » Qui ergo priora verba « omnia mihi tradita sunt a patre » ad filii depressionem trahunt, discant e posterioribus, filii in re omni aequalitatem patri. Cur enim, nemine sciente, ut ait, filium praeter solum patrem, vos audetis cogitare ac dicere, patre minorem esse filium, quasi hunc apprime cognoscatis? Nam qui a solo cognoscitur patre, is supra omnem mentem sermonemque est; sicuti et ipse pater, qui a solo cognoscitur proprio filio. Sola enim se ipsam novit sancta consubstantialis Trinitas, quae omnem superat intellectum atque orationem. Revelat autem nobis filius per sanctum Spiritum, ut ait Paulus: nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum.

Et conversus ad discipulos suos seorsum dixit: beati oculi qui vident quae vos videtis!

Secretiora negotia necessariis potissimum familiarium communicanda sunt, non autem indifferenter quibuslibet. Amici vero Domini sunt ii omnes, qui discipulatu illius digni fuerunt, cordisque oculum illuminatum habent, et aurem obtemperando paratam. Quamobrem aiebat aliquando sanctis apostolis: iam non dico vos servos; vos enim amici mei estis: servus nescit quid faciat dominus suus; vos autem dixi amicos, quia omnia quae audivi a patre meo, nota feci vobis. His ea etiam quae supradicta sunt ait, prudentissime ad eos

παραιτεῖται φωνάς, ἵνα πιστεύηται γεγονὼς καθ' ἡμᾶς, καὶ τὴν ἡμῶν φορέσας πτωχείαν· ὁ τοίνυν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καὶ συλλήβδην τῶν ὅλων κύριος, ἑαυτῷ πάντα παραδεδόσθαι φησὶν ὑπὸ τοῦ πατρός· κεκυρίευκε γὰρ τῶν ὑπ' οὐρανόν· ἀλλὰ τοῦτο εἰπὼν, ἄνεισιν εὐθὺς εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, καὶ ὑπεροχήν· καὶ διαδείκνυσι κατ' οὐδένα τρόπον, τοῦ ἰδίου πατρὸς ἑαυτὸν ἡττώμενον· τί γὰρ ἔφη πρὸς ἐκεῖνον; καὶ οὐδεὶς γινώσκει τὴν τοῦ πατρὸς φύσιν ἀδιδάκτως, φησὶν, εἰ μὴ ὁ υἱός· οὐδὲ τὸν ὁμοούσιον αὐτῷ υἱὸν εἶδέ τις, εἰ μὴ ὁ πατήρ· ὅσοι δὲ δι' ἀποκαλύψεως ἔγνωσαν τὸν θεὸν, οὗτοι οὐ τί ἐστιν ἔγνωσαν, ἀλλ' ὅτι ἐστίν. Οἱ τοίνυν τὰς πρώτας λέξεις, τὰς λεγούσας πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρὸς, εἰς ὕφεσιν ἐκλαμβάνοντες τοῦ υἱοῦ, μανθανέτωσαν διὰ τῆς ἐφεξῆς τὴν κατὰ πᾶν ὁτιοῦν τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ἀπαραλλαξίαν· πῶς γὰρ οὐδενὸς εἰδότος, καθὰ φησὶ, τὸν υἱὸν, εἰ μὴ μόνου τοῦ πατρὸς, αὐτοὶ τετολμήκατε φρονεῖν καὶ λέγειν, ὅτι ἐλάττων ἐστὶν αὐτοῦ, ὡς ἀκριβῶς εἰδότες αὐτόν; ὃν γὰρ μόνος εἶδεν ὁ πατὴρ, ὑπὲρ πάντα νοῦν ἐστὶ καὶ λόγον. καθὰ καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ ὁ ὑπὸ μόνου γινωσκόμενος τοῦ ἰδίου γεννήματος· μόνη γὰρ οἶδεν ἑαυτὴν ἡ ἁγία καὶ ὁμοούσιος τριὰς, ἡ παντὸς ἐπέκεινα καὶ νοῦ καὶ λόγου· ἀποκαλύπτει δὲ ἡμῖν ὁ υἱὸς διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὥς φησι Παῦλος· * ἡμῖν γὰρ ἀπεκάλυψεν ὁ θεὸς διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ.

A f. 1.. B f. 1..

* I. Cor. II. 10.

Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, κατ' ἰδίαν εἶπε· μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ βλέποντες ἃ βλέπετε.

Τὰ τῶν πραγμάτων ἀπορρητότερα, τοῖς ἀναγκαίοις μάλιστα τῶν ἐπιτηδείων, ἀνακοινοῦσθαι χρὴ, καὶ οὐχὶ τοῖς τυχοῦσιν ἁπλῶς· φίλοι δὲ αὐτοῦ μαθητείας ἠξιωμένοι, καὶ πεφωτισμένον ἔχοντες τῆς καρδίας τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ τὸ οὖς ἕτοιμον εἰς ὑπακοήν· καὶ γοῦν ἔφη ποτὲ πρὸς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· * οὐκέτι λέγω ὑμᾶς δούλους, ὑμεῖς φίλοι μου ἐστέ· ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ κύριος· ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους, ὅτι πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν· τούτοις καὶ τὰ προγεγραμμένα φησὶν οἰκονομικώτατα στραφεὶς πρὸς αὐτοὺς, τουτέστιν ἐν

A f. 140.

* Ioh. XV. 15.

ἀποστροφὴν ποιησάμενος τῶν μήτε ὁρᾶν μήτε ἀκούειν ἐθέλοντας, ἀνηκόους δὲ ὄντας, καὶ τυφλὸν ἔχοντας ἐν ἑαυτοῖς τὸν νοῦν, ὅλον ἑαυτὸν ἐχαρίζετο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· καὶ εἰς αὐτῶν ἀφορῶν, μακαρίους ἔφη τῶν ὀφθαλμοὺς τῶν ὁρῶντας ἤγουν ὀψομένους ἃ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτοὶ καὶ πρῶτοι τεθέανται· πεποίηται μὲν οὖν ὁ ἐπὶ τούτοις λόγος, ὡς ἀπό γε τῆς παρὰ πᾶσι καὶ κοινῆς συνηθείας· πλὴν ἐκεῖνο ἡμᾶς ἐξεπίστασθαι χρή· τὸ γὰρ βλέπειν ἐν τούτοις, οὐκ ἐνεργείας τῆς δι' ὀμμάτων σωματικῶν εἰσκομίζει δήλωσιν, ἀπολαύσεως δὲ μᾶλλον τῶν δι' αὐτοῦ τοῖς εὐσεβέσι δεδωρημένων· οἷον, ὡς εἴ τις λέγοι, ὁ δεῖνα τυχὸν καιροὺς εἶδε καλοὺς, ἀντὶ τοῦ, ἐν ἀπολαύσει γέγονε καιρῶν ἀγαθῶν· καὶ τὸ, ἴδοις δὲ τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλὴμ, ἐν ψαλμοῖς [* Ps. CXXVII. 5.] εἰρημένον *, οὕτω νοήσεις· ἀντὶ τοῦ, γένοιτό σοι μετασχεῖν τῶν ἀγαθῶν τῆς Ἱερουσαλὴμ, τῆς ἄνω δηλονότι καὶ ἐν οὐρανοῖς· ὅτι γὰρ οὐχ' οἱ γεγονότες θεωροὶ τῆς διὰ Χριστοῦ θεοσημείας, εἶεν ἂν μακάριοι πάντη τε καὶ πάντως, πῶς ἐστιν ἀμφιβάλλειν; πλεῖστοι μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι τεθέανται θεοπρεπῶς ἐνεργοῦντα Χριστόν· ἀλλ' οὐχ ἅπασιν ἂν πρέποι τὸ μακαρίζεσθαι· πεπιστεύκασι γὰρ οὐδαμῶς, ἀλλ' οὐδὲ τεθέανται τὴν δόξαν αὐτοῦ τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν.

Ἀλλὰ γὰρ τίνα τρόπον ἐμακαρίσθησαν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί; τί δὲ ἄρα τεθεαμένοι; εἴδομεν τὸν ἐν μορφῇ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς θεὸν λόγον, δι' ἡμᾶς γενόμενον ἄνθρωπον· τὸν ὁμόθρονον τῷ πατρὶ, μεθ' ἡμῶν, ἤγουν ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, ἵν' ἡμᾶς ἑαυτῷ συμμόρφους ἀποτελέσῃ, δι' ἁγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης, ἐγχαράττων ἡμῖν τὸ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος κάλλος, νοητῶς δηλονότι καὶ πνευματικῶς· τούτου μάρτυς, [* I. Cor. XV. 49.] ὁ Παῦλος, οὕτω γεγραφώς· * ὥσπερ γὰρ ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, οὕτω φορέσομεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου· χοϊκὸν [* ita cod.] κενὸν * ἄνθρωπον εἶναι λέγων, τὸν πρωτόπλαστον Ἀδάμ· ἐπουράνιον δὲ, τὸν ἄνωθεν καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς ἐλλάμψαντα λόγον· εἶτα γενόμενος ὡς ἔφην, ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς ὁ κατὰ φύσιν υἱὸς ἔλαβε δούλου μορφὴν, ἵν' ἡμᾶς τῶν ἐν

conversus; id est ab illis avertens se, qui neque videre neque audire volebant, contumacibus videlicet, caecamque mentem gerentibus, totum se praebebat amatoribus suis; in eosque intuens, beatos dixit oculos videntes vel potius visuros, quae prae ceteris ipsi primi spectabant. Heic ergo ita locutus est, ut in communi consuetudine fit. Verumtamen hoc nos sedulo cognoscere debemus; nempe heic videre, haud corporeorum oculorum actionem significare, sed oblectationem potius quam pii homines ex Christi donis percipiunt. Veluti si quis dicat: « ille bona tempora vidit » pro « bonis temporibus fruitus est. » Et illud: videas utinam tempora bona Hierusalem! quod in psalmis dicitur, pro eo intelliges: utinam tibi contingat potiri bonis Hierusalem, supernae illius scilicet et caelestis! Nam quod ii qui Christi miraculorum fuere spectatores, haud per se omnino absoluteque beati fuerint, quis dubitare queat? Plurimi enim Iudaei Christum Deo digna operantem viderunt: neque tamen omnes appellare beatos merito possumus: nam neque crediderunt, neque gloriam eius mentis oculis viderunt.

Sed age quomodo beati dicti sunt oculi nostri? Vel quid demum hi viderunt? Vidimus in forma Dei patris Deum Verbum, propter nos hominem factum: patris adsessorem, inter nos versantem, id est forma nostra vestitum; ut nos sibi conformes faceret, per sanctificationem atque iustitiam, nobis imprimens divinitatis suae pulchritudinem, intellectualiter nimirum ac spiritaliter. Rei huius testis Paulus, ita scribens: sicut enim terreni imaginem gessimus, ita caelestis quoque imaginem geremus; terrenum vanumque hominem esse dicens, primum illum creatum Adamum; caelestem autem, illud quod desuper ex substantia patris effulsit Verbum. Deinde factus, ut dixi, in similitudinem nostram naturalis ille filius formam servi adsumpsit, ut nos servituti iugo alligatos, natu-

raliter enim serva est creatura quaelibet, liberos efficeret, bona eius participantes: etenim filii appellati fuimus per ipsum et cum ipso. Pauper nobiscum effectus est, qui dives erat, ut hominis naturam ad suas opes extolleret. Mortem in crucis ligno gustavit, ut de medio auferret quae propter lignum evenerat transgressionem, ut contractam culpam elueret, mortisque a nobis tyrannidem procul pelleret. Vidimus cadentem Satanam; humiliatum, qui superbiebat; sine honore eum, qui antea adorabatur; eum qui Deus videbatur, sanctorum pedibus conculcatum. His enim potestas fuit attributa impuros spiritus increpandi.

Maxima est haec dignitas hominisque naturam excedens, immo uni congruens qui est super omnia Deo. Huius vero rei initium nobis fuit, manifestatum humana forma Verbum; increpabat enim impuros spiritus. Quamquam miseri Iudaei aiebant: hic non eiicit daemonia nisi ope Beelzebul principis illorum. Quarum vocum impietati occurrebat Dominus dicens: si ego ope Beelzebul eiicio daemonia, filii vestri quo iuvante eiiciunt? Quod si ego cum Dei Spiritu eiicio daemonia, profecto pervenit in vos regnum Dei. Nam si ego, inquit, homo aeque ac vos factus, nihilominus habeo congruae Deo potestatis efficaciam, utique ad vos tam grande tamque eximium bonum devenit. In me enim gloriatur hominis natura posse Satanam se calcare. Itaque ad nos pervenit regnum Dei, dum versans nobiscum Verbum, in carne ipsa operatur quae Deum decent. In hac nos conditione esse cognoscimus; beatique oculi nostri sunt: ineffabilem doctrinam eius audivimus: notitiam patris sui nos docuit: eum nobis propria in natura manifestavit: mosaicarum figurarum veritatem fecit conspicuam. Haec multi prophetarum cernere optarunt, plurimi quoque reges. Itaque

ζυγῷ δουλείας κατεσφιγμένους, φύσει γὰρ δοῦλόν ἐστι τὸ ποιηθὲν, ἐλευθέρους ἀποφήνῃ, τὰ αὐτοῦ κερδαίνοντας· ὠνομάσμεθα γὰρ υἱοὶ δι' αὐτόν τε καὶ σὺν αὐτῷ· συνεπτώχευσεν ἡμῖν πλούσιος ὢν, ἵνα τὴν ἀνθρώπου φύσιν εἰς τὸν ἴδιον ἀγάγῃ πλοῦτον· ἐγεύσατο θανάτου διὰ ξύλου καὶ σταυροῦ, ἵν' ἐκ μέσου ποιήσῃ τὴν διὰ ξύλου παράβασιν, καὶ τὰ ἐπ' αὐτοῖς δὴ τούτοις αἰτιάματα καταλύσῃ, καὶ τὴν καθ' ἡμῶν τυραννίδος ἀποστήσῃ τὸν θάνατον· εἴδομεν πεσόντα τὸν σατανᾶν· ἐν ταπεινώσει, τὸν ἀλαζόνα· ἄτιμον, τὸν ποτὲ προσκυνούμενον· τὸν ἐν ὑπολήψει θεότητος, ὑπὸ πόδας ἁγίων· ἔλαβον γὰρ ἐξουσίαν πνεύμασιν ἀκαθάρτοις ἐπιτιμᾶν (1).

Ἀξίωμα δὲ τοῦτο πάμμεγα καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπου φύσιν, ὃ μόνῳ πρέπον τῷ πάντων ἐπέκεινα θεῷ· ἀρχὴ δὲ τούτου γέγονεν ἡμῖν, ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ πεφηνὼς ὁ λόγος· καὶ γοῦν ἐπέπληττε μὲν τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν· ἔφασκον δὲ οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι, ὅτι οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων· πρὸς ταύτας αὐτῶν τὰς ἀνοσίους φωνὰς ὑπήντα λέγων ὁ κύριος· * εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ· εἰ γὰρ ἐγώ, φησιν, ἄνθρωπος καθ' ὑμᾶς γεγονὼς, ἔχω οὕτως τὴν θεοπρεποῦς ἐξουσίας τὴν ἐνέργειαν, ἐφ' ὑμᾶς κατέβη τὸ οὕτω μέγα καὶ ἐξαίρετον ἀγαθόν· εὐδοκιμεῖ γάρ φησι ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν ἐμοὶ πατοῦσα τὸν σατανᾶν· οὐκοῦν ἐφ' ἡμᾶς ἔφθασεν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, τοῦ καθ' ἡμᾶς γεγονότος λόγου καὶ μετὰ σαρκὸς ἐνεργοῦντος τὰ θεοπρεπῆ· ἐν τούτοις ὄντας ἑαυτοὺς τεθεάμεθα· καὶ μακάριοι γεγόνασιν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί· ἠκούσαμεν αὐτοῦ τῆς ἀρρήτου μυσταγωγίας· ἐδίδαξεν ἡμᾶς τὰ περὶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός· ἔδειξεν ἡμῖν αὐτὸν ἐν ἰδίᾳ φύσει· ἐμφανῆ κατέστησε τὴν διὰ Μωϋσέως τύπων τὴν ἀλήθειαν· ταῦτα πολλοὶ τῶν προφη-

* Matth. XII. 27.

1) Agitur de potestate exorcismorum quam ecclesiae suae Christus contulit.

τῶν ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, πλεῖστοι δὲ καὶ βασι-
Ps. LXXXIV. 8. λεῖς· καὶ γοῦν εὑρήσομεν ποτὲ μὲν λέγοντας· * δεῖξον ἡμῖν κύριε τὸ ἔλεός σου, καὶ τὸ σωτήριόν σου δῴης ἡμῖν· ἔλεος γὰρ σωτήριον ὀνο-
Ps. CV. 4. μάζουσι τὸν υἱόν· ποτὲ δὲ πάλιν· * μνήσθητι ἡμῶν κύριε ἐπὶ εὐδοκίᾳ τοῦ λαοῦ σου, ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῷ σωτηρίῳ σου· τοῦ ἰδεῖν ἐν τῇ χρηστότητι τῶν ἐκλεκτῶν σου, τοῦ εὐφρανθῆναι ἐν εὐφροσύνῃ, μετὰ τοῦ ἔθνους σου· ἔθνος δὲ ποῖόν ἐστι τὸ ἐξειλεγμένον ἐν Χριστῷ παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ἐξηγήσεται λέγων ὁ σοφώτατος Πέ-
I. Petr. II. 9. τρος * πρὸς τοὺς διὰ πίστεως εὐδοκιμηκότας· ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ἵνα τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς.

Ἰδοὺ νομικός τις ἀνέστη ἐκπειράζων αὐτὸν κ. τ. λ.

A. f. 111. Νομικὸν (1) ἐν τούτοις φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, τὸν νομοΐστορα, κατά γε τὴν παρὰ Ἰουδαίων συνήθειαν, ἤγουν τὸν οἰόμενον εἰδέναι τὸν νόμον, οὐ μὴν ἔτι καὶ εἰδότα κατ᾽ ἀλήθειαν· τοῦτον ἐνόμισε συναρπάσαι Χριστόν· καὶ ἐπὶ τίσιν, ἐρῶ· λογοποιοί τινες ἀθυροστομεῖν εἰωθότες, ἅπασαν περιεφοίτων τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ, κατηγοροῦντες Χριστοῦ, καὶ φάσκοντες, ὅτι τὴν μὲν διὰ τοῦ Μωϋσέως ἐντολὴν ἀνόνητον εἶναι φησὶ, καινὰ δὲ αὐτὸς εἰσφέρει δόγματα· ἦσαν δὲ τῶν πιστευσάντων ἤδη τινὲς, οἳ τοῖς παρ᾽ ἐκείνων ἀντέπραττον λόγοις, ἀποδεχόμενοι πανταχοῦ τὸ εὐαγγελικὸν σωτήριον κήρυγμα· ἐθελήσας τοίνυν ὁ νομικὸς, ἤγουν οἰηθεὶς δύνασθαι παγιδεῦσαι Χριστὸν εἰς τὸ λαλῆσαί τι κατὰ Μωϋσέως, ἤγουν τῆς δι᾽ αὐτοῦ λαληθείσης ἐντολῆς, κρείττονα τὴν παρ᾽ ἑαυτοῦ διδασκαλίαν εἰπεῖν, πρόσεισι πειράζων αὐτὸν καὶ λέγων· τί ποιήσας, ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; μεθ᾽ ὑποκρίσεως πρόσεισι, καὶ γνώμης ἐπιπλάστου· καὶ τιμᾶν ὑποκρινόμενος, διδάσκαλον ὀνομάζει, ὡς ἂν διὰ τῆς χρηστολογίας ἡ ἐν αὐτῷ κεκρυμμένη διαλάθῃ πεῖρα· ἀλλ᾽ εἶπεν ἄν τις αὐτῷ τῶν εὖ εἰδότων τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ μυστήριον· εἰ νόμον ἠπίστασο, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ

comperiemus modo quidem dicentes: « ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis. » Salutaris quippe misericordiae nomine filium designant. Rursus aliquando: « memento, Domine, in beneplacito populi tui; visita nos in salutari tuo; ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad laetandum in laetitia cum gente tua. » Quaenam autem sit gens electa in Christo a Deo patre, edisseret sapientissimus Petrus homines fide praestantes alloquens: « vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus adquisitionis, ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. »

Ecce quidam nomicus surrexit tentans illum etc.

Nomicum appellat heic evangelista legis peritum secundum Iudaeorum consuetudinem, nempe hominem qui credebatur legem cognoscere, etsi aliter res se habebat. Hic putavit posse a se Christum decipi. Quanam autem in re, iam dicam. Garruli quidam homines, effreni lingua uti soliti, universam Iudaeorum regionem concursabant, ipsamque Hierusalem, Christum criminantes, cum dicerent ab illo Moysis legem inutilem pronunciari, novasque doctrinas invehi. Erant tamen iam nonnulli credentes, qui illorum sermonibus contradicebant, et evangelicam Servatoris praedicationem prono animo admittebant. Volens itaque nomicus, vel potius sperans, posse a se Christum irretiri, ut aliquid contra Moysem, id est contra legem per eum latam diceret, melioremque esse adfirmaret doctrinam suam, accedit tentans eum dicensque: quid agam, ut vitam aeternam consequar? Nimirum cum hypocrisi procedit fictaque mente; et honorare simulans, magistrum appellat, ut sub blandi sermonis velamine tentatio eius lateret. Atqui aliquis incarnationis mysterium minime ignorans fortasse huic diceret: si legem

(1) De nomico videsis copiose disserentem Arsenium apud nos class. AA. T. X. p. 553-557.

scires, reconditaeque illic doctrinae vim, profecto etiam scires, ab eo quem tentas, res occultas non ignorari, eique corda accedentium patescere. Magistrum dicis, quem audire non sustines; honorare simulas, quem decipere speras. Et videsis adhuc nomici improbam loquendi rationem. Nam quum dicere posset: quid agam ut salver, sive Deo placeam, ab eoque mercedem recipiam; his omissis, Servatoris vocabulis utitur, ridiculum plane se exhibens. Nam quia solebat universalis servator Christus de vita aeterna ad sibi accedentes perpetuo loqui, nomicus hic de se magnifica sentiens, utitur illius vocibus. Sed enim si vere esses, o nomice, discendi cupidus, utique ab eo quae ad vitam aeternam conferunt audivisses: nunc quia maligne tentas, nihil aliud audies quam quae a Moyse priscis hominibus praescripta fuerunt; quae quidem constat ne aeternam quidem vitam, sed praesentem tantummodo mercedis loco contulisse, malaque avertisse, et paulo meliora bona retribuisse. Nam si volueritis, inquit, mihi auscultare, terrae bona manducabitis; sin vero obtemperare mihi recusabitis, gladio consumemini.

Dixitque illi: recte respondisti etc.

Nomico referente quid esset in lege, ut malitiam eius puniat, mentemque improbam Christus, qui omnia novit, coarguat, recte respondisti ait; hoc fac, et vives. Atque ita speratam praedam amisit nomicus, ruptum est fraudis rete. Ergo nos illi inclamemus Hieremiae voce: praeda fuisti, captus es. – Praeda amissa, ad iactantiam devolvitur, a dolo ad superbiam; nam vitia eum alternatim circumveniunt. Interrogaverat enim non quia discere vellet, sed ut ait evangelista, quia

κεκρυμμένης θεωρίας τὴν δύναμιν, οὐκ ἂν ἠγνόησας ὃν πειράζειν ἐπεχείρεις, εἰδότα τὰ κεκρυμμένα, καὶ καθορᾷν ἰσχύοντα τὰς τῶν προσιόντων αὐτῷ καρδίας· διδάσκαλον ἀποκαλεῖς, μανθάνειν οὐκ ἀνεχόμενος· ὑποκρίνῃ τιμᾷν, συναρπάσαι προσδοκῶν· ἄθρει δέ μοι πάλιν τὸ κακόηθες εἰς λόγους τοῦ νομικοῦ (1)· ἐξῆν μὲν γὰρ εἰπεῖν· τί ποιήσας, σωθήσομαι, ἤγουν ἀρέσω θεῷ, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ λήψομαι μισθόν; ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἀφίησι· κέχρηται δὲ μᾶλλον ταῖς τοῦ σωτῆρος φωναῖς, τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς καταχέων τὸν γέλωτα (2)· ἐπεὶ γὰρ ἔθος ἦν τῷ πάντων σωτῆρι Χριστῷ περὶ ζωῆς αἰωνίου διαλέγεσθαι συχνῶς τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, διαλεγόμενος ὡς ἔφην ὁ περίαυτος νομικὸς, ταῖς αὐτοῦ κέχρηται φωναῖς· ἀλλ' εἴπερ ἦσθα φιλομαθὴς ἀληθῶς, ὦ νομικὲ, ἤκουσας ἂν παρ' αὐτοῦ τὰ εἰς ζωὴν ἀποφέροντα τὴν αἰώνιον· ἐπεὶ δὲ πειράζεις κακούργως, οὐδὲν ἕτερον ἀκούσῃ, πλὴν ὅτι μόνον τὰ διὰ Μωϋσέως τοῖς πάλαι τεθεσπισμένα· ἅπερ προδήλως οὐδὲ τὴν αἰώνιον εἶχε ζωὴν ἀντιμισθίαν, ἀλλὰ τὴν ἐνταῦθα δεδομένην, τήν τε κακῶν ἀπαλλαγὴν, καὶ τὴν χρηστοτέρων ἀντίδοσιν· * ἐὰν γὰρ θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, φησὶ, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. Lev. XXVI.

Εἶπε δὲ αὐτῷ· ὀρθῶς ἀπεκρίθης κ. τ. λ.

Πλὴν ἀπαγγείλαντος τοῦ νομικοῦ τὰ ἐγκείμενα τῷ νόμῳ, κολάζων αὐτοῦ τὴν πονηρίαν, καὶ τὸ δύστροπον ἐλέγχων φρόνημα Χριστὸς ὁ πάντα εἰδὼς, ὀρθῶς ἀπεκρίθης φησί· τοῦτο ποίει καὶ ζήσῃ· ἐκπέπτωκε τῆς θήρας (3) ὁ νομικὸς, ἐῤῥάγη τῆς ἀπάτης τὸ λίνον· οὐκοῦν ἐπιφωνῶμεν αὐτῷ τὸ διὰ τῆς Ἱερεμίου φωνῆς, ἠγρεύθης καὶ ἐλήφθης. – Ἀποτυχὼν τῆς θήρας, ἐκκεκύλισται πρὸς φιλοδοξίαν· ἐξ ἀπάτης, εἰς ὑπεροψίαν· ἀλλήλαις ὥσπερ αὐτὸν αἱ κακίαι κιχρῶσιν· ἠρώτησε γὰρ οὐ μαθεῖν θέλων ἀλλ' ἢ, φη-

(1) Corderius in sua lat. catena a loci sensu prorsus aberrans scribit: *verum incitat me rursus cacoethes in sermonem legisperiti.*

(2) Perverso rursus sensu Corderius: *ut eum risui haberet.*

(3) Corderius, mendose legens θύρας, ait: *iurisperitus a ianua.* Item voc. ἠγρεύθης vertit *venabatur*, pro *praeda fuisti.* Sed omnia huiusmodi animadvertere iam desinam; est enim id prope inutile vel certe odiosum, praesertim quia scriptores omnes multifariam labimur.

σιν ὁ εὐαγγελιστὴς, θέλων ἑαυτὸν δικαιῶσαι· ἄθρει δὲ ὅπως ἐκ φιλαυτίας τε ὁμοῦ καὶ ὑπεροψίας, ἀναίδην ἀνεφώνει· καὶ τίς ἐστί μου πλησίον; τίς ἐστὶν οὗτος, φησὶν, ἵνα τοῦτον ὡς ἐμαυτὸν ἀγαπήσω; ὑπερέχω πάντων· εἰμὶ νομικός· κρίνω πάντας, οὐ κρίνομαι παρά τινος· δικάζω, καὶ οὐ δικάζομαι· πάντων διαφέρω· πάντων κρείττων τυγχάνω· πᾶσιν ἐπιτάττω· πάντες μου χρήζουσιν, ἐγὼ δὲ χρήζω οὐδενός· τίς μου ἄρα ἐστὶ πλησίον, ἵνα τοῦτον ὡς ἐμαυτὸν ἀγαπήσω; οὐδεὶς αὖ, νομικὲ, κατὰ σέ; πάντων ἐπέκεινα σαυτὸν ἀποφέρεις; κατήνεγκε τὴν ὀφρῦν· μέμνησο τοῦ λέγοντος παροι-
¹ Prov. XIII. 10. μιαστοῦ· * οἱ δὲ ἑαυτοῖς ἐπιγνώμονες, σοφοί· ὄντως ἐν τούτοις ἡ τῆς ζωῆς δύναμις ἐν τῷ ἀγαπᾷν τὸν θεὸν καὶ πλησίον, οὐκ ἀλλαττομένοις ὑφ᾽ ἡμῶν, ἀλλ᾽ ἐπιτεινομένοις ὑπὲρ τὰ μέτρα τὰ ἰουδαϊκὰ, καὶ τῆς ἐπιτάσεως ἐμπεριεχομένης δυνάμει τοῖς εἰρημένοις ἐπιτάγμασι· τὸ γὰρ ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ψυχῆς, καὶ ἰσχύος τὸν θεὸν ἀγαπᾷν, ὑπεξαιρεῖ τὴν πρὸς χρήματα, τὴν πρὸς ἡδονὴν, τὴν πρὸς κενὴν δόξαν ἀγάπην· ἐξάγει κοσμικῆς διαθέσεως, ἐκλεκτὸν ἀπὸ κόσμου καθίστησι, συνάπτει Χριστῷ, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, χριστιανὸν ἐξ ἰουδαίου ποιεῖ· ἥ τε πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη καλῶς νοουμένη, ὅταν μὴ πρὸς τὸ ὁμοεθνὲς ᾖ μόνον, ἀλλὰ πρὸς πᾶν τὸ ὁμογενὲς, ἀκόλουθος τῇ πρὸς θεὸν ἀγάπῃ καθίσταται· προσλαμβάνουσα καὶ τὸ κατὰ μίμησιν Χριστοῦ, τὸ μὴ μόνον ὡς ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἑαυτόν· ὥστε θεῖναι τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν φίλων, ὅπερ ὁ κύριος πεποίηκεν· ἐπαινεθεὶς μέν τοι ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ὁ νομικὸς, ὡς καλὴν τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο, τὴν ἀλαζονείαν ἐξέρρηξεν· οὐδένα εἶναι πλησίον ἑαυτοῦ τιθέμενος, ὡς οὐδενὸς ὄντος αὐτῷ κατὰ τὴν δικαιοσύνην ἐφαμίλλου· τοιαῦτα δὴ φρονῶν οἷα ἐκεῖνος ὁ φαρισαῖος, ὁ λέγων· οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων· οὐκ εἰδὼς ὡς τοῦτο διαφθείρει τὴν δικαιοσύνην, τὸ μὴ ἐξ ἀγάπης ὃ πράττει ποιεῖν· ἐνδεὴς οὖν καὶ οὗτος τῆς ἀγάπης ἁλίσκεται· πάντως μὲν καὶ τῆς πρὸς θεὸν, οὐ

semet iustum ostendere studebat. Et videsis quomodo et sui nimis amans et simul tumidus impudenter respondet: et quis est meus proximus? Quis est hic, inquit, ut eum tamquam me ipsum amem? Ego enim cunctis emineo, legis doctor sum, sententiam dico in omnes, nemo in me; iudico et non iudicor, excedo dignitate omnes, cunctis praesto, cunctis impero. Quis est, inquam, proximus meus, ut hunc ceu me ipsum diligam? Nemo igitur, o legis doctor, tibi est comparandus? Cunctis superiorem te facis? Demitte supercilium, memento quid dicat proverbiorum auctor: sui ipsius cognitores, sapientes sunt. Revera in his tota vitae virtus consistit, in Deo scilicet amando ac proximo: quae quidem a nobis praecepta non immutantur, sed ultra iudaicam mensuram extenduntur: cuius extensionis virtus, praedictorum praeceptorum utrumque complectitur. Namque ex toto corde et anima et viribus Deum amare, expellit amorem divitiarum, voluptatum, vanaeque gloriae; abstrahit a mundi affectu, a mundo separat, Christo copulat; atque ut summatim dicam, christianum ex iudaeo facit. Item proximi amor recte intellectus, nempe si erga non unam gentem fuerit, sed erga omne nobis connaturale genus, caritatem erga Deum subsequitur; adiiciens etiam, per Christi imitationem, ut ne tantummodo sicuti nosmet ipsos proximum diligamus, verum etiam supra nos; in tantum, ut animam quoque pro dilectis hominibus ponamus, quod fecit Dominus. Porro laudatus a Servatore nomicus quod pulchrum responsum fecisset, in superbiam erupit, neminem sibi proximum esse statuens; quasi nemo iustitiae merito secum certare posset. Ita apud se existimans ceu pharisaeus ille qui aiebat: non sum sicut ceteri hominum. Nempe ignorans, iustitiam corrumpi, nisi quod fit, caritate fiat. Et hic itaque caritate carere convincitur; neque illa tantummodo erga Deum, sed sine dubio etiam

illa quae tendit in proximum, quandoquidem is neminem sibi proximum iudicat. Exploratum quippe est, eum qui fratrem quem videt non diligit, non posse Deum quem non videt diligere.

Homo quidam descendebat etc.

Animadverte quomodo proximum designat Salvator, non ex genere illum definiens, non virtute probans, sed ex sola natura denotans, narratione quam facit de quodam a latronibus male mulcato, cui misericordiam abs quovis homine deberi ait, ita ipsa natura exigente. Insuper in ea parabola docet, facilius proximum connaturalem a non superbo inveniri, quam a superbo: samaritanus enim sacerdote et levita melior apparet: hi enim semivivum iacentem, et suprema calamitate correptum praeterierunt, nulla humanitate commoti, neque caritatis oleum ei affundentes, sed inclementem potius crudelemque indolem retinentes. Contra vero alienigena et samaritanus implevit caritatis legem. Audi ergo etiam parabolam. Suscipiens autem Iesus etc.

Et imponens illum in iumentum suum etc.

Alioqui vero, quia uti scriptum est, homo quum in honore esset, non intellexit, sed comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis, atque omni beluina ac effreni cupiditate laborare coepit; factus generis nostri inchoatio Christus, qui peccatum nescivit, in se ipso primo nos ostendit beluinarum harum cupiditatum victores. Ipse enim infirmitates nostras suscepit, morbosque gestavit. Propterea dixit, quod illum cui medebatur in iumentum suum imposuerit; in se enim nosmet ferebat, quia membra sumus corporis eius. Sed et in publicum hospitium duxit; hospitium ecclesiam vocans, quae cunctos excipit continetque. Neque enim iam, secundum legalis umbrae typicique cultus angustias audiemus: non intrabit Ammanita ac Moabita in ecclesiam Dei; sed euntes, docete omnes gentes. Itemque:

μὴν ἀλλὰ καὶ τό γε πρὸς τὸν πλησίον, ἐμφανῶς, ὅπου οὐδὲ εἶναί τινα πλησίον ἑαυτοῦ λογίζεται· δῆλον δὲ ὅτι τὸν ἀδελφὸν οὐκ ἀγαπῶν ὃν ἑώρακεν, οὐ δύναται θεὸν ἀγαπᾷν ὃν οὐχ' ἑώρακεν.

Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν κ. τ. λ. v. 30.

Ὅρα δὲ πῶς δείκνυσιν τὸν πλησίον ὁ E. f. 179.
σωτὴρ τίς ἐστιν, οὐ γένει διορίζων, οὐκ ἀρετῇ δοκιμάζων, ἀλλὰ τῇ φύσει συνάπτων, διηγούμενος περὶ τοῦ δεῖνα πεπονθότος ὑπὸ λῃστῶν, ᾧ φιλανθρωπία παρὰ παντὸς ἀνθρώπου προσήκει, τοῦτο τῆς φύσεως αὐτῆς ἀπαιτούσης· συνεπιδείκνυται δὲ ἐν τῇ παραβολῇ καὶ τοῦτο, ὅτι μᾶλλον εὑρίσκει τὸν κατὰ φύσιν πλησίον ὁ μὴ τετυφωμένος, ἤπερ ὁ τετυφωμένος· σαμαρείτης γὰρ ὑπὲρ ἱερέα καὶ λευΐτην· ὅτι οἱ μὲν κείμενον ἡμιθνῆτα καὶ ἐν ἐσχάτοις ὄντα κακοῖς, ἀντιπαρῆλθον, οὐδὲν ἐπ' αὐτῷ πεπονθότες ἀνθρώπινον, οὐ τὸ ἐξ ἀγάπης ἔλαιον ἐπιστάξαντες, ἀσυμπαθὲς δὲ μᾶλλον καὶ ἀπηνὲς ἐσχηκότες τὸ φρόνημα· ὅ γε μὴν ἀλλογενὴς καὶ τελῶν ἐν σαμαρείταις πεπλήρωκε τῆς ἀγάπης τὸν νόμον· ἄκουε γοῦν καὶ τῆς παραβολῆς. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς κ. τ. λ.

Ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος κ. τ. λ.

Ἄλλως δὲ, ἐπειδὴ κατὰ τὸ γεγραμμένον *, . f. 144. B. f. 106. b. E. f. 180. b. * Ps. XLVIII. 21.
ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκεν, ἀλλὰ παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς, καὶ πᾶσαν μὲν ἐπιθυμίαν βοσκηματώδη καὶ ἀκόλαστον κατηῤῥώστησεν· ἀπαρχὴ γενόμενος τοῦ γένους ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν, ἐν ἑαυτῷ πρῶτον ἔδειξε τούτων τῶν κτηνωδῶν παθῶν ὑπεραναβάντας ἡμᾶς· αὐτὸς γὰρ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε· διὰ τοῦτο εἶπεν, ὅτι τὸν τυχόντα τῆς θεραπείας, ἐπὶ τὸ ἴδιον ὑποζύγιον ἀνεβίβασεν· ἐν ἑαυτῷ γὰρ ἡμᾶς ἔφερεν, ὅτι ἐσμὲν μέλη τοῦ σώματος αὐτοῦ· ἀλλὰ μὴν, καὶ εἰς πανδοχεῖον ἀπήγαγε· πανδοχεῖον δὲ, τὴν ἐκκλησίαν καλεῖ, τὴν πάντων γενομένην δεκτικὴν καὶ χωρητικήν· οὐκέτι γὰρ κατὰ τὸ στενὸν τῆς νομικῆς σκιᾶς καὶ τῆς ἐν τύποις λατρείας ἀκουσόμεθα *, οὐκ εἰσελεύσεται Ἀμμανίτης καὶ * Deut. XXIII. 3.
Μωαβίτης εἰς ἐκκλησίαν θεοῦ, ἀλλὰ πο-

* Matth. XXVIII. 29. ῥηθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη· * καὶ, ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος τὸν κύριον καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ
* Act. X. 35. ἐστι· * καὶ ἀπαγαγὼν, μείζονος ἐπιμελείας ἠξίωσε· καὶ γὰρ τῆς ἐκκλησίας συλλεγείσης ἐκ τῶν τῇ πολυθεΐᾳ νενεκρωμένων ἐθνῶν, αὐτὸς ἦν ὁ Χριστὸς ἐν αὐτῇ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, οἰκῶν καὶ ἐμπεριπατῶν, καὶ πᾶσαν πνευματικὴν δωρούμενος χάριν· ὅθεν καὶ τῷ προεστῶτι τοῦ πανδοχείου (νοηθείη δ' ἂν οὗτος τύπον ἐπέχειν τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν μετ' αὐτοὺς ποιμένων καὶ διδασκάλων) εἰς οὐρανοὺς ἀνιὼν ἔδωκε δύο δηνάρια, προνοεῖν ἐπιμελῶς τοῦ ἠῤῥωστηκότος· καὶ προσθεὶς, ὡς ἐάν τι προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με ἀποδώσω σοι· δύο δηνάρια, τὰς δύο διαθήκας φησὶ, τήν τε διὰ τοῦ νόμου Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν, τήν τε διὰ τῶν εὐαγγελίων δοθεῖσαν καὶ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων· καὶ ἀμφοτέρας ἑνὸς οὔσας θεοῦ, καὶ μίαν εἰκόνα τοῦ ἄνω καὶ ἑνὸς βασιλέως φερούσας, ὡς τὰ δηνάρια, καὶ τὸν αὐτὸν μὲν χαρακτῆρα ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ τῶν ἱερῶν λογίων ἐνσφραγιζομένας καὶ ἐντυπούσας, ἐπείπερ καὶ ἓν αὐτὰς καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα λελάληκεν· ἐῤῥέτω γὰρ Μάνης, καὶ πρὸ αὐτοῦ Μαρκίων, οἱ ἀθεώτατοι, διαφόροις θεοῖς ταύτας μερίζοντες (1)· ἑνὸς γὰρ βασιλέως ἐστὶ τὰ δύο δηνάρια, καὶ κατὰ ταυτὸν καὶ ὁμοτίμως δοθέντα τῷ προεστῶτι τοῦ πανδοχείου παρὰ Χριστοῦ· ἃ δὴ καὶ λαβόντες οἱ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ποιμένες, καὶ μετὰ πόνων καὶ ἱδρώτων ταῖς διδασκαλίαις πλατύναντες, καὶ οἴκοθεν προσδαπανήσαντες, καὶ διὰ τῆς δαπάνης μᾶλλον αὐξήσαντες (τοιοῦτον γὰρ τὸ νοητὸν ἀργύριον ἐξ ὧν δαπανᾶται, μὴ μειούμενον ἀλλ' αὐξόμενον, ὅπερ ὁ τῆς διδασκαλίας λόγος ἐστὶν) ἐπανερχομένῳ τῷ δεσπότῃ κατὰ τὴν τελευταίαν ἡμέραν, ἐροῦσιν ἕκαστος· κύριε, δύο δηνάρια δέδωκάς μοι· ἰδοὺ προσδαπανήσας οἴκοθεν, ἕτερα δύο κεκέρδηκα, δι' ὧν τὸ ποίμνιον ηὔξησα· καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ· εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου.

in omni gente, qui timet Dominum et operatur iustitiam, acceptus est illi. Et sic deductum aegrum, maiore adhuc cura prosecutus est. Nimirum in ecclesia, quae ex gentibus polytheismo mortuis constat, Christus ipse versatur, uti scriptum est, habitans et inambulans, et spiritalem omnem suppeditans gratiam. Unde et hospitii praefecto (hic autem figuram gerere credendus est apostolorum et reliquorum post ipsos pastorum ac magistrorum) cum in caelum abiit, duos dedit denarios ut diligentem aegroto curam impenderent. Addens etiam: et si quid supererogaveris, ego quum rediero reddam tibi. Duos denarios dicit testamenta duo, nempe illud a Moysis lege prophetisque, et hoc ab evangelio atque apostolicis constitutionibus datum; quae ambo a Deo sunt, unamque imaginem superni uniusque regis prae se ferunt, ut denarii solent; eundemque cordibus nostris characterem per sacras doctrinas imprimunt ac repraesentant; quoniam utrumque unus et idem Spiritus dictavit testamentum. Facessat enim Manes, et ante eum Marcion, irreligiosissimi homines, qui diversis diis ea attribuerunt. Unius profecto regis ambo denarii sunt, eodemque actu ac valore dati praefecto hospitii a Christo. Quos quidem acceptos sanctissimarum ecclesiarum pastores, nec sine labore ac sudoribus ampliantes, et de propria etiam crumena aliquid proferentes, et usu potius augentes (hoc enim spiritale argentum impensis non minuitur, sed augetur, cuiusmodi reapse est doctrinae magisterium) revertenti postrema die Domino dicent unusquisque: Domine, duos denarios dedisti mihi: ecce insuper mea industria expendens, duos alios lucratus sum, quibus gregem amplificavi. Ille vero respondens dicet: euge, serve bone et fidelis; quia in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium Domini tui.

(1) Hanc Marcionis cum Manete impiam consensionem narrat etiam sanctus Epiphanius haeres. XLII. cap. 4.

Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones?

Merito Dominus interrogavit, quemnam e tribus proximiorem se demonstrasse patienti existimaret? Hic autem, illum puto, inquit, qui misericors fuit. Non enim sive sacerdos sive levita proximus fuit patienti, sed qui misertus est eius. Tunc ait Christus: vade, et tu fac similiter. Est enim inutilis sacerdotii dignitas his qui eam sortiti sunt; item iis qui videntur legis periti, hoc nomine appellari non prodest, nisi factis ipsis iustam famam obtineant. En caritatis corona texitur ei qui proximum adamavit. Erat hic samaritanus, non tamen idcirco abiectus. Propterea testatus est discipulorum princeps, beatus nimirum Petrus his verbis utens: vere comperimus, non esse personarum acceptorem Deum; sed in omni gente quisquis eum timet, et operatur iustitiam, acceptum illi esse. Recipit enim omnes bonorum operum studiosos virtutis amans Deus, eosque diligit, et amicorum loco habet, ac futuris bonis dignatur.

Mulier quaedam Martha nomine excepit illum in domum suam.

Verumtamen ut haec historia demonstrat, magnum quid est et pretiosum hospitalitatis officium. Testabitur et sapientissimus Paulus dicens: hospitalitatis nolite oblivisci. Talis erat Martha quae Dominum hospitio excepit, quam imitari praeclarum est: sicuti etiam sororem eius cupidissimam discendi Mariam, quae Domini pedibus adsidens, doctrinis eius mentem suam complebat. Erudiit item hoc facto discipulos suos Servator, ut cognoscerent qualiter quove modo in hospitum suorum domibus diversari debeant. Oportet enim ingressos non tam supinari ad oblectationes, ne harum causa videantur apud aliquos hospitari, sed ut potius hospites suos sacris divinisque doctrinis impleant. Verumtamen ii qui victum iis largiuntur, occurrant hilares alacresque, non tam ut dantes quam

Τίς οὖν τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοι πλησίον γεγονέναι τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς;

Εἰκότως ὁ κύριος ἤρετο, τίνα τῶν τριῶν πλησίον γενέσθαι νενόμικε τοῦ πεπονθότος; ὁ δὲ, ὁ ποιήσας, φησὶ, τὸ ἔλεος μετ᾽ αὐτοῦ· οὔτε γὰρ ὁ ἱερεὺς, οὔτε ὁ λευΐτης πλησίον γέγονε τοῦ πεπονθότος, ἀλλ᾽ ὁ οἰκτισάμενος· καὶ πρὸς ταῦτα Χριστὸς, πορεύου καὶ σὺ ποίει ὁμοίως· ἀνόνητον γὰρ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα, τοῖς λαχοῦσιν αὐτὸ, καὶ τοῖς δοκοῦσιν εἶναι νομομαθέσι, τὸ ὀνομάζεσθαι νομομαθεῖς, εἰ μὴ δι᾽ αὐτῶν εὐδοκιμοῦσι τῶν ἔργων· ἰδοὺ γὰρ πέπλεκται τῆς ἀγάπης ὁ στέφανος τῷ τὸν πλησίον ἠγαπηκότι· σαμαρείτης μὲν γὰρ ἦν, ἀλλ᾽ οὐκ ἀπόβλητος· διὰ τοῦτο μεμαρτύρηκεν ὁ πρῶτος ἐν μαθηταῖς, τουτέστιν ὁ μακάριος Πέτρος, ὧδέ πως φήσας· * ἐπ᾽ ἀληθείας καταλαμβάνομεν ὅτι οὐκέτι προσωπολήπτης ὁ θεὸς, ἀλλ᾽ ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν καὶ ποιῶν δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστι· προσίεται γὰρ ἅπαντας τοὺς τῶν ἀγαθῶν ἐπιτηδευμάτων ἐραστὰς ὁ φιλάρετος κύριος, καὶ ἀσπάζεται, καὶ γνησίους τίθησι, καὶ τῶν μελλόντων ἀξιοῖ ἀγαθῶν.

A. f. 146.
E. f. 189. b.
* Act. X. 34.

Γυνὴ δέ τις ὀνόματι Μάρθα ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.

Πλὴν κατὰ τὴν ἱστορίαν, μέγα τι χρῆμα καὶ ἀξιόκτητον, ὁ τῆς φιλοξενίας τρόπος· καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ σοφώτατος Παῦλος *, τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· τοιαύτη τίς ἡ Μάρθα ὑποδεχομένη τὸν κύριον, ἣν καλὸν καὶ μιμήσασθαι· ὥσπερ καὶ τὴν φιλομαθεστάτην αὐτῆς ἀδελφὴν Μαρίαν, ἣ τοῖς τοῦ σωτῆρος ποσὶ προσιζήσασα, τῶν παρ᾽ αὐτοῦ διδαγμάτων τὴν ἑαυτῆς ἐμπίπλησι φρένα· ὀνίνησι δὲ πάλιν καὶ διὰ τούτων ὁ σωτὴρ τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, ἵν᾽ εἰδεῖεν, ὅπως τε καὶ τίνα τρόπον, ταῖς τῶν ἐπιδεχομένων αὐτοὺς οἰκίαις ἐνδιαιτᾶσθαι χρή· δεῖ γὰρ εἰσβάλλοντας, οὐκ ὑπτιοῦσθαι μᾶλλον εἰς ἀνέσεις, οὔτε μὴν ὅλως δοκεῖν ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, καταλύειν παρά τισιν, ἀλλ᾽ ἵνα μᾶλλον αὐτοὺς ἐπιμεστώσειαν μαθημάτων θείων καὶ ἱερῶν· οἱ δὲ τὴν ἑστίαν αὐτοῖς ἀνευρύνοντες, ὑπαντάτωσαν ἱλαροὶ καὶ πρόθυμοι·

A. f. 146. b.
* Hebr. XIII. 2

οὐχ' ὡς διδόντές τι μᾶλλον, ἀλλ' ὡς αὐτοὶ ληψόμενοι, κατὰ διττὸν τρόπον· πρῶτον μὲν γὰρ τῆς παρὰ τῶν ξενιζομένων ἐντρυφήσουσι μυσταγωγίαις· εἶτα πρὸς τούτῳ, καὶ τὸν τῆς φιλοξενίας κερδανοῦσι μισθόν· ἀποδεχόμενοι δὲ εἰς ἑστίαν τοὺς ἀδελφοὺς, μὴ περισπάσθωσαν περὶ πολλὴν διακονίαν, μὴ ζητείτωσαν τὰ ὑπὲρ χεῖρα καὶ χρείαν· λυπεῖ γὰρ πανταχοῦ ἐν παντὶ πράγματι τὸ περιττόν· ἐνεργάζεται μὲν γὰρ τοῖς φιλοξενεῖν ἐθέλουσι, ὄκνον· καμάτου δὲ τοῖς ἑστιωμένοις εὑρίσκεται πρόξενον.

ut accepturi; idque duplici ex causa; primum quidem quia hospitum suorum fruentur doctrinis; deinde etiam quia hospitalitatis mercedem consequentur. Dum autem convivio excipiunt fratres, ne multo ministerio distrahantur, nec praeter id quod ad manum usumque fuerit, quicquam requirant: molestum enim est ubique et in omni re quicquid est nimium: nam et eos qui exhibere hospitalitatem vellent, remoratur; et iis qui recipiuntur hospitio grave est.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

v. 1. Ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προσευχόμενον.

Cap. XI.

Cum esset in quodam loco orans.

μήσαντας λόγον, ἀλλ' οὐδὲ συναφθέντας ἐμοὶ διὰ πράξεων ἀγαθῶν· ἀκολούθως καὶ πρὸς Μωϋσέα εἴρηται· * οἶδα σε παρὰ πάντας, καὶ χάριν εὗρες παρ' ἐμοί· ἀντὶ τοῦ ἐν οἰκειότητι τῇ ὑπὲρ πάντας ἐτέθης παρ' ἐμοὶ, καὶ πολλὴν ἐπορίσω τὴν χάριν· οὐκοῦν καὶ περὶ τῶν οὐδαμόθεν οἰκειωθέντων αὐτῷ, λέγει· * οὐκ οἶδα ὑμᾶς· ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, ἐργάται τῆς ἀδικίας· οὐδὲ μία γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος.

* Exod. XXIII. 12.
* Matth. VII. 23.

Τίνες δ' ἂν νοηθεῖεν οἱ λέγοντες τῷ Χριστῷ τὸ ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν ἐνώπιόν σου; (v. 26) ἁρμόσειεν ἂν ὁ τοιόσδε λόγος μάλιστα τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, οἷς δὴ καὶ ἔφη Χριστός· ὅτι ὄψεσθε τοὺς περὶ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τοὺς προφήτας (v. 28) ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ, ἑαυτοὺς δὲ ἐκβαλλομένους ἔξω· πῶς οὖν ἤσθιον καὶ ἔπινον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ; τὴν νομικὴν τηροῦντες λατρείαν· προσκομίζοντες γὰρ τῷ θεῷ τὰς δι' αἵματος θυσίας, ἤσθιον καὶ ηὐφραίνοντο· ἠκροῶντο δὲ καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν Μωϋσέως βιβλίων· οὐ τὰ ἑαυτοῦ γεγραφότος μᾶλλον, ἑρμηνεύοντος δὲ τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ· προανετίθει γὰρ ἀεὶ τῆς ἑαυτοῦ φωνῆς, τὸ τάδε λέγει κύριος· ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ πρὸς δικαίωσιν, ἡ δι' αἱμάτων λατρεία· οὐδ' ἂν ἀπονίψαιτό τις μολυσμοὺς, ἀκροατὴς μὲν τῶν θείων γενόμενος νόμων, πεπραχὼς δὲ οὐδὲν τῶν κεκελευσμένων· καὶ ἑτέρως δὲ τὴν πίστιν οὐ προσηκάμενοι τὴν δικαιοῦσαν τὸν ἀσεβῆ, οὐδὲ τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασιν ἀκολουθήσαντες, δι' ὧν ἦν δύνασθαι τὴν εὐφυᾶ καὶ ἐξειλεγμένην ἐξασκῆσαι ζωὴν, πῶς ἂν εἰσηλάσειαν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ; ἐπαριθμήσεις τοῖς ὠνομασμένοις καὶ ἑτέρους τινὰς δυναμένους εἰπεῖν ἔσθ' ὅτε τῷ πάντων κριτῇ· ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἡμῶν ἐδίδαξας· καὶ τίνες ἂν εἶεν οὗτοι πάλιν; πολλοὶ πεπιστεύκασιν εἰς Χριστὸν, καὶ τὰς ἁγίας ἐπ' αὐτῷ τηροῦσιν ἑορτὰς, φοιτῶντες δὲ καὶ ἐν ἐκκλησίαις, τῶν εὐαγγελικῶν ἀκροῶνται παιδευμάτων· ἀποτίθενται δὲ εἰς νοῦν, τῶν γεγραμμένων οὐδέν· ἀλλὰ καὶ πνευματικῆς εὐκαρπίας γυμνὴν ἔχουσι τὴν καρδίαν· κλαύσονται οὖν καὶ οὗτοι πικρῶς, καὶ βρύξουσι τοὺς ὀδόντας· ἀρνήσεται γὰρ καὶ αὐτοὺς ὁ κύριος· ἔφη γοῦν· * οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι κύριε κύ-

* Matth. VII. 21

ριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

v. 29. Ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν κ. τ. λ.

A f. 198. B f. 199. Πολλοὶ συνελεύσονται τοῖς ἁγίοις, αὐτοὶ δὲ ἐξωσθήσονται· καὶ τὴν πρώτην ἐσχηκότες τάξιν, τὴν δευτέραν ἕξουσι τότε, προτεταγμένων ἑτέρων, ὃ καὶ γέγονε· προτετίμηνται γὰρ τὰ ἔθνη τῆς Ἰουδαίων ἀγέλης· εἰ καὶ περὶ πολλῶν ἑτέρων καὶ ἀδιορίστως τοῦτο εἴρηται· ἔσονται οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστοὶ πρῶτοι, οἱ δοκοῦντες ἔσχατοι νῦν, ὡς ἔσχατοι τὸν θεὸν ἐπιγνόντες· ἔσονται δὲ τότε πρῶτοι διὰ τὴν εἰλικρινῆ πίστιν αὐτῶν· οἱ δὲ ἄπιστοι Ἰουδαῖοι, οἱ δοκοῦσι μὲν πρῶτοι νῦν, ὡς πρῶτοι τὸν θεὸν ἐπιγνόντες (υἱὸς γάρ φησι πρωτότοκός μου Ἰσ-
Exod. IV. 22. ραὴλ *) ἔσονται τότε ἔσχατοι διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν· νοεῖται δὲ ὁ λόγος καὶ περὶ τῶν πιστῶν τῶν δοκούντων μὲν εἶναι ἐσχάτων ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἐσομένων δὲ πρώτων ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, καὶ αὖθις ἐναλλάξ.
A. f. 198. — Ὅτι δὲ ἔμελλον Ἰουδαῖοι τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος, δῆλον δὲ ὅτι πνευματικῆς, ὁλοτρόπως ἀπολισθεῖν, ἀντεισενεχθήσεσθαι δὲ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, διέδειξεν εἰπών· ὅτι ἐξ ἠοῦς καὶ δυσμῶν καὶ βορρᾶ καὶ νότου κεκλημένοι πολλοὶ συναναπαύσονται τοῖς ἁγίοις· αὐτοί γε μὴν ἐξωσθήσονται· [οὗτοι δὲ] ἀνακλιθήσονται ἐν τῇ
J A f. 198. b. βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ. — Καὶ πρῶτον μὲν καιρὸν λογιούμεθα ὡς εἴρηται (1), καθ' ὃν ἦν ἐν παραδείσῳ Ἀδάμ· δεύτερον, ὡς ἐν ὥρᾳ τρίτῃ δηλούμενον, καθ' ὃν ἦν Νῶε· τρίτον, ὡς ἐν ἕκτῃ, καθ' ὃν ἦν Ἀβραάμ· τέταρτον, ὡς ἐν ἐννάτῃ, καθ' ὃν ἦν Μωϋσῆς καὶ οἱ προφῆται· περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην, τουτέστιν ἐν τῷ πέμπτῳ καιρῷ, συστελλομένης ἤδη τῆς ἡμέρας, ἤγουν τοῦ παρόντος αἰῶνος, ἐμισθώσατο τὰ ἔθνη ὁ Χριστὸς, κεκλημένα πρὸς ἐπίγνωσιν, παρ' οὐδενὸς ἑτέρου.

sed qui facit voluntatem patris mei qui in caelis est.

Venient ab oriente et occidente etc.

Multi convenient cum sanctis, ipsi autem Israhelitae expellentur. Et qui primas partes tenuerant, tunc secundas occupabunt, aliis sibi praepositis, quod reapse accidit: nam gentes praelatae sunt iudaico gregi. Quamquam de multis quoque aliis atque indefinite haec dicta sunt. Erunt autem priore loco qui ex ethnicis crediderunt, illi scilicet qui nunc sunt postremi, ceu qui postremo tempore Deum agnoverunt. Erunt vero tunc primi propter fidem suam sinceram. At increduli Iudaei, qui nunc priores videntur, quatenus priores Deum cognoverunt (nam filius meus, inquit scriptura, primogenitus Israhel) tunc incredulitatis suae causa fient novissimi. Intelligitur sermo hic etiam de fidelibus, qui in hac vita videntur infimi, sed in futuro saeculo primi erunt; et vice versa. — Quod autem Iudaei amicitiam Dei, spiritalem scilicet, omnino forent amissuri, proque iis gentium multitudo introducenda, demonstravit dicens: quod ab oriente et occidente, aquilone, et austro, vocati multi requiescent cum sanctis. Et illi quidem expellentur, hi autem accumbent in regno Dei. — Et primum quidem tempus esse putamus, ut diximus, quo erat in paradiso Adamus. Secundum, ceu si esset tertia hora denotatum, quo fuit Noë. Tertium, quasi hora sexta, dum viveret Abrahamus. Quartum, quasi hora nona, quo tempore fuerunt Moyses atque prophetae. Undecima denique hora id est quinto temporis spatio, die iam inclinante, id est praesente saeculo, mercede gentes conduxit Christus, quas nemo praeter ipsum ad se cognoscendum vocavit.

(1) Reapse haec partim dicta fuerunt p. 315. Et quidem hoc fragmentum pertinere potius videtur ad Cyrilli in Matthaeum (cap. XX.) commentarium qui desideratur; illic enim actum fuit de parabola vineae. Porro similia his scribit Cyrillus in suo de praedicta parabola sermone ad populum, quem graece nos edidimus in Spicilegio rom. T. V. p. 119. seqq.

(1) Accesserunt quidam pharisaei dicentes: exi, et vade hinc.

Nolebant propter invidiam pharisaei Christum habitare Hierosolymis, ne miraculis et superioribus legi doctrinis ad fidem suam multos pertraheret. Sed quia utpote Deus cogitationes illorum non ignorabat, respondet mansuete tecteque, pro more suo. Dicite, inquit enim vulpi huic. — Sedulo animadverte sermonis vim. Videtur enim fortasse dictum hoc contra Herodis personam dirigi, ut quidam existimant; reapse tamen contra pharisaei hominis potius nequitiam intenditur. Nam quum dicere potuisset: dic vulpi illi, hoc non facit: sollertissime vero medio quodam usus vocabulo, demonstrat pharisaeum praesentem, dicens: vulpi huic. Vulpi autem comparat hominem: est enim illud animal callidum et malignum, cuiusmodi erant pharisaei.

Ecce eiicio daemonia, et sanitates perficio hodie et cras, et tertia die consummor.

Viden ut quod molestum esse pharisaeorum globo sciebat, hoc se facere profitetur? dicens videlicet se impuros increpiturum spiritus, aegros morbis expediturum, et ipsum se denique consummatum iri; id est sponte laturum crucis passionem, ut terrarum orbi saluti sit. Sciebat ergo et quomodo et quando mortem in carne foret experturus: interim tamen putabant pharisaei timeri ab eo Herodis manum, licet virtutum esset dominus. Sed enim quod hominum iniquae potentiae nullam rationem haberet, demonstravit dicens: « verumtamen oportet me hodie et cras et sequenti die ambulare; quia non capit prophetam perire extra Hierusalem. » Cum dicit « oportet me » haud inevitabilem imminentemque sibi necessitatem in-

Προσῆλθόν τινες φαρισαῖοι λέγοντες· ἔξελθε, καὶ πορεύου ἐντεῦθεν. v. 31.

B. f. 136. b. D. f. 55. b. Οὐκ ἤθελον ὑπὸ βασκανίας οἱ φαρισαῖοι τὸν Χριστὸν ἐνδημεῖν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἵνα μὴ ταῖς θεοσημείαις, καὶ ταῖς ὑπὲρ νόμον μυσταγωγίαις πρὸς τὴν αὐτοῦ πίστιν σαγηνεύσῃ πολλούς· ἐπειδὴ δὲ θεὸς ὢν οὐκ ἠγνόει τοὺς αὐτῶν διαλογισμούς, ὑποπαντᾷ πρᾴως τε καὶ ἐπεσκιασμένως ὡς ἔθος αὐτῷ· εἴπατε γάρ φησι τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ. — Πρόσχες ἀκριβῶς τῇ τοῦ (A. f. 198. b.) λόγου δυνάμει· δοκεῖ μὲν γάρ πως τετράφθαι καὶ βλέπειν εἰς τὸ Ἡρώδου πρόσωπον, τὸ εἰρημένον, ὥς τινες ἐνόμισαν· ἔρχεται δὲ μᾶλλον κατὰ τῆς τοῦ φαρισαίου σκαιότητος· καί τοι γὰρ δυνάμενος εἰπεῖν, εἰπὲ τυχὸν τῇ ἀλώπεκι ἐκείνῃ, τοῦτο μὲν παρίησιν· εὐφυέστατα δὲ μέσῃ τινὸς χρώμενος φωνῇ, μονονουχὶ κατέδειξεν ἐγγὺς ὄντα φαρισαῖον, εἰπὼν τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ (2)· τῇ ἀλώπεκι δὲ παρεικάζει τὸν ἄνθρωπον· πανοῦργον γὰρ ἀεί πως ἐστὶ καὶ δύστροπον τὸ θηρίον· τοιοῦτοι καὶ οἱ φαρισαῖοι.

Ἰδοὺ ἐκβάλλω δαιμόνια καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον· καὶ τῇ τρίτῃ, τελειοῦμαι. v. 32.

A. f. 198. b. B. f. 1[illegible]. D. f. [illegible]. b. E. f. 20[illegible]. b. Ὁρᾷς ὅτι τοῦθ᾽ ὅπερ ᾔδει λυπεῖν τὸ τῶν φαρισαίων στῖφος, ἀποπληροῦν ἐπαγγέλλεται; φάσκων ὅτι καὶ ἀκαθάρτοις ἐπιτιμήσει πνεύμασι, καὶ ἀπαλλάξει παθῶν τοὺς ἐν ἀρρωστίαις, καὶ τελειωθήσεται· τουτέστιν ἑκὼν ὑπομενεῖ τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος, ὑπέρ γε τοῦ σῶσαι τὴν ὑπ᾽ οὐρανόν· ᾔδει δὴ οὖν ἄρα καὶ πῶς καὶ πότε τὸν κατὰ σάρκα θάνατον ὑποστήσεται· πλὴν ᾠήθησαν οἱ φαρισαῖοι κατορρωδήσειν αὐτὸν τὴν Ἡρώδου χεῖρα, καί τοι τῶν δυνάμεων ὄντα κύριον· ὅτι δὲ τῆς ἐξ ἀνθρώπων πλεονεξίας οὐδένα ποιεῖται λόγον, διέδειξεν εἰπών· “ πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι· ὅτι οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ. „ (v. 33.) Τὸ δὲ δεῖ με λέγων, οὐκ ἀνάγκην ἀδιάφυκτον ἐπηρτημένην ὥσπερ ἑαυτῷ ἐδήλωσεν· ἀλλ᾽ ὅτι μᾶλλον ἐξουσίᾳ τῇ αὐτοῦ

(1) Apud D. Thomam in cat. lat. « Cyrillus. Praedicta Domini verba, pharisaeorum animos provocaverunt ad iram: videbant enim populos iam contritos fidem eius arripere. Itaque quasi perdentes officium populis praesidendi, lucrumque amittentes, simulantes se eum diligere, suadent illi ut inde discederet: *accesserunt* etc. »

(2) Confer scholia in Lucam apud nos AA. class. T. IX. p. 448.

θελημάτων ἀνυπόπτως ὅπου περ ἂν ἐθέλῃ βαδιεῖται καὶ περινοστήσει τὴν Ἰουδαίαν, οὐδενὸς ἐπιόντος ἢ ἐπιβουλεύοντος, ἄχρις ἂν αὐτὸς ἑκὼν καταδέξηται τὴν τελείωσιν, τὴν διά γε φημὶ τοῦ τιμίου σταυροῦ, τέως μέν τοι ἐνεργῶ δυνάμεις· καὶ τούτου νῦν ὁ καιρός· καὶ οὔ τι γε ἐπὶ πλείονα χρόνον· τοῦτο γὰρ τὸ σήμερον καὶ τὸ αὔριον· καὶ τοῦτο δέ φησιν ἀποκείσεται Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐχ' ἑτέρως οἷόν τε γενέσθαι· ἀλλ' ἡ τοὺς προφήτας ἀεὶ μελετηκυῖα φονεύειν, ἥξει καὶ ἐπὶ τὸν τῶν προφητῶν κύριον. — Πολλοῖς δὲ ἁγίων αἵμασι ποιεῖται ἔνοχον τὴν Ἱερουσαλήμ· καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; ἀπολισθεῖν τῆς πρὸς θεὸν οἰκειότητος, δῆλον δὲ ὅτι πνευματικῆς ἔμελλον ἀποπέμπεσθαι τῆς τῶν ἁγίων ἐλπίδος· τοῦτο λέγων, τὸν τόπον ἐδήλου ἐφ' οὗ τὸ πάθος
A. f. 199. ἔμελλεν ὑπομένειν. — Ὅτι δὲ ἦσαν ἀμνήμονες τῶν παρὰ θεοῦ χαρισμάτων, δυσάγωγοί τε καὶ ὀκνηροὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ὠφελούντων
v. 34. αὐτοὺς, διέδειξεν εἰπών· "ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι τὰ τέκνα κ. τ. λ. Πεπαιδαγώγηκε γὰρ διὰ τοῦ πανσόφου Μωϋσέως, νενουθέτηκε διὰ προφητῶν ἁγίων· ἠθέλησεν ὑπὸ πτέρυγας, τουτέστιν ὑπὸ σκέπην τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἔχειν αὐτοὺς, οἱ δέ γε τῶν οὕτως εὐκταιοτάτων διημαρτήκασιν ἀγαθῶν, ἀμνήμονες καὶ ἀχάριστοι ὄντες.

v. 35. Οὐ μὴ ἴδητε, ἕως ἂν ἥξει ὅτε εἴπητε· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου.

A. f. 199. b. B. f. 137. b. Ἀποπεφοίτηκε γὰρ τῶν Ἱεροσολύμων ὁ κύριος, ὡς ἀναξίους ὄντας τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας ἀφεὶς τοὺς εἰπόντας, ἔξελθε καὶ πορεύου ἐντεῦθεν· εἶτα περινοστήσας τὴν Ἰουδαίαν, καὶ διασώσας πολλοὺς, καὶ σημείων ἀποτελεστὴς τῶν ὑπὲρ λόγον γεγενημένος, ὑπενόστησε πάλιν ἐν τοῖς
* Matth. XXI. et Ioh. XII. Ἱεροσολύμοις· * τότε δὴ τότε κεκάθικεν ἐπὶ τὸν πῶλον τῆς ὄνου, ὄχλοι δὲ πολλοὶ καὶ παῖδες ἄνηβοι, τὰ κάλυνξα (1) τῶν φοινίκων ἀνατείνοντες, προεβάδιζον, εὐφημοῦντές τε καὶ λέγοντες, ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· οὐκοῦν (2) ἀναξίους ὄντας ἀφεὶς, τότε πάλιν αὐτοῖς ὀφ-

dicat; sed quod potius pro voluntatis suae facultate, absque ulla suspicione prout maluerit incedet, Iudaeamque circumibit, nemine insidias aut vim faciente, donec ipse sponte consummationem sui exceperit per venerandam crucem. Interim quidem signis edendis do operam, cuius rei nunc tempus est; neque id tamen diu, prout innuunt verba hodie et cras. Illa vero passio Hierosolymis fiet, neque alibi patrari potest: nam quae prophetarum caedi semper studuit, prophetarum quoque dominum adgredietur. – Multorum sanctorum sanguinis ream facit Hierusalem. Quid inde porro? Nempe excidendum a Dei amicitia, spiritali scilicet, et sanctorum spem amittendam. Haec dicens, locum demonstrabat, quo passionem erat excepturus. – Quod Iudaei immemores essent donorum Dei, contumacesque et morosi ad id omne quod ipsis profuisset, declaravit dicens: quoties volui congregare filios tuos etc. Erudivit enim per sapientissimum Moysem, admonuit per sanctos prophetas; voluit illos sub alas id est potentiae suae tegumento tenere: ipsi vero tam optabilibus exciderunt bonis, dum immemores ingratique esse maluerunt.

Non videbitis me, donec veniat cum dicetis: benedictus qui venit in nomine Domini.

Discessit Hierosolymis Dominus, indignos veluti sua praesentia deserens illos qui ei dixerant: exi, et vade hinc. Deinde circumiens Iudaeam, multosque valetudini restituens, editisque quae omnem sermonem superant prodigiis, denuo Hierosolyma reversus est. Tunc videlicet asinae pullo insedit, multaque turba et pueri impuberes, palmarum ramos tenentes anteibant acclamantes atque dicentes: osanna filio Davidis! benedictus qui venit in nomine Domini. Itaque ceu nunc indignos deserens, tum rursus se apparituram ait, cum

(1) Ita cod. Et observa vocabulum.

(2) Mendose Corderius legit οὔκουν pro οὐκοῦν, ut est in nostris codicibus; ideoque ille contrario sensu ait: *non itaque tamquam indignos omnino deserit.*

passionis tempus instabit. Tunc enim Hierosolyma rediit, et cum acclamatione ingressus est: eodemque tempore salutarem pro nobis passionem pertulit.

θήσεσθε, φησὶν, ὅταν ὁ τοῦ πάθους ἐνστῇ καιρός· τότε γὰρ ἀνέβη πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ εἰσήλασεν εὐφημούμενος· καὶ κατ᾽ ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ τὸ σωτήριον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέστη πάθος.

Cap. XIV. (1)

Num licet sabbato curare?

Interrogavit legis peritos et pharisaeos Dominus, an umquam liceret sabbato curare, nec ne? Hi vero, inquit scriptura, tacebant. Cur taces, o legis perite? Recita aliquid ex scripturis; demonstra, utrum lex Moysis eum vituperet qui benefacit sabbato; utrum nos duros et immisericordes esse velit propter sabbati otium. Atqui hoc numquam demonstrabis. Quia vero malitiose tacebant, frangit contumacem illorum impudentiam Christus gravibus ad hoc argumentis utens. Si vetat, inquit, misereri lex sabbato, cur tu misericordia uteris erga asinum in puteum delapsum? Num filium negligeres sabbato periclitantem? obiurga mandati rigorem, si certe existimas durum esse legislatorem et immisericordem: neque laboranti manum porrigas, legis ei praeferens reverentiam, vel alienum potius omni recta ratione otium; siquidem non vis potius de spiritali cogitare sabbato. Numquam cessat clemens esse omnium Deus, bonus est hominumque amans; Moysis legem haud fecit crudelitatis magistram, sed amoris potius erga proximum auctricem. Iamvero cur sit credibile tam sanctum admirandumque caritatis praeceptum, invalidum sabbato esse, sic volente Deo? Cur itaque tacebas, o legis perite? Profecto quia quid diceres non habebas. Ergo valere multum iubens Iudaeorum invidiam, morbo liberat hominem qui hydrope laborabat; qui quidem pharisaeos veritus, non accesserat ad medelam petendam propter sabbatum, sed coram illo tantum constite-

ΚΕΦ. ΙΔ΄.

Εἰ ἔξεστι τῷ σαββάτῳ θεραπεύειν; v. 3

Ἤρετο τοὺς νομικοὺς καὶ τοὺς φαρισαίους ὁ κύριος· πότερόν ποτε ἔξεστι τῷ σαββάτῳ θεραπεύειν, ἢ οὔ· οἱ δέ, φησιν, ἐσίγησαν· ἀν᾽ ὅτου σεσίγηκας ὦ νομικέ; εἰπέ τι τῶν γεγραμμένων· ἐπίδειξον τὸν διὰ Μωϋσέως νόμον, διαβεβληκότα ποτὲ τὸ εὖ ποιεῖν ἐν σαββάτῳ, εἰ σκληρούς ἡμᾶς καὶ ἀφιλοικτείρμονας εἶναι βούλεται διὰ τὴν τῶν σαββάτων ἀργίαν· ἀλλ᾽ οὐκ ἄν, ἔχοις ἐπιδεῖξαι τοῦτο πόθεν· ἐπειδὴ δὲ δυστρόπως σεσιγήκασι, παραλύει Χριστὸς τὴν ἄθραυστον αὐτῶν ἀναισχυντίαν, λογισμοῖς ἀναγκαίοις εἰς τοῦτο χρώμενος. Εἰ κεκώλυκε, φησὶν, ὁ νόμος ἐλεεῖν ἐν σαββάτῳ, πῶς ἐποικτείρεις αὐτὸς ὄνον * εἰς φρέαρ καταπεσόντα; μὴ φροντίσῃς υἱοῦ κινδυνεύοντος ἐν σαββάτῳ; ἐπιτίμησον τῷ τῆς διαθέσεως κέντρῳ, εἴπερ οἶσθα σκληρὸν ὄντα τὸν νομοθέτην καὶ ἀφιλοκτείρμονα· μὴ δὲ νέμε χεῖρα τῷ κάμνοντι, προτιθεὶς αὐτοῦ τὴν εἰς τὸν νόμον αἰδῶ, μᾶλλον δὲ τὴν ἀργίαν τὴν ἀλογωτάτην, εἰ μή σοι δοκεῖ πνευματικὸν εἰδέναι σαββατισμόν· οὐ καταλήγει τοῦ εἶναι χρηστὸς ὁ τῶν ὅλων θεὸς, ἀγαθός ἐστι καὶ φιλάνθρωπος· οὐκ ἀπανθρωπίας τὸν Μωϋσέως νόμον ἐτίθει διδάσκαλον, ἀγάπης δὲ μᾶλλον τῆς εἰς τὸν πέλας εἰσηγητήν· εἶτα, πῶς ἦν εἰκὸς τὴν οὕτω σεπτὴν καὶ ἀξιάγαστον ἐντολὴν ἀτονεῖν ἐν σαββάτῳ, κατὰ βούλησιν θεοῦ; τί οὖν σεσίγηκας νομικέ; ἠπόρησας ὁμολογουμένως· μακρὰ τοιγαροῦν χαίρειν εἰπὼν ταῖς βασκανίαις τῶν Ἰουδαίων, ἀπαλλάττει τοῦ νοσεῖν τὸν ὑδέρῳ κεκρατημένον· ὃς δεδιὼς τοὺς φαρισαίους, οὐ προσῆλθεν αἰτῶν θεραπευθῆναι διὰ τὸ σάββατον, ἀλλὰ μόνον ἔστη ἐνώπιον αὐτοῦ, ἵνα

A. f. 200.

v. 5.

* cod. τόν.

(1) Hoc loco ad capituli versum 1. sic est apud D. Thomam in cat. lat. « Cyrillus. Quamvis Domi» nus malitiam pharisaeorum cognosceret, tamen eorum fiebat conviva, ut prodesset praesentibus per verba, » et miracula, unde subditur: *et factum est* etc. *et ipsi observabant eum*, num scilicet reverentiam legis » contemneret, et an quicquam prohibitorum faceret in die sabbati. »

ἐκ τῆς θέας ἐλεήσας αὐτὸν, θεραπεύσῃ· ὅπερ εἰδὼς ὁ κύριος, ὡς ἐμβατεύων αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ὡς Θεὸς, οὐκ ἐρωτᾷ αὐτὸν εἰ θέλει ὑγιὴς γενέσθαι, ἀλλ᾽ εὐθέως ἐθεράπευσεν αὐτόν· ᾔδει γὰρ ὅτι ἤθελε· καὶ γὰρ ἵνα τύχῃ τῆς θεραπείας, ἵστατο ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ ἐσιώπα.

v. 7. Ἐπέχων πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο.

A. f. 200. B. f. 138. b. C. f. 138. b. D. f. .. b. Ἐπειδὴ τῶν κεκλημένων ἐθεᾶτο τινὰς, ὡς μέγα τι χρῆμα καὶ ἀξιόληπτον, τὰς πρωτοκλισίας ἀσυνέτως ἁρπάζοντας, ἀναγκαίως ἵν᾽ αὐτούς τε καὶ ἡμᾶς ὠφελήσῃ, ματαίας δόξης καταφρονεῖν παρεγγυᾷ· καὶ δοκεῖ μὲν ἴσως τισὶ, μικρά πως εἶναι ταυτὶ, καὶ οὐ πολλῆς ἄξια φροντίδος· ὅταν δέ τις αὐτοῖς τὸν τῆς διανοίας ὀφθαλμὸν ἐνερείσῃ, τὸ τηνικάδε μαθήσεται ὁποίου μὲν ἀπαλλάττει μώμου τὸν ἄνθρωπον, ὅσον δὲ τὸ κόσμιον αὐτῷ ἐνεργάζεται· τὸ μὲν γὰρ τιμαῖς ἡμᾶς ταῖς ἀναρμόστοις, ἤγουν οὐ πάντη τε καὶ πάντως ὀφειλομέναις ἡμῖν προχείρως ἐπιπηδᾷν, ἀσυνέτους ἡμᾶς ἀποφαίνει· ὅταν γάρ, φησι, ἔλθῃ ὁ ἐντιμότερός σου, ἐρεῖ σοι ὁ σὲ καὶ αὐτὸν καλέσας· δὸς τούτῳ τόπον· ὢ πόσης αἰσχύνης τὸ πρᾶγμα μεμέστωται; σώφρων δὲ καὶ ἀξιοθαύμαστος, ὁ μετὸν αὐτῷ ἀνεπιπλήκτως τοῖς πρώτοις κατασεμνύνεσθαι, τούτου μὲν οὐκ ἐφιέμενος, μόνον δὲ οὐχὶ τὰ ἑαυτοῦ παραχωρῶν ἑτέροις, ὑπέρ γε τοῦ μὴ δοκεῖν ἡττᾶσθαι φιλοδοξίας, ὁ τοιοῦτος ὡς ὄφλημα λήψεται τιμήν· ἀκούσεται γὰρ παρὰ τοῦ κεκληκότος, προσανάβηθι ὧδε· μέγα δὴ οὖν καὶ ἐξαίρετον ἀγαθὸν, τὸ μέτριον φρόνημα· εἰ γάρ τις ἑτέρων προτάττεσθαι ζητεῖ, κερδαινέτω τοῦτο διὰ τῆς ἄνωθεν ψήφου, καὶ στεφανούσθω τιμαῖς ταῖς παρὰ Θεοῦ, νικάτω πολλοὺς τῇ τῶν ἀρετῶν λαμπρότητι, τῇ ταπεινοφροσύνῃ· ὑψηλὸν γὰρ παρὰ θεῷ τὸ συνεσταλμένον φρόνημα· μιμητὴς γίνεται Χριστοῦ εἰπόντος *, μάθετε ἀπ᾽ ἐμοῦ, ὅτι πρᾳΰς εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· ταῦτα δὲ λέγων, οὐκέτι ἐπιπλήττει βαρέως, ἀλλ᾽ παραινεῖ χρηστῶς· ταυτὸ ποιούσης καὶ τῆς παραινέσεως, μᾶλλον δὲ καὶ πλέον ἐπὶ τῶν εὐαισθήτων· ὅτι καὶ προαγωγότερον ἀφίστησιν ἀπὸ τῆς φιλοτιμίας, ἢ πρὸς τὰ τῆς φιλοτιμίας ἀπο-

* Matth. XI. 29.

rat, ut visu commotus curaret. Quem videns Dominus, eiusque animum utpote Deus introspiciens, non interrogat utrum sanus fieri velit, sed statim eum sanitati restituit; nam quod vellet, probe sciebat. Etenim sanitatis recipiendae causa, coram eo se stiterat et tacebat.

Animadvertens quomodo primos accubitus eligerent.

Quum cerneret ex invitatis quosdam, ceu magnum quid et aestimabile, primos accubitus imprudenter occupare, necessario ut illos et nos simul iuvaret, vanam gloriam contemnere hortatur. Videntur quidem haec fortasse nonnullis minuta quaedam nec curanda magnopere. Verumtamen si quis eis mentis oculum attentius intenderit, tunc cognoscet, quanta hae monitiones vituperio hominem arceant, quantopere ornent honore. Nam incongruos honores, et qui nullo nomine nobis debentur, temere invadere, imprudentes nos demonstrat. Quum enim, inquit, venerit dignior te, dicet tibi is qui te et illum invitavit, da huic locum; quae res quanta te ignominia perfundet! Modestus autem et laudabilis vir, qui quum ei sine reprehensione liceret primis ordinibus velle honorari, id tamen non adpetit, ac de suo etiam propemodum aliis cedit, ne videatur vanae gloriae obnoxius, hic veluti debitum consequetur honorem. Audiet enim ab eo qui invitavit: ascende huc. Magna igitur et eximia res est, modestia animi. Si quis enim ceteris anteponi quaerit, lucretur hoc caelesti suffragio, sit in honore apud Deum, multos superet virtutum splendore, et animi demissione. Alta enim est apud Deum mens humilis. Hic fit Christi imitator, qui dixit: discite a me, quia mitis sum et humilis corde. Haec dicens, haud graviter iam increpat, sed comiter hortatur: hic enim huius adhortationis effectus est, praesertim apud teneri sensûs animos: nam lenius ab ambitione abstrahit, fuga eorum quae ambitionem suadent. Parvo hoc caenarum exemplo ambitionem

quum profligasset, et modestos extulisset, magnum parvo adiicit, generalem sententiam proferens: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur. Quod tamen ex divini norma iudicii dicitur, nullatenus vero secundum hominum consuetudinem fit. Quandoquidem multi etiam honorum cupidi, vilem hanc honorificentiam adepti sunt; vicissimque alii, qui semet humiliaverant, sine praemio fuerunt.

Cum facis prandium aut caenam, noli vocare amicos tuos etc.

Ad animi humilitatem adhortatio hactenus. Praeclaram mox invitantibus doctrinam suppeditat, grandem suggerens bene faciendi hominibus scopum, fructumque pretiosum, remotiorem licet, neque praemii loco statim futurum; quod secus agunt exigui animi homines; qui amicos invitant, fratres, cognatos, proximos; ut ilico vicissim invitati, quod dederant, sine mora recipiant: cui consuetudini multo meliorem aliam atque digniorem substituit Dominus, nempe ut egeni potius invitentur, et infirmis claudisque benignitas impendatur, a quibus nulla remuneratio expectanda sit, sed a Deo qui caritatem erga homines praemio prosequitur in futura vita. Hoc autem dicit, non ut quemquam a suis honorandis impediat, sed ut doceat quominus emamus aequalium donorum mutuam liberalitatem; sed utilia faciamus beneficia nostra, quatenus magna praemia a Deo consequamur. Dicet enim: venite, possidete paratum vobis regnum. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare, et reliqua. Quodcumque cuiquam horum feceritis, mihi fecistis.

Beatus qui convivatur in regno Dei!

Verisimile est hunc hominem nondum fuisse spiritalem, sed magis animalem, satisque ineptum recte intelligendis Christi sermonibus. Erat enim adhuc in incredu-

ῥοπή· μικρῷ δὲ οὕτω τῷ παραδείγματι τῷ κατὰ τὰ δεῖπνα, τὴν τῶν φιλοτίμων καθαίρεσιν ὑποδεικνὺς, καὶ τὴν τῶν ἀφιλοτίμων ὕψωσιν, μέγα τῷ μικρῷ προστίθησι, καθολικὸν ἐπιφέρων τὸ, ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται, καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται· ὅπερ τῆς θείας ἤρτηται κρίσεως, καὶ οὐ πάντως κατὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐπιτελεῖται συνήθειαν· ἐπεὶ, πολλοὶ καὶ τιμῆς ὀρεχθέντες, ἐπέτυχον τῆς εὐτελοῦς ταύτης τιμῆς· καὶ ἄλλοι ἑαυτοὺς καπεινώσαντες, ἔμειναν ἀγέραστοι.

Ὅταν ποιῇς ἄριστον ἢ δεῖπνον, μὴ φώνει τοὺς φίλους σου κ. τ. λ. v. 12.

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν περὶ τῆς ταπεινοφροσύνης τὸ παράγγελμα· καλὸν δὲ καὶ πρὸς τοὺς καλοῦντας ἐπιφέρει τὸ δίδαγμα, μέγαν εἰσάγων τῆς παρὰ ἀνθρώποις δεξιώσεως τὸν σκοπὸν, καὶ τὸν καρπὸν ἀξιοσπούδαστον, εἰ καὶ μακρὰν οὗτος καὶ οὐκ ἔχων παραχρῆμα τὴν ἀνταπόδοσιν, ὅπερ οἱ μικρόψυχοι ποιοῦσι· φίλους καλοῦντες, ἀδελφοὺς, συγγενεῖς, γείτονας, ἵν᾽ εὐθὺς ἀντικληθέντες, κομίσαιντο τοῦτο· οὗ πολλῷ κάλλιον, καὶ μεγαλοπρεπέστερον εἰσήγαγεν ὁ κύριος, τὸ τοὺς δεομένους καλεῖν, τὸ πρὸς τοὺς ἀσθενεῖς καὶ λελωβημένους φιλανθρωπεύεσθαι, παρ᾽ ὧν οὐκ ἔστιν ἀνταπόδοσις, ἀλλὰ θεὸς ὁ ἀνταποδιδοὺς τῆς φιλανθρωπίας τὴν τιμὴν ἐπὶ τῆς μελλούσης ζωῆς· τοῦτο δέ φησιν, οὐχ᾽ ἵνα τῆς πρὸς τοὺς ἰδίους ἀπείρξῃ τιμῆς, ἀλλ᾽ ἵνα διδάξῃ μὴ πιπράσκειν τὰς φιλοφροσύνας τῶν ἴσων ἀνταποδόσεων, ἀλλ᾽ ὠφελίμους ποιεῖσθαι ταύτας, ἐπὶ μεγάλαις ἀντιδόσεσι τῶν παρὰ θεοῦ· ἐρεῖ γάρ· * δεῦτε κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν· ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς· ἐφ᾽ ὅσον γὰρ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.

A. f. 200. b. B. f. 139. D. f. [illegible] b.

* Matth. XXV. 34.

Μακάριος ὃς φάγεται ἄριστον (1) ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ. v. 15.

Εἰκὸς δή που τὸν ἄνθρωπον, οὔπω μὲν εἶναι πνευματικὸν, ψυχικὸν δὲ μᾶλλον, καὶ ἀνεπιτηδείως ἔχοντα πρὸς σύνεσιν ἀκριβῆ τῶν λαλουμένων παρὰ Χριστοῦ· ἦν γὰρ τῶν ἀπί- A. f. 201.

(1) In cod. A. ἄριστον *prandium* pro ἄρτον *panem*. Cum hoc vat. codice A. consentiunt alii graeci multi, ut a criticis iamdiu fuit animadversum.

ςων ἔτι καὶ οὔπω πεφωτισμένων· ᾠήθη δὲ οὖν σωματικὰς ἔσεσθαι τῶν ἁγίων τὰς ἀμοιβὰς ὧν ἂν δράσειαν, εἰς ἑτέρους ἀγαθουργεῖν ᾑρημένοι.

v. 16. Ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖπνον μέγα.

A f. 201. b. B. f. 57. F f. 204. Πολυπραγμονήσωμεν πρό γε τῶν ἄλλων, ὁποία τίς ἦν ἡ πρόφασις τοῦ μὴ ἐπ᾽ ἄριστῳ μᾶλλον ἀλλ᾽ ὡς ἐπὶ δείπνῳ κεκλῆσθαι πολλούς· μᾶλλον δὲ πρὸ τούτων, τίς ἂν νοηθείη πρὸς ἡμῶν ὁ ἄνθρωπος ὁ τὸν δειπνοκλήτορα πεπομφώς· τίς δὲ καὶ ὁ δειπνοκλήτωρ, καὶ τίνες ὅλως οἱ κεκλημένοι μὲν, ἀτιμάσαντες δὲ τὴν κλῆσιν· οὐκοῦν ὁ μὲν ἄνθρωπος, νοηθείη ἂν ὁ θεὸς καὶ πατήρ· αἱ γὰρ εἰκόνες, πλάττονται πρὸς τὸ ἀληθὲς, οὐκ αὐταὶ πάντως εἰσὶν ἡ ἀλήθεια· οὗτος δὴ οὖν ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς καὶ πατὴρ τῆς δόξης, μέγα πεποίηκε δεῖπνον, τουτέστιν οἰκουμενικὴν εἰργάσατο πανήγυριν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν ἐπὶ Χριστῷ· ἐν ἐσχάτοις δὲ τοῦ αἰῶνος καιροῖς, καὶ οἷον ἐπὶ δυσμαῖς αἰῶνος τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς, ἐπέφανεν ἡμῖν ὁ υἱὸς, ὅτε καὶ τὸν δι᾽ ἡμᾶς ὑπέστη θάνατον, καὶ δέδωκεν ἡμῖν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα φαγεῖν, ἄρτος ὢν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ· πρὸς ἑσπέραν δὲ καὶ ὑπὸ λύχνοις καὶ ἀμνὸς ἐσφάζετο κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον· δεῖπνον οὖν εἰκότως ἡ ἐν Χριστῷ κλῆσις ὠνόμασται· εἶτα, τίς ἐστιν ὁ ἀπεσταλμένος, ὃν δὴ καὶ δοῦλον εἶναι φησίν; αὐτός που τάχα Χριστός· θεὸς γὰρ ὢν φύσει, καὶ υἱὸς ἀληθινὸς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών· ἔστι τοίνυν κύριος μὲν τῶν ὅλων, ὡς θεὸς ἐκ θεοῦ· τήν γε μὴν τοῦ δούλου κλῆσιν ἐφαρμόσειέ τις ἂν εἰκότως τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ μέτροις· πότε δὲ ἀπεστάλη; τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου φησί· οὐ γὰρ ἐν ἀρχαῖς τοῦ αἰῶνος τούτου καταπεφοίτηκεν ἐξ οὐρανῶν ὁ μονογενὴς τοῦ πατρὸς λόγος, ἢ γέγονεν ἐν εἴδει τῷ καθ᾽ ἡμᾶς, ἐν καιροῖς δὲ μᾶλλον καθ᾽ οὓς αὐτὸς ἠθέλησεν ὁ δυνάστης, δῆλον δὲ ὅτι τοῖς τελευταίοις, καθὰ φθάσαντες εἴπομεν· ὁποῖος δὲ γέγονεν ὁ τοῦ κεκληκότος λόγος; ἔρχεσθε ὡς ἤδη ἕτοιμά ἐστι πάντα· ἡτοίμασε γὰρ τοῖς

lorum numero et nondum illuminatorum. Putavit ergo corporales fore sanctorum retributiones, pro suis erga ceteros beneficiis (1).

Homo quidam fecit caenam magnam.

Curiose in primis consideremus, quaenam causa fuerit, cur ad caenam potius quam ad prandium vocati multi fuerint; potissime vero quis homo intelligendus sit a quo invitator missus fuit; quis item ipse invitator, quinam denique illi qui invitati contempserunt invitationem. Igitur in hominis quidem persona intelligetur Deus pater: nam similitudines figurantur sane ad veritatem, non tamen ipsae sunt veritas. Hic ergo creator omnium et pater gloriae, magnam caenam instruxit, id est mundanam fecit sollemnitatem, eam scilicet quae sub Christo fuit. Postremis vero saeculi temporibus, et tamquam saeculi nostri vespere, apparuit nobis filius, quo etiam tempore necem nostri gratia passus est, deditque suam nobis carnem manducandam, panem de caelo vitam mundo suppeditantem. Sub vespere autem et luminibus iam incensis, agnus quoque immolabatur iuxta Moysis legem. Caena itaque convenienter vocatio in Christo appellata est. Deinde, quisnam est missus, quem etiam servum appellat sermo evangelicus? Ipse facile videtur Christus; qui quum Deus naturaliter sit, verusque patris Dei filius, se ipsum exinanivit, formam servi accipiens. Est ergo omnium quidem dominus tamquam Deus ex Deo; at servi appellationem merito quis accommodabit humanae mensurae. Quandonam autem missus fuit? Sub horam inquit caenae. Non enim initio temporum venit de caelo unigenitum Dei Verbum, nostramque formam adsumpsit, sed temporibus potius quibus ipse voluit dominator, nempe extremis, ut paulo ante diximus. Quaenam porro fuerunt in-

(1) Hoc loco prosequitur apud Corderium in catena lat. Cyrillus. « Iis igitur, qui tam crasso corde » erant, parabolam contexit, qua oeconomiam totius mundi causâ susceptam, admodum apposite convenienterque ob oculos ponit. Est autem huiusmodi. *Homo quidam* etc. »

vitantis verba? venite, quia iam parata sunt omnia. Paravit enim terrae incolis Deus pater in Christo bona, quae mundo largitus est, nempe peccatorum veniam, Spiritus sancti participationem, adoptionis dignitatem, caelorum regnum. Ad haec vocavit Christus per evangelicam legem ante omnes Israhelem. Num ergo cogitarunt frugi aliquid intra se? Num mirati sunt invitantis bonitatem, qui dispensationis opere vocationi inserviit? Minime id quidem; sed invitantem simul et missum aspernati sunt, id est una quasi conspiratione facta.

Et coeperunt simul omnes excusare.

Cernis hos terrenis rebus insipienter deditos, intellectualia non spectare, et sperandorum ex Deo bonorum nullam habere rationem. Deinde quinam sunt hi qui recusant, agrorum et agriculturae causa atque etiam carnalis liberorum procreationis, nisi forte iudaicae synagogae principes? confertae crumenae homines, et lucri mancipia, totumque huic impendentes studium. Namque in universa ut summatim dicam inspirata scriptura, culpae huius rei aguntur. – Et cum audis, quod invitator servum suum miserit in adsumptae carnis dispensatione, et servilem simul conditionem considera et missionem. Quid porro dicturus Iudaeis iam lege vocatis missus fuit? venite, quia iam parata sunt omnia. Sed enim iudaicis principibus vocationem aspernantibus, ut ipsi aiebant, num quis principum aut pharisaeorum in eum credidit? excanduit paterfamilias, quia digni erant irae furorisque sui fructum capere.

Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo etc.

Nunc quoque igitur iratus dicitur paterfamilias iudaicis principibus, quia magnam caenam contempserant. Et quidem ipsorum loco vocata fuit de plateis et angulis iudaica plebs, debili et illiberali ingenio praedita, caeca et clauda. Hi enim caeci illi et claudi existimandi sunt, qui postea in Christo validi sanique evaserunt:

ἐπὶ γῆς ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἐν Χριστῷ τὰ δι' αὐτοῦ τῷ κόσμῳ δεδωρημένα ἀγαθὰ, ἁμαρτιῶν ἀπόθεσιν, πνεύματος ἁγίου μέθεξιν, υἱοθεσίας λαμπρότητα, βασιλείαν οὐρανῶν· ἐπὶ ταῦτα κέκληκεν ὁ Χριστὸς, διὰ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, τὸν Ἰσραήλ· ἆρ' οὖν ἐβουλεύσαντό τι χρηστὸν ἐν ἑαυτοῖς; ἆρα τεθαυμάκασι τοῦ κεκληκότος τὴν ἡμερότητα, τοῦ διακονοῦντος τῇ κλήσει τὴν οἰκονομίαν; οὐ μὲν οὖν· ἀλλ' ἠτίμασαν καὶ τὸν καλοῦντα καὶ τὸν ἀπεσταλμένον· καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες, τουτέστιν ἐξ ἑνὸς συνθήματος.

Καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες. v. 18.

Ὁρᾷς ὅτι τοῖς γεωδεστέροις ἀσυνέτως E. f. 204. b.
προσνενευκότες οὐχ ὁρῶσι τὰ νοητὰ, καὶ τῶν ἐν ἐλπίσι τῶν παρὰ θεῷ οὐδένα ποιοῦνται λόγον· εἶτα, τίνες νοηθεῖεν ἂν οἱ παραιτησάμενοι ἀγρῶν τε καὶ γεωργίας ἕνεκα, καὶ παιδοποιΐας σαρκικῆς, ἢ τάχα που τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς οἱ προεστηκότες; ἄνδρες ἁδροὶ τὰ βαλάντια, καὶ φιλοκερδείας ἡττώμενοι, καὶ πᾶσαν εἰς τοῦτο δαπανῶντες σπουδήν· διὰ πάσης γὰρ ὡς ἔπος εἰπεῖν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, ἐπ' αὐτοῖς ἐστι τούτοις
διαβεβλημένους ἔνεστιν ἰδεῖν. – Καὶ ὅταν A. f. 202. b.
ἀκούσῃς, ὅτι ἀπέστειλεν ὁ ἑστιάτωρ τὸν δοῦλον αὐτοῦ τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ, καὶ τὴν δουλείαν λογίζῃ καὶ τὴν ἀποστολήν· τί ποτε ἦν εἰπεῖν ἀπεστάλη τοῖς διὰ νόμου κεκλημένοις ἰουδαίοις; ἔρχεσθε, ἤδη ἕτοιμά ἐστι πάντα· πλὴν τῶν ἰουδαϊκῶν ἀρχόντων τὴν κλῆσιν παραιτησαμένων, καθὼς αὐτοὶ ἔλεγον, μή τις τῶν ἀρχόντων ἢ τῶν φαρισαίων ἐπίστευσεν εἰς αὐ-
τόν*; ὠργίσθη ὁ οἰκοδεσπότης, ὡς ἀξίων * Ioh. VII. 48.
ὄντων παθεῖν τὰ ἀπὸ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀργῆς.

Τότε ὀργισθεὶς ὁ οἰκοδεσπότης εἶπε τῷ δούλῳ v. 21
αὐτοῦ κ. τ. λ.

Καὶ νῦν οὖν ὠργίσθαι λέγεται ὁ οἰκοδε- A. f. [illegible] E. f. [illegible] b.
σπότης κατὰ τῶν ἰουδαϊκῶν ἀρχόντων, ὡς τὸ μέγα δεῖπνον ὑβρισάντων· καὶ δὴ κέκληνται ἀντ' ἐκείνων, οἱ εἰς τὰς πλατείας καὶ τὰς ῥύμας, οἱ ἐκ τῆς ἰουδαϊκῆς πληθύος, ἀσθενῆ τε καὶ ἀγεννῆ τὴν διάνοιαν ἔχοντες, ἀφεγγῆ τε καὶ χωλεύουσαν· τυφλοὶ γὰρ οὗτοι καὶ χωλοὶ νοηθεῖεν ἂν, ἀλλ' εὔρρωστοι καὶ ὑγιεῖς γεγό-

νασιν ἐν Χριστῷ· ἐδιδάχθησαν ὀρθοποδεῖν, τὸ θεῖον εἰς νοῦν ἐδέξαντο φῶς· ὅτι δὲ πεπιστεύκασι τῶν Ἰουδαίων οὐκ εὐαρίθμητοι, μάθοι τίς ἂν ταῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων πράξεσιν ἐντυχών· ἐκεῖ γὰρ Πέτρου δημηγορήσαντος, πρῶτον τρισχίλιοι ἐπίστευσαν, καὶ πάλιν πολὺς ὄχλος· ἀλλὰ ταῦτα μὲν διδάσκων, τοῦτο δὲ θαυματουργῶν, τὸ ἄδολον πλῆθος ὑπήγετο, καὶ πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων ἐπίστευον εἰς αὐτόν· οὓς καὶ ἐπαράτους οἱ φαρισαῖοι ὠνόμαζον, ὡς εἰς Χριστὸν πιστεύοντας· ἔλεγον γάρ· μή τις ἐκ τῶν φαρισαίων ἐπίστευσεν
* Ioh. VII. 48. 49. εἰς αὐτόν *; ἀλλ᾽ ὁ λαὸς οὗτος, ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον, ἐπικατάρατοί εἰσιν· ἐνταῦθα ἑκάτερον δείκνυται, καὶ ὅτι οἱ ἄρχοντες οὐκ ἐπίστευον, καὶ ὅτι πολλοὶ ἐκ τοῦ πλήθους ἐπίστευον· ἅπερ ἀμφότερα καὶ ἡ παραβολὴ ἠνίξατο, τοὺς μὲν εἰσάγουσα παραιτουμένους, τοὺς δὲ καλουμένους καὶ ὑπακούοντας.

didicerunt enim recti incedere, divino recepto mentibus lumine. Profecto quod haud pauci Iudaeorum crediderint, ex sanctorum apostolorum actibus cognoscere poteris. Ibi enim concionante Petro, primo quidem ter mille crediderunt, et rursus populus multus. Nempe et Christus modo docens, modo miracula patrans, carentem dolo plebem ad se trahebat, multique de Iudaeis ei credebant: quos maledictos pharisaei appellabant, quia Christo fidem adiungebant. Aiebant enim: num quis ex pharisaeis in eum crédidit? sed populus hic legis inscius, maledictus est. Hinc utrumque constat, et quod principes non crediderint, et quod multi de populo ad fidem accesserint: quae ambo parabola quoque innuit, dum recusantes alios, alios vero vocatos et obtemperantes inducit.

Ἔξελθε εἰς τὰς ὁδοὺς καὶ φραγμοὺς, καὶ ἀνάγκασον εἰσελθεῖν.

Ἐνταῦθά μοι βλέπε τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν, μετά γε τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ εἰσενηνεγμένων διὰ τῆς πίστεως· πάλαι μὲν γὰρ ἦσαν οἱ ἐξ ἐθνῶν, ἄγροικοι τὰς φρένας, ἀπηγριωμένοι τὸν νοῦν καὶ οἷον ἔξω πόλεως, διὰ τὸ μὴ ζῆν ἐν εὐνομίᾳ, κτηνοπρεπῶς δὲ μᾶλλον, καὶ σὺν ἀλογίᾳ πολλῇ· ταύτῃ τοι καὶ εἰς τὰς ἔξω πόλεως ὁδοὺς, καὶ τοὺς ἐν ἀγροῖς ὄντας φραγμοὺς, ὁ δειπνοκλήτωρ ἀπεστάλη· πλὴν προστέτακται παρὰ τοῦ πεπομφότος, οὐχ ἁπλῶς καλέσαι, καὶ μόνον αὐτοῖς προτεῖναι τὴν προτροπὴν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀναγκάσαι· καί τοι προαιρετικὸν ἅπασι τὸ πιστεύειν ἐστὶ, καὶ δεκτὸν τοῦτο παρὰ θεῷ, εἶτα πῶς ἀναγκάζονταί τινες; καὶ τοῦτο ναὶ γέγονεν οἰκονομικῶς· ἔδει γὰρ ἔδει τοῖς ἔθνεσιν, ὡς ἀφορήτῳ πλεονεξίᾳ κατεζευγμένοις, ἤτοι ὑπὸ ζυγὰ πεσοῦσι διαβολικὰ, καὶ οἱονεὶ σειραῖς ἀῤῥήκτοις τῶν οἰκείων πλημμελημάτων ἐνισχημένοις, καὶ οὐκ εἰδόσιν ὅλων τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα θεὸν, συντονωτέρας κλήσεως, μιμουμένης ἀνάγκης χρείαν, ἵν᾽ ἰσχύσειαν ἀναβλέψαι πρὸς θεὸν, καὶ τῶν ἱερῶν γεύσασθαι μαθημάτων, καὶ ἀποφοιτῆσαι μὲν τῆς ἀρ-

Exi in vias et sepes, et compelle intrare.

Heic mecum observa gentium vocationem, quae post genus israheliticum, per fidem introierunt. Olim sane erant populi ethnici mente agresti, animo efferato, et veluti extra urbem pagani, propterea quod haud bona disciplina viverent, sed bestialiter potius, et a recto rationis usu valde alieni. Propterea in suburbanas vias, atque ad agrorum sepes missus fuit invitator. Verumtamen a mittente mandatum ei fuit, ut non vocaret simpliciter, solamque iis intenderet adhortationem, verum etiam coactionem. Atqui quum fidem suscipere liberum omnibus sit, atque ita Deo placitum, quomodo deinde coguntur aliqui? Hoc quoque sapiente consilio actum est. Prorsus enim necessaria erat gentibus, ceu intolerabili tyrannide id est iugo diabolico oppressis, catenisque indissolubilibus vitiorum suorum constrictis, neque universalem naturalemque ac verum Deum scientibus, necessaria, inquam, erat vehementior vocatio, quae necessitatis vicem imitaretur, ut sic possent ad Deum respicere, doctrinas sacras gustare, ab antiquo errore

recedere, et diaboli quodammodo manu evadere. Quapropter Christus quoque dixit: nemo potest ad me venire, nisi qui misit me pater traxerit eum. Verumtamen ipsum vocabulum plane denotat, Deo dignae potentiae actum esse vocationem. Simile quiddam prophetam quoque Davidem de iisdem dicere ad Deum comperimus: in camo et freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Viden quomodo freno quodam ad se convertit omnium Deus illos qui ferocius exsultant? Bonus nimirum est hominumque amans, atque omnes vult salvos fieri, et ad veritatis agnitione venire.

Si quis venit ad me, et non odit patrem suum etc.

Cum itaque dicit, si quis venit ad me, et non odit consanguineos suos, ipsamque animam propriam, non profecto congeniti erga propinquos amoris leges contemnit; neque naturalis affectus, quem debent parentibus liberi, uxoribus viri, fratres fratribus, aspernatores nos fieri docet, neque ut maxime necessariorum odium suscipiamus, quô Christo coniungi eumque sectari valeamus. Nam qui inimicos amare praecipit, cur vellet natura propinquos odio haberi? Neque igitur non agnoscere naturam, neque eius esse mancipium, iubet Dominus, sed natura uti ad res meliores ac salutares. Vult autem propinquos nostros una potius nobiscum ad Christum trahi, quam nos propter propinquos divino amore submoveri. Nam parentes honorari, ipsi Domino placet: ut filii vero nutriantur, docet Paulus; sed et parentibus esse obediendum in Domino, ait; et Domini nutu uxores proprias a viris diligendas docet, sed tamen ad Christi imitationem ecclesiam diligentis. Vicissim ab uxoribus viros timendos, sed ecclesiae exemplo quae Christum timet. Neque vero quum simus propinqui fide, propinquos odisse debemus. Si quis enim, inquit Paulus, suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem ne-

χαίας ἀπάτης, ἀποπηδῆσαι δὲ τρόπον τινὰ τῆς τοῦ διαβόλου χειρός· καὶ γοῦν ἔφη Χριστός· * οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσαι αὐτόν· ἡ δὲ λέξις ὅλως ἰσχύος ἔργον τοῦ θεοπρεποῦς ἀποφαίνει τὴν κλῆσιν· τοιοῦτόν τι καὶ ὁ προφήτης Δαβὶδ εὑρίσκεται λέγων πρὸς θεὸν περὶ αὐτῶν· * ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαις τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ· ὁρᾷς ὅπως τινὶ χαλινῷ περιτρέπει πρὸς ἑαυτὸν ὁ τῶν ὅλων θεὸς τοὺς ἀγρίως ἀποσκιρτήσαντας; ἀγαθὸς γάρ ἐστι καὶ φιλάνθρωπος, καὶ πάντας τοὺς ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν *.

* Ioh. VI. 44. * Ps. XXXI. 9. * I. Tim. II. 4.

Εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα ἑαυτοῦ κ. τ. λ. v. 26.

Οὐκοῦν λέγων τὸ εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τοὺς καθ᾽ αἷμα καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν, οὐ τοὺς τῆς ἐμφύτου φιλοστοργίας ἀτιμάζει νόμους, οὐδὲ τῆς φυσικῆς διαθέσεως, τῆς ὀφειλομένης γονεῦσι μὲν παρὰ τέκνων, γυναιξὶ δὲ παρὰ τῶν συνηρμοσμένων, ἀδελφοῖς δὲ πρὸς ἀδελφοὺς, καταφρονητὰς εἶναι διδάσκει, ἐχθροὺς ποιησαμένους τοὺς οἰκειοτάτους, ἵνα συνῶμεν αὐτῷ καὶ ἀκολουθεῖν ἰσχύσωμεν· ὁ γὰρ κελεύων ἀγαπᾷν τοὺς ἐχθροὺς, πῶς ἂν ἠθέλησε μισεῖν τοὺς κατὰ φύσιν οἰκείους; οὔτε οὖν ἀγνοῆσαι τὴν φύσιν, οὔτε δουλεῦσαι, προστάττει Χριστὸς, ἀλλὰ χρῆσθαι τῇ φύσει πρὸς τὸ ἄμεινον καὶ σωτήριον· συνεπάγεσθαι γὰρ τὸ οἰκεῖον θέλει εἰς τὴν αὐτοῦ Χριστοῦ φιλίαν, ἀλλὰ μὴ ἀφέλκεσθαι διὰ τοῦ οἰκείου τῆς θείας ἀγάπης· ἐπεὶ, τό γε τιμᾷν γονέας, καὶ αὐτῷ τῷ κυρίῳ δοκεῖ· * καὶ τὸ ἐκτρέφειν τὰ τέκνα *, Παῦλος εἰσηγεῖται· ἀλλὰ καὶ γονεῦσιν ὑπακούειν δεῖ φησὶν ἐν κυρίῳ· * καὶ νουθεσίᾳ κυρίου, καὶ τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ἀγαπᾷν τοῖς ἀνδράσιν εἰσηγήσατο *, ἀλλ᾽ ἐν μιμήσει Χριστοῦ τοῦ τὴν ἐκκλησίαν ἀγαπήσαντος· καὶ ταῖς γυναιξὶ δὲ τοὺς ἄνδρας φοβεῖσθαι *, ἀλλ᾽ ἐκκλησίας τύπῳ τῆς φοβουμένης Χριστόν· οὐ γὰρ οἰκείους γε ὄντας τῇ πίστει τοὺς οἰκείους μισητέον· εἰ γάρ

A. f. 201. B. f. 147.

* Exod. XX. 12. * I. Tim. V. 10. * Ephes. VI. 1. * Ephes. V. 25. * Ephes. V. 33.

[a] I. Tim. V. 8. [b] II. Cor. XI. 33. [c] Act. XX. 24. [d] Philip. I. 21.

τις τῶν ἰδίων φησὶ, καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖ, τὴν πίστιν ἤρνηται·* ἑνὶ δὲ λόγῳ, προκειμένου σκοποῦ τοῦ Χριστῷ ἀκολουθεῖν, εἴ τι τούτῳ σύμφωνον, αἱρετέον· τὸ δὲ μὴ σύμφωνον, παραιτητέον· καὶ γὰρ εἰ ζῶντας τὴν ἐν σαρκὶ ζωὴν ἔνεστι τὸ Χριστοῦ σέβας διαφυλάττειν, οὐ φευκτέον τὴν ἐν σώματι ζωὴν, ἀλλὰ συντηρητέον ταύτην, ὡς ὁ Παῦλος, ἡνίκα διὰ θυρίδος ἐν σαργάνῃ χαλασθεὶς, ἐκφεύγει τὰς Ἀρέτα χεῖρας*, ἵνα ζῶν ἔτι κηρύττῃ Χριστὸν, καὶ μὴ θᾶττον ἀναιρεθεὶς, ἐμποδίσῃ τὸ κήρυγμα· ὅπου δὲ ἔδει καὶ τῆς ζωῆς καταφρονεῖν ὑπὲρ τοῦ τελειῶσαι τὸν δρόμον, οὐδὲ τὴν ψυχὴν ἔφη ποιεῖσθαι τιμίαν ἑαυτῷ·* καὶ Χριστὸν ἐφ' ἑκάτερα προὐτίθετο σκοπὸν, ἐπί τε τὸ ζῆν καὶ τὸ τεθνάναι· ἐμοὶ γάρ φησι* τὸ ζῆν, Χριστός· καὶ τὸ ἀποθανεῖν, κέρδος.

v. 28. Τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν θέλων πύργον οἰκοδομῆσαι κ. τ. λ.

A. f. 205. B. f. 113. Ὁποία τίς ἡ πρόφασις, ἡ πρός γε τούτους παρενεγκοῦσα τοὺς λόγους, εἰπεῖν ἀναγκαῖον· τὸ εὐαγγελικὸν δεῖπνον ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἔφη γεγενῆσθαι μέγα, εἰς ὃ κέκληνται πολλοὶ παρὰ τοῦ προσθέντος αὐτοῖς τὴν πανήγυριν· ἀλλ' ἦσαν πρὸς τοῦτο ῥάθυμοί τινων· παρῃτοῦντο γάρ φησιν ἀπὸ μιᾶς, λέγοντες· ὁ μὲν ὅτι ἀγρὸν ἠγόρασα, ὁ δὲ ὅτι ζεύγη βοῶν ἐπριάμην, ὁ δὲ ὅτι γυναῖκα ἔγημα, καὶ οὐ δύναμαι ἐλθεῖν· καὶ τοιαύταις τισὶν εὑρεσιλογίαις χρώμενοι, λελυπήκασι τὸν κεκληκότα· ἔδει τοίνυν ἡμᾶς εἰδέναι καὶ μάλα σαφῶς, ὅτι θεοῦ καλοῦντος εἰς ἑαυτὸν, τῶν εἰς σάρκα καὶ περὶ αὐτὴν ἐπιθυμιῶν καταφρονητὰς εἶναι προσήκει· εἶτα, δυσὶ κέχρηται παραδείγμασιν, ἀκονῶν εἰς ἄμαχον εὐανδρίαν τοὺς ἑαυτοῦ γνωρίμους· εἰ γὰρ δή τις βούλοιτο, φησὶ, οἰκοδομῆσαι πύργον, τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν ἑτοιμασάμενος πρότερον, οὕτως τῇ οἰκοδομῇ ἐπιβάλλεται· [καὶ εἴ τις βασιλεὺς πορεύῃ συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον, πρῶτον βουλεύεται] εἰ εὐσθενὴς ᾖ πρὸς ἀντίστασιν, ἢ μή· ἵν' ἢ θαῤῥήσῃ τὸν πόλεμον, ἢ τὴν εἰρήνην ἕλοιτο· ταυτὸ δὴ τοῦτο καὶ τοὺς πιστεύοντας ἀπαιτεῖ· δεῖ γὰρ τοὺς τὴν εὐκλεᾶ καὶ ἀμώμητον ζωὴν κατορθοῦν ἑλομένους, τὴν ἀρκοῦσαν εἰς τοῦτο

gavit. Ut uno verbo dicam, quum rei summa Christi sequela sit, si quid huic consonat, id eligendum; si quid contra non consonat, id repudiandum. Et siquidem hanc in carne vitam retinentes, Christi religionem tueri possumus, non est corporea vita recusanda, sed potius conservanda, sicut cum Paulus per fenestram in sporta demissus, Aretae manus vitavit, ut Christum superstes adhuc praedicaret, neque maturius extinctus magisterio prohiberetur. Cum autem opus erat vitam ipsam negligere ob cursum consummandum, ne animam quidem in pretio habere se dixit: Christumque utraque in re scopum sibi, sive vivendo, sive etiam moriendo proposuerat. Mihi enim vivere, Christus est; et mori, lucrum.

Quis enim ex vobis volens turrim aedificare etc.

Quaenam occasio horum sermonum fuerit dicendorum, fari necesse est. Caenam magnam evangelicam celebratam fuisse in superioribus dictum est, ad quam multi vocati fuerunt ab eius sollempnitatis auctore. Sed nonnullos eius rei piguit, qui uno ore recusarunt dicentes, alius quidem quod agrum emisset, alius quod boum par comparasset, alius quod uxorem duxisset ideoque venire nequiret: quibus utentes simulatis excusationibus, invitanti molestiam crearunt. Oportuit itaque apertissime nos cognoscere, vocante Deo, cunctas carnis cupiditates aspernari debere. Deinde duas profert similitudines, ut familiares suos ad invictam fortitudinem acuat. Si quis enim voluerit, inquit, turrim aedificare, paratis antea quae ad illius structuram pertinent, sic demum aedificium adgredietur. Et si quis rex eat committere bellum cum alio rege, prius cogitat utrum satis validus ad resistendum sit, nec ne: ut vel decertare audeat, vel pacem praeoptet. Hoc idem etiam a credentibus exigit: oportet enim eos qui nobilem irreprehensibilemque vitam agere decreverunt, idoneum huic rei vigorem mente concipere; ac meminisse

dicentis: « fili, si accedes ad serviendum Domino, praepara animam tuam ad tentationem; dirige cor tuum, et sustine. » Quibus hic vigor non inest, quomodo hi poterunt propositum sibi scopum attingere? – Quid autem hinc significatur? Non est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem, sed adversus spiritales nequitias, in caelestibus. Est et aliorum nobis adversantium agmen, carnalis affectus, in membris nostris lex concitans multifarias passiones. Adversus haec nobis est lucta, haec est inimicorum saeva multitudo. Quomodo ergo superiores erimus? Tum demum cum crediderimus, quod in Deo faciemus virtutem, uti scriptum est; et ipse ad nihilum deducet eos qui tribulant nos. Quum ita semet comparasset quidam de sanctis prophetis, aiebat: en Dominus auxiliatur mihi, quis me affliget? Canit alicubi etiam divus David: Dominus illuminatio mea et salvator meus; quem timebo? et reliqua. Ipse enim est fortitudo nostra.

Bonum est sal.

Sicut enim absque sale neque panis neque obsonium edibile est; ita sine apostolica sapientia ac magisterio, quaevis anima fatua et inodora, neque iucunda Deo est. – Esto itaque in nobis sal, id est divina salutaris doctrina; quam si negligemus, fatui erimus, et insipientes, et usquequaque inutiles (1).

Cap. XV.

Erant autem appropinquantes ei publicani omnes et peccatores, ut audirent illum.

Misit de caelo filium Deus pater, non ut mundum iudicet, sicut ipsemet ait, sed ut salvetur mundus per ipsum. Age vero quomodo salvari mundum oportebat, qui peccatorum laqueis captus erat? Num ex-

προθυμίαν ἐγκαταθέσθαι τῷ νῷ· μεμνῆσθαί τε τοῦ λέγοντος· * τέκνον, εἰ προσέρχῃ δουλεύειν κυρίῳ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμόν· εὔθυνον τὴν καρδίαν σου, καὶ καρτέρησον· οἷς δὲ οὐκ ἔνεστι προθυμία τοιαύτη, οὗτοι πῶς ἂν ἰσχύσειαν τὸν προτεθέντα αὐτοῖς ἀποπεράναι σκοπόν; – Τί τὸ ἐντεῦθεν ὑποδηλούμενον; οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις· * ἔστι δέ τις καὶ ἑτέρων ἡμῖν πολεμίων ἑσμὸς, τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ὁ ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν ἀγριαίνων νόμος τὰ πολύτροπα πάθη· πρὸς ταῦτα ἡμῖν ἡ πάλη, αὕτη τῶν ἐχθρῶν ἡ ἀγρία πληθύς· πῶς οὖν ἄρα περιεσόμεθα; ὅταν πιστεύωμεν ὅτι ἐν τῷ θεῷ ποιήσομεν δύναμιν, κατὰ τὸ γεγραμμένον *, καὶ αὐτὸς ἐξουδενώσει τοὺς θλίβοντας ἡμᾶς· οὕτως αὐτὸς ἑαυτὸν διατεθεὶς, ἔφη τίς τῶν ἁγίων προφητῶν *, ἰδοὺ κύριος βοηθεῖ μοι, τίς κακώσει με; ψάλλει δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· * κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; καὶ τὰ λοιπά· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡμῶν ἡ ἰσχύς.

Καλὸν τὸ ἅλας.

Ὥσπερ δὲ ἄνευ ἁλὸς, οὔτε ἄρτος, οὔτε ὄψον ἐδώδιμον, οὕτως ἄνευ τῆς ἀποστολικῆς συνέσεως καὶ διδασκαλίας, πᾶσα ψυχὴ μωρὰ καὶ ἄνοστος *, καὶ οὐχ ἡδεῖα παρὰ θεῷ. – Ἔστωσαν οὖν ἐν ἡμῖν οἱ ἅλες. τουτέστιν οἱ θεῖοί τε καὶ σωτήριοι λόγοι, ὧν ἐὰν καταφρονήσωμεν, ἐσόμεθα μωροὶ καὶ ἀσύνετοι καὶ ἀχρεῖοι παντελῶς.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Ἦσαν δὲ ἐγγίζοντες αὐτῷ πάντες οἱ τελῶναι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀκούειν αὐτοῦ.

Πέπομφεν ἐξ οὐρανοῦ τὸν υἱὸν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ, οὐχ' ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, καθὰ φησὶν αὐτὸς *, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ· εἶτα πῶς ἔδει σωθῆναι τὸν κόσμον, τοῖς τῆς ἁμαρτίας ἁλόντα βρόχοις; ἆρα δί-

* Eccli. II. 1.
* Ephes. VI. 12.
* Ps. LIX. 14.
* Ps. XXVI. 1.
* dic ἄνοσμος.
* Ioh. III. 17.

(1) Heic prosequitur in catena lat. Corderii Cyrillus. « Per terram siquidem insinuatur, id quod utilitatem capiat; per sterquilinium autem, quod prosit. Vos igitur qui constituti estis ut toti mundo prositis, atque aliis etiam prodesse possitis, reiiciemini, et ad nihilum futuri estis utiles. Qui habet aures audiendi audiat. Hoc est, qui habet intellectum, intelligat; qui habet mentem comprehendat. Symbolice enim atque aenigmatice aures hoc loco sensitivam virtutem animae, et ad intelligendum habitudinem significant. »

κας ἀπαιτούμενον, ἢ μᾶλλον εὐεργετούμενον ἀνεξικακοῦντος Θεοῦ, καὶ οἷον λήθῃ παραδιδόντος τὰ παρῳχηκότα, καὶ εἰς ἁγίαν ζωὴν ἀναπλάττοντος τοὺς εὖ βιοῦν οὐκ εἰδότας; τί οὖν εἰπέ μοι διαγογγύζεις, ὦ φαρισαῖε, τελώναις καὶ ἁμαρτωλοῖς οὐκ ἀπαξιώσαντος συνεῖναι Χριστοῦ, καὶ ταύτην αὐτοῖς τῆς σωτηρίας ὁδὸν οἰκονομικῶς κατασκευάζοντος; ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, καὶ ἐν ὁμοιώσει γέγονε τῇ πρὸς ἡμᾶς· ἆρ᾽ οὖν ἐπιπλήττεις τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ τοῦ μονογενοῦς; καί τοι τεθαυμάκασιν οἱ μακάριοι προφῆται τοῦ μυστηρίου τὸ εὐτεχνές· ψάλλει γὰρ ὁ προφήτης Δαβὶδ καὶ
* Ps. XLVI. 8. φησί· * ψάλατε συνετῶς, ἐβασίλευσεν ὁ θεὸς
* Habac. III. 2. ἐπὶ τὰ ἔθνη· ὁ δέ γε Ἀμβακοὺμ * ἀκηκοέναι φησὶ τὴν ἀκοὴν, κατανοῆσαι δὲ καὶ τὰ ἔργα, καὶ εἰς ἔκστασιν ἐλθεῖν· πῶς οὖν ἃ θαυμάζειν ἐχρῆν, ταῦτα καταψέγων οὐκ ἐρυθριᾷς; πεπλάνηται τὸ ἐπὶ γῆς γένος, ἀπώλισθε τῆς χειρὸς τοῦ ἀρχιποίμενος· γέγονε διὰ τοῦτο καθ᾽ ἡμᾶς, ὁ τὰς ἄνω καὶ ἐν οὐρανῷ ποιμαίνων ἀγέλας, ἵνα καὶ ἡμᾶς τοῖς ἰδίοις ἐναυλίσῃ σηκοῖς· ἵνα συνάψῃ τοῖς μὴ πεπλανημένοις, καὶ ἀποσοβήσῃ τὸν θῆρα τὸν ἀλιτήριον, ἀποστήσῃ δὲ καὶ ὥσπερ τι λῃστρικὸν καὶ ἀνόσιον στῖφον τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας, οἳ πεπλανήκασι τὴν ὑπ᾽ οὐρανόν· ἐζήτησε τοίνυν τὸ ἀπολωλὸς, καὶ τὰς τῶν Ἰουδαίων ἐπ᾽ αὐτῷ δὴ τούτῳ φιλοψογίας, εἰκαίας καὶ κενὰς ἀπέδειξεν.

v. 4. Τίς ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν ἔχων ἑκατὸν πρόβατα κ. τ. λ.

A. f. 207. Ἀλλά μοι σύνες ἐνταῦθα, ἀγαπητὲ (1), τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν βασιλείας τὸ πλάτος, καὶ τῆς ἐφ᾽ ἡμῖν οἰκονομίας τὸ εὐτεχνές· ἑκατὸν μὲν γὰρ εἶναι φησὶ τὰ πρόβατα, εἰς πληθὺν ἀναφέρων τὴν ἀρτίως ἔχουσαν καὶ τελειοτάτην, τὸν ὑποζευγμένων αὐτῷ λογικῶν τὸν ἀριθμόν· ἀεὶ γάρ πως ἐστὶ τέλειος, ὁ ἑκατὸν ἀριθμὸς, ἐκ δέκα δεκάδων συγκείμενος· μεμαθήκαμεν δὲ καὶ ἐκ τῆς θεοπνεύστου γρα-
* Dan. VII. 10. φῆς *, ὅτι χίλιαι χιλιάδες λειτουργοῦσι θεῷ, καὶ μύριαι μυριάδες τὸν ὑπέρτατον αὐτοῦ περιεστήκασι θρόνον· ἑκατὸν οὖν ἄρα τὰ

φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι καὶ ἀμφότερα· προσίασι τοίνυν τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ, ὅς ἐστι ζωὴ καὶ ἀνάστασις, καὶ ἀναιρεῖν πειρῶνται τὴν ἀνάστασιν· ὑβρισταὶ δὲ ὄντες καὶ ἄπιστοι, πλάττουσί τι μεστὸν ἀμαθίας· ἴδωμεν δὲ ἅπερ ἔφη Χριστὸς, διελέγχων αὐτοὺς, διαγελᾶν τὴν ἀνάστασιν πειρωμένους τῷ πλάσματι τῶν ἑπτὰ ἀδελφῶν ἐπὶ μιᾶς γαμετῆς τεθνεώτων· οἱ μὲν γὰρ υἱοί, v. 34.
φησι, τοῦ αἰῶνος τούτου, τουτέστιν οἱ τὸν κοσμικὸν καὶ ἐνσώματον διαζῶντες βίον, τεκνογονίας ἕνεκα γαμοῦσιν· οἵ γε μὴν τὴν εὐκλεᾶ καὶ ἀγαθῶν μεστὴν κατορθώσαντες ζωὴν, εἶτα καταξιωθέντες τυχεῖν τῆς ἐντίμου ἀναστάσεως, ἄνω που πάντως ἔσονται τῆς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ ζωῆς· διαβιώσονται γὰρ ὡς ἂν ἁγίοις πρέποι, καὶ ἐγγὺς ἤδη γεγόνασι θεοῦ· ἰσάγγελοι γάρ εἰσι καὶ υἱοὶ θεοῦ, τὴν ἁγίοις πρέπουσαν πνεύμασι τελοῦντες λατρείαν· καὶ ὥσπερ τὸ ἀγγελικὸν πλῆθος πολὺ μέν ἐστιν, οὐ μὴν ἐκ γενέσεως αὐξηθὲν, ἀλλ᾽ ἐκ δημιουργίας ὑπάρχον, οὕτω καὶ οἱ ἀνιστάμενοι· καὶ οὐ χρεία ἔτι γάμου· ἐπεὶ κἀνταῦθα μετὰ τὸ ἀποβαλεῖν τὸν Ἀδὰμ διὰ τὴν ἁμαρτίαν τῆς ἀθανασίας τὴν χάριν, διὰ τῆς παιδοποιίας φυλάττεται τῷ γένει τὸ διάδοχον, ἥ τις βοήθεια παρὰ τοῦ τὰ πάντα προεγνωκότος θεοῦ προκαταβέβλητο ἤδη καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς· ποιήσας γὰρ ἄνθρωπον, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν· οὐκοῦν ἐσόμεθα μὲν ἑαυτῶν ἀμείνους, ἀποβαλόμενοι τὴν φθορὰν, καὶ πνευματικὸν ἔχοντες τὸ σῶμα, τουτέστιν εἰς μόνα βλέπον

*

τὰ τοῦ πνεύματος (1)· καὶ νοῦς δὲ ὁ καταβιβάζων εἰς φαυλότητα οὐδεὶς ἔσται τηνικαῦτα· συνέχοντος ἡμᾶς εἰς τὸ ἑαυτοῦ θέλημα τοῦ δημιουργοῦ, διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοὺς ἁγίους ἀγγέλους.

trae superiores, deposita corruptela, spiritale corpus habentes, id est quod sola spiritus officia peragat. Tunc item mens nobis non erit ad vitium proclivis; conservante nos in sua voluntate creatore, per sanctum Spiritum, eo prorsus modo quo angelos.

v. 37. Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, καὶ Μωϋσῆς ἐμήνυσεν κ. τ. λ.

Quod autem mortui resurgant, Moyses quoque significavit etc.

A. f. 265. C. f. 150. Παρήγαγε γὰρ αὐτοῖς καὶ Μωϋσέα εὖ εἰδότα τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν· ἐν γὰρ τῇ βάτῳ φησὶ εἰσκεκόμικε λέγοντα θεὸν *, ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς Ἀβραὰμ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· τίνων δὲ θεὸς, εἰ μὴ ζήσονται κατ᾽ ἐκείνους; ἀλλ᾽ ἔστι ζώντων θεός· οὐκοῦν πάντη τε καὶ πάντως ἀναβιώσονται, τῆς πανσθενεστάτης δεξιᾶς ἀποφερούσης εἰς τοῦτο ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς.

* Exod. III. 6.

Produxit illis etiam Moysem mortuorum resurrectionem probe scientem. Namque in rubo, inquit, loquentem introduxit Deum: ego sum Deus Abrahami, Isaaci et Iacobi. Quorumnam vero sit Deus, si praedicti non vivent, prout isti putant? Atqui Deus est viventium; ergo omnino reviviscent, potentissima manu terrigenas omnes ad hunc statum revocante.

v. 40. Οὐκέτι δὲ ἐτόλμησαν ἐπερωτᾷν αὐτὸν οὐδέν.

Et amplius non audebant eum quidquam interrogare.

A. f. 266. Ἀρχὴ συνέσεως ἡ πίστις· ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσητε, οὐδ᾽ οὐ μὴ συνῆτε· * σωτήριος δὲ τῶν ἀναγκαίων ἡ ζήτησις· ἔστι μὲν ὁμολογουμένως, καὶ υἱὸς καὶ κύριος τοῦ Δαβὶδ ὁ Ἐμμανουήλ· τίνα δὲ τρόπον, αὐτὸ δὴ τοῦτο προσήκει νοεῖν, εἴπερ ἕλοιτό τις ἀναμαθεῖν, βαδιεῖται πάντως εἰς ἀκριβῆ θεωρίαν μυστηρίου τοῦ κατ᾽ αὐτὸν, ὃ σεσίγηται μὲν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, πεφανέρωται δὲ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς· οἱ μὲν οὖν Φαρισαῖοι σεσιγήκασιν ἐρομένου Χριστοῦ· ἔδρων δὲ τοῦτο δυστρόπως, μᾶλλον δὲ καθ᾽ ἑαυτῶν, ἵνα μὴ ξεομένης τῆς ἐρωτήσεως, ὁ σωτήριος ἐν αὐτοῖς ἀναλάμψῃ λόγος· οὐ γὰρ ἤθελον εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν· καὶ ἡμεῖς δὲ τοῖς νέοις Φαρισαίοις τὴν τοιάνδε πεῦσιν προσοίσομεν, τοῖς μήτε υἱὸν ἀληθινὸν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, μήτε θεὸν εἶναι λέγουσι τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένον· μερίζουσι δὲ τὸν ἕνα υἱὸν εἰς υἱοὺς δύο (2)· τίνα δὴ τρόπον ὁ υἱὸς τοῦ Δαβὶδ κύριος αὐτοῦ ἐστι, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνῃ κυριότητι μᾶλλον, ἀλλὰ θεϊκῇ; τὸ γὰρ ὅλως ἐκ δεξιῶν αὐτὸν καθίσαι τοῦ πατρὸς, τὴν ἄνω δόξαν

* Is. VII. 9. gr.

Initium intelligentiae fides. Nam nisi credideritis, non intelligetis. Salutaris autem est dogmatum necessariorum inquisitio. Sine dubio filius simulque dominus Davidis est Emmanuhel; quonam autem modo id ipsum intelligendum sit, si quis velit discere, ingredietur prorsus in persubtilem considerationem mysterii eius, quod iam inde a mundi primordiis silentio pressum fuit, apparuit autem postremis saeculi temporibus. Pharisaei itaque conticuerunt loquente Christo. Sed et hoc malitiose egerunt (at cum proprio magis detrimento) ne forte interrogatione scalpente, salutaris ipsis emicaret sermo. Non enim cognoscere veritatem volebant. Et nos pariter neotericos pharisaeos sic interrogabimus, qui neque verum filium Dei patris, neque Deum esse dicunt illum de sancta Virgine natum; sed unum filium in filios dividunt duos. Quomodo scilicet filius Davidis, dominus eiusdem est, nec tam humano dominatu quam divino? Prorsus enim sessio eius ad patris dexteram, caelestem eiusdem maiestatem testatur.

(1) Animadverte pulchram definitionem corporis spiritalis post resurrectionem.
(2) Contra Arianos simul et Nestorianos.

Nam qui consessores in throno sunt, iidem pari honore fruuntur, et eiusdem naturae esse intelliguntur. Sessio autem Dei, nil aliud significat nisi regnum, et supra res omnes potentatum. Porro sedet omnino ad Dei patris dexteram, secundum veracem Servatoris sermonem, quatenus Verbum Deus, et ex ipsa genitus patris Dei substantia, formamque eandem ac paritatem cum illo habens, factus est caro, id est homo perfectus, haud recedens divina dignitate, sed magis in statu suo permanens, et Deus esse perseverans, etiamsi caro in similitudine nostra sit factus. Dominus est itaque Davidis, quod ad naturam divinam adtinet, gloriam ac potestatem; secundum vero carnem, eiusdem filius. Debuerant Iudaeorum principes, quoniam adeo propter divinarum legum peritiam attollebant supercilium, debuerant inquam sanctorum prophetarum oracula non ignorare. Isaias enim dicit: « ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuhelem, quod est interpretatum, nobiscum Deus. » Nobiscum revera versatus est Deus, cum nostram similitudinem subiit, ut mundum salvaret. Sed enim nulla erat Iudaeorum principibus de veritate sollicitudo. Porro autem quinam iis esset rei praetextus, si quis discere avet, audiet a nobis; videlicet neque ab ingenito sibi gloriae amore, neque a maledicta avaritia volebant recedere.

αὐτῷ προσμαρτυρεῖ· τὰ γὰρ ὁμόθρονα καὶ ἰσότιμα, καὶ ἐν ταυτότητι νοεῖται φυσικῇ· ἡ δὲ κάθισις ἐπὶ θεοῦ σημήνειεν ἂν οὐχ᾽ ἕτερον, πλὴν ὅτι τὴν βασιλείαν, καὶ τὴν τῶν πάντων ἐξουσίαν· κάθηται δὲ ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς πάντως, κατά γε τὸν ἀπλανῆ τοῦ σωτῆρος λόγον, ὅτι θεὸς ὢν ὁ λόγος, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀναφὺς τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι πρὸς αὐτὸν ὑπάρχων, γέγονε σὰρξ, τουτέστι τέλειος ἄνθρωπος, οὐκ ἐκβεβηκὼς τῶν θείων ἀξιωμάτων, μεμενηκὼς δὲ μᾶλλον, ἐν οἷς ἦν ἀεὶ, καὶ θεὸς ὑπάρχων, κἂν εἰ γέγονε σὰρξ ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς· κύριος τοίνυν ἐστὶ τοῦ Δαβὶδ κατά γε τὸ πρέπον τῇ θεϊκῇ φύσει τέ καὶ δόξῃ καὶ ἐξουσίᾳ, υἱὸς δὲ αὐτοῦ κατὰ σάρκα· ἔδει δὲ τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητὰς, καί τοι μεγάλην αἴροντας τὴν ὀφρῦν ἐπὶ τῇ τῶν θείων εἰδήσει νόμων, τὰς τῶν ἁγίων προφητῶν μὴ ἀγνοῆσαι φωνάς· Ἡσαΐας γάρ φησιν *, ἰδοὺ * Is. VII. 14.
ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν· καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον μεθ᾽ ἡμῶν ὁ θεός· μεθ᾽ ἡμῶν δὲ γέγονε θεὸς ὢν ὁ λόγος, τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθὼν, ἵνα σώσῃ τὴν ὑπ᾽ οὐρανόν· ἀλλ᾽ οὐδεὶς ἦν, ὡς ἔφην, τοῖς Ἰουδαίων καθηγηταῖς, τῆς ἀληθείας ὁ λόγος· ὁποία δέ τις γέγονεν αὐτοῖς ἡ πρόφασις εἴπέρ τις ἕλοιτο μαθεῖν, ἀκούσεται πρὸς ἡμῶν· ὅτι τὸ μὴ ἐθέλειν ἀποφοιτᾷν τῆς συντρόφου φιλοδοξίας, μήτε μὴν τῆς ἐπαράτου φιλοκερδείας.

Attendite a scribis, qui volunt ambulare in stolis etc.

Scribarum morbi erant pompae amor lucrique studium. Ut ergo his tam turpibus culpis sanctorum discipulorum coetus abesset, hortatur commode dicens: cavete ne paribus capiamini vitiis, neque illorum irreligiositatis participes sitis. Quaenam enim ipsorum consuetudo erat? Ambulare in plateis bene exornatos, gravi adducto supercilio, laudes spectantium captare, simulatos prae se ferre mores, in precibus multiloquio uti.

Προσέχετε ἀπὸ τῶν γραμματέων τῶν θελόντων περιπατεῖν ἐν στολαῖς κ. τ. λ. v. 46.

Τῶν γραμματέων ἀρρωστήματα ἦσαν, τὸ A. f. 266. b.
φιλόκομπον καὶ τὸ φιλοκερδές· ἵνα τοίνυν τῶν οὕτως αἰσχρῶν αἰτιαμάτων ἔξω που γένηται τῶν ἁγίων μαθητῶν ὁ χορὸς, παρεγγυᾷ χρησίμως, λέγων· μὴ ἀνάσχησθε τοῖς ἴσοις ἁλῶναι κακοῖς, μὴ δὲ τῆς ἐκείνων ἀφιλοθεΐας γένησθε κοινωνοί· ποῖον γὰρ ἦν τὸ ἔθος αὐτοῖς; τὸ βαδίζειν ἐν ἀγοραῖς εὖ μὲν περιεσταλμένους, κατασύροντας δὲ βαθεῖαν ὀφρῦν, τὸ τοὺς παρὰ τῶν ὁρώντων ἐπαίνους ζητεῖν, τὸ ἐπίπλαστον ἔχειν τὸ ἦθος, τὸ βαττολογεῖν ἐν προσευχαῖς.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

v. 1 'Αναβλέψας δὲ εἶδε τοὺς βάλλοντας τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον πλουσίους.

B. f. 187. b. C. f. 150. b. * Matth. V. 7.

Ἔφη που ὁ σωτὴρ, μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται· * τούτους ἐποπτεύει προσφέροντας τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον· ἀλλ' ὡς ἐκ πλούτου πολλοῦ, πολλὰ μὲν ἦσαν ὡς εἰκὸς τὰ παρ' ἑκάστου καρποφορούμενα· ὀλίγα δὲ πάλιν καὶ τῆς τῶν προκομιζόντων ἀνάξια χειρός· εἶτα μετ' ἐκείνους γύναιον πτωχείᾳ δεινῇ κατηχθισμένον εἰσέθει ἐξ ἐράνου μόλις καὶ δὲ σὺν ἱδρῶτι συλλέγον, εὐτελεστάτην τὴν ἀποχρῶσαν ἡμέρᾳ διατροφήν· εἶτα δύο προσῆγεν ὀβολοὺς, ὥσπερ ἀποκτωμένη τὸν βίον· ὢ παραδόξου θαύματος· ἡ τὸν παρ' ἑτέρου ἔλεον ζητοῦσα διηνεκῶς, αὐτὴ δανείζει θεῷ, καρποφόρον αὐτῷ καὶ αὐτὴν ἀποφαίνουσα τὴν πτωχείαν· νικᾷ τοιγαροῦν τοὺς ἄλλους, καὶ δικαίᾳ ψήφῳ στεφανοῦται παρὰ θεοῦ.

v. 5 Καί τινων λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται κ. τ. λ.

C. f. 151. D. f. [illegible]

Ἐπεδείκνυον τινὲς τῷ Χριστῷ τὰς ἐν τῷ ναῷ μεγαλουργίας, καὶ τὸν τῶν ἀναθημάτων κόσμον· ᾠήθησαν γὰρ ὅτι θαυμάσει σὺν αὐτοῖς τὰ ὁρώμενα, καί τοι θεὸς ὢν καὶ θρόνον ἔχων τὸν οὐρανόν· ὁ δὲ ἀφίησι μὲν τὸν περὶ αὐτῶν λόγον, προμεμήνυκε δὲ ὅτι ἐκ βάθρων πεσεῖται κατὰ καιροὺς, κατακομιζούσης εἰς τοῦτο αὐτὸν τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς καὶ ἅπασαν Ἱερουσαλὴμ, τὰς τῆς κυριοκτονίας δίκας ἐξαιτούσης τὸν Ἰσραήλ· μετὰ γάρ τοι τὸν τοῦ σωτῆρος σταυρὸν, ταῦτα συνέβη
A. f. 268. b. παθεῖν αὐτούς. — Οὐ συνίεσαν δὲ οἱ μαθηταὶ τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν, ἀλλὰ περὶ συντελείας τοῦ αἰῶνος εἰρῆσθαι νομίσαντες, ἤροντο πότε ταῦτα ἔσται, καὶ τί τὸ σημεῖον ὅταν μέλλῃ γίνεσθαι; τί οὖν ὁ Χριστός; ἕπεται τῷ σκοπῷ τῶν προσαιτούντων τὴν πεῦσιν, καὶ ἀφίησι μὲν τέως τοὺς περὶ τῆς ἁλώσεως τῆς Ἱεροσολύμων λόγους· τοὺς δὲ περὶ συντελείας τοῦ παρόντος αἰῶνος ὑφαίνει, καί φησιν ὅτι πρὸ τῆς ἐξ οὐρανῶν αὐτοῦ καθόδου, προδραμοῦνταί τινες ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, τὸ αὐτοῦ πρόσωπον ἑαυτοῖς περιπλάττον-

Cap. XXI.

Respiciens autem vidit eos qui mittebant dona sua in gazophylacium divites.

Dixit alicubi Servator: beati misericordes (eleemosynarii) quoniam ipsi misericordiam consequentur. Hos spectat deferentes dona sua in gazophylacium. Sane, utpote ex multis opibus, multa verisimiliter erant quae a singulis offerebantur; sed eadem vicissim exigua, et manu offerentium indigna. Mox post illos muliercula gravi paupertate laborans, symbolam suam conferebat quam vix proprio sudore corraserat, vilissimam scilicet unius diei alimoniam. Obtulit itaque duos obolos, victum quodammodo suum proiiciens. O insperatum miraculum! Quae alienam semper misericordiam implorabat, nunc mutuatur Deo, fructiferam illi ipsam quoque efficiens paupertatem. Vincit ergo reliquos, iustaque Dei sententia coronatur.

Et quibusdam dicentibus de templo, quod bonis lapidibus et donis ornatum esset etc.

Demonstrabant nonnulli Christo templi magnum aedificium, et donorum splendorem, putantes fore ut ipse quoque una cum illis id spectaculum miraretur, qui ceteroqui Deus erat caelique dominator. At is omisso de rebus his sermone, praedixit potius templum statuto tempore funditus eversum iri, cum universa urbe Hierusalem, a Romanorum exercitu, dominicae necis poenas ab Israhelitis exposcente. Etenim post Servatoris crucifixionem haec illis mala perpeti contigit. — Non intellexerunt autem dictorum vim discipuli, sed de consummatione saeculi locutum illum existimantes, sciscitabantur quandonam essent haec eventura, quodve eius rei indicium foret? Quid ergo Christus? interrogantium menti se accommodat, omissoque deinceps de Hierosolymorum excidio sermone, pergit dicere de praesentis saeculi consummatione, aitque ante suum de caelo reditum, praecursuros aliquos pseudochristos et pseudoprophetas, qui perso-

nam eius simulabunt; quibus non sit credendum. Voluit quidem unigenitum Dei Verbum, ut terrarum orbem salvaret, nativitatem quoque carnalem ex muliere perpeti. Erat haec autem in eo exinanitio et humiliatio. Tamquam igitur ad exinanitionem sponte demissus, latere volebat. Itaque et apostolos increpuit ante venerandam crucifixionem, quominus ipsum manifestum facerent. Nam secreto indigebat ratio incarnationis, ut in adorabili cruce patiens tamquam homo mortem destrueret, et ab universali tyrannide Satanam depelleret. Secundus autem de caelo adventus, haud clam ut primus, sed illustris plenusque terroris erit. Descendet enim stipantibus sanctis angelis, et cum patris Dei maiestate, ut mundum iusto iure iudicet. Itaque siquando pseudochristi aut pseudoprophetae exsurgent, quominus eos sectemini cavete. – Vel etiam communem finem dicit, atque universi mundi consummationem. – Manifesta atque evidentia signa dat mundi consummationis; nam bella erunt, inquit, seditiones, fames, et de caelo terriculamenta. Etenim ut alius evangelista dicit, stellae omnes cadent, et caelum ceu liber convolvetur, virtutes caelorum commovebuntur. – Interponit Servator hierosolymitani excidii narrationem, sermonemque permiscet dicens:

Sed ante haec omnia iniicient vobis manus suas, et persequentur etc.

Ante enim temporum consummationem, capta est Iudaeorum regio, invadente eam Romanorum exercitu, combustum est templum, regalia illorum palatia eversa, legalisque cultûs ius cessavit. Sed prius quam haec evenirent, persecutionem experti sunt a Iudaeis beati discipuli, coniecti in vincula, pertracti ad iudices, et regibus praesentati. Missus est ergo Romam Paulus, qui et ante Festum constiterat atque Agrippam. Verumtamen haec eis evenerunt in testimonium, id est ad testimonii gloriam, quaecumque sunt passi.

τες, οἷς οὐ χρὴ πείθεσθαι· ἠθέλησε μὲν γὰρ
ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, ἵνα σώσῃ τὴν ὑπ'
οὐρανὸν, καὶ γέννησιν ὑπομεῖναι τὴν κατὰ σάρκα
ἐκ γυναικός· ἦν δὲ τὸ χρῆμα αὐτῷ κένωσις
καὶ ταπείνωσις· ὡς οὖν ἑαυτὸν καθεὶς εἰς κέ-
νωσιν λανθάνειν ἠξίου· καὶ γοῦν ἐπετίμα τοῖς
ἀποστόλοις πρὸ τοῦ τιμίου σταυροῦ, ἵνα μὴ φα-
νερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν· * ἐδεῖτο γὰρ τοῦ λα- * Matth. XVII. 9.
θεῖν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ τρόπος, ἵνα
καὶ τὸν τίμιον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομείνας σταυρὸν ὡς
ἄνθρωπος, καταργήσῃ τὸν θάνατον, καὶ τῆς
κατὰ πάντων τυραννίδος ἀποσοβήσῃ τὸν σα-
τανᾶν· ἡ δὲ δευτέρα καὶ ἐξ οὐρανοῦ κατα-
φοίτησις, οὐ λεληθότως ἔσται καθὰ καὶ πρὸ
τούτου, ἀλλ' ἐπίσημός τε καὶ φόβου μεστή·
καταβήσεται γὰρ δορυφορούντων αὐτὸν τῶν
ἁγίων ἀγγέλων, καὶ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ θεοῦ καὶ
πατρὸς, ἵνα κρίνῃ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ·
οὐκοῦν ὅταν τινες ἐγερθῶσι ψευδόχριστοι καὶ
ψευδοπροφῆται, μὴ πορευθῆτε ὀπίσω αὐ-
τῶν. – Ἢ καὶ τέλος τὸ κοινόν φησι, καὶ τὴν v. 9. A. f. 269.
παγκόσμιον συντέλειαν. – Δίδωσι σημεῖα C. f. 151. v. 10.
σαφῆ τε καὶ ἐναργῆ τῆς συντελείας τοῦ κόσμου·
πόλεμοι γὰρ ἔσονται φησὶν καὶ καταστασίαι,
καὶ λιμοὶ καὶ φόβητρα ἀπ' οὐρανοῦ· ὡς γὰρ
ἕτερος φησὶ τῶν εὐαγγελιστῶν *, πάντα τὰ * Matth. XXIV. 29. et Marc. XIII.
ἄστρα πεσεῖται, εἱλιχθήσεται ὁ οὐρανὸς ὡς 25.
βιβλίον, αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθή-
σονται. – Διὰ μέσου μέν τοι τίθησιν ὁ σω-
τὴρ τὰ περὶ τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων,
καὶ τὸν λόγον κεράννυσι λέγων·

Πρὸ δὲ τούτων πάντων ἐπιβαλοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς τὰς v. 12.
χεῖρας αὐτῶν καὶ διώξουσι κ. τ. λ.

Πρὸ γὰρ τῶν τῆς συντελείας καιρῶν, ἥλω C. f. 151.
μὲν ἡ τῶν Ἰουδαίων χώρα, καταδραμούσης D. f. 19. b
αὐτὴν τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς, ἐμπέπρησται
δὲ ὁ ναὸς, κατεσείσθη τὰ παρ' αὐτοῖς βα-
σίλεια, πέπαυται τῆς κατὰ νόμον λατρείας ἡ
δύναμις· πρὶν δὲ ταῦτα συμβῆναι, ἐδιώχθη-
σαν παρ' αὐτῶν οἱ μακάριοι μαθηταὶ, δεσ-
μῶται γεγόνασι, ἤχθησαν ἐπ' ἄρχοντας,
ἐπέμφθησαν ἐπὶ βασιλέας· ἀπεστάλη γοῦν
ὁ Παῦλος εἰς Ῥώμην πρὸς Καίσαρα, καὶ
Φήστῳ παρέστη καὶ Ἀγρίππᾳ· πλὴν γέγονεν
αὐτοῖς εἰς μαρτύριον, τουτέστιν εἰς μαρτυ-
ρίου δόξαν, τὰ ἐπενηνεγμένα.

V. 14. Θέσθε οὖν εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν μὴ προμελετᾷν ἀπολογηθῆναι.

C. f. 151. D. f. 69. b. Παρεγγυᾷ ὅτι μὴ προμελετᾶτε μέλλοντες ἀπολογεῖσθαι· λήψεσθε γάρ φησι παρ' ἐμοῦ σοφίαν καὶ γλῶσσαν ἄμαχον καὶ ἀκαταγώνιστον τοῖς ἀντικειμένοις ὑμῖν· ἀποκείρων δὲ καὶ τῆς ἀνθρωπίνης μικροψυχίας τὰς ἀφορμὰς, παραδοθήσεσθαι φησὶν αὐτοὺς παρὰ
V. 1.. τῶν οἰκειοτάτων, πλὴν ὅτι πάντη τε καὶ πάντως σωθήσονται παρ' αὐτοῦ· ἐπάγει γοῦν· παραδοθήσεσθε δὲ καὶ ὑπὸ γονέων καὶ ἀδελ-
V. 1.. A. f. 270. C. f. 1 1. φῶν καὶ φίλων καὶ τῶν ἐκ γένους· πλὴν ὅτι πάντη τε καὶ πάντως σωθήσονται παρ' αὐτοῦ· θρὶξ γὰρ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐκ ἀπολεῖται φησί· σαφεστέραν δὲ ποιῶν τὴν προαγόρευσιν τῆς ἁλωσέως, ἐπάγει· ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ, τότε γνῶτε ὅτι ἤγγικε ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς· εἶτα μεθίστησι πάλιν τοὺς λόγους ἐπὶ τὸν τῆς συντελείας καιρόν. — Γέγραπται ἐν ταῖς
* Act. XI. 28. πράξεσιν *, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐγένετο λιμὸς μέγας ἐπὶ Κλαυδίου καίσαρος, καὶ σεισμοὶ πολλοὶ ἐγένοντο. — Ἃ γὰρ ἑωράκατε ἐπ' ἐμοὶ γινόμενα, προσδοκήσατε καὶ ἐφ' ὑμῖν.

Ponite ergo in cordibus vestris, non praemeditari quemadmodum respondeatis.

Hortatur, ut ne velint praemeditari quid responsuri sint. A me enim accipietis inquit sapientiam, linguamque invictam, et adversariis vestris insuperabilem. Tum et humanae pusillanimitatis occasionem praecidens, ait eos traditum iri a suis proximis, sed tamen ab ipso omnino fore salvandos. Pergit itaque dicere: trademini etiam a parentibus ac fratribus et amicis atque agnatis. Verumtamen incolumes illos se praestiturum adfirmat. Capillus enim, inquit, de capite vestro non peribit. Manifestiorem autem inferens excidii praedictionem, addit: quum vero videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote proximam esse vastitatem eius. Deinde transfert denuo sermonem ad tempus consummationis. — Scriptum est enim in Actibus, post Domini resurrectionem, magnam sub Claudio Caesare famem extitisse: multique etiam terrae motus fuerunt. — Quae enim in me facta vidistis, vobismet pariter expectate.

V. 26. Ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν.

B. f. 14. b. Ἀρχομένης γὰρ ὥσπερ τῆς κτίσεως ἐναλλάττεσθαι, συνοχή τις ἔσται δεινὴ καὶ ἀπόψυξις εἰς θάνατον· τὸ γὰρ ἐπερχόμενον ἀφόρητον δεῖμα πολλοῖς ἀρκέσει πρὸς ὄλεθρον.

In terris pressura gentium.

Cum res creatae incipient velut immutari, tunc pressura quaedam fiet et exanimatio ad mortem usque. Nam superveniens intolerabilis pavor multis sufficiet ad interitum.

V. 27. Τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν νεφέλῃ.

A. f. 27.. C. f. 151. b. E. f. 71.. * Matth. XXIV. 30. et Marc. XIII. 26. Πῶς δὲ ἐλεύσεται; πῶς ἥξει ὡς αὐτὸς ἐδήλωσεν (καὶ) ἀλλαχοῦ λέγων· * καὶ τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν νεφέλαις, μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς· ἐλεύσεται γὰρ οὐκέτι ἐν ὑφέσει οὐδὲ ἐν μικροπρεπείᾳ τῇ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἐν δόξῃ καὶ δυνάμει θεότητος· κατ' ἀμφοτέρων δὲ ἀκούσῃ τὸ πολλῆς· μετὰ δυνάμεως γὰρ πολλῆς καὶ δόξης πολλῆς τὴν δευτέραν αὐτοῦ ποιήσεται θεοφάνειαν, ἐπεὶ τὴν προτέραν μετὰ ἀσθενείας καὶ ἀτιμίας ἐποιήσατο, ὅσον τὸ κατὰ τοῖς πολλοῖς ὁρώμενον· διὰ τί δὲ ἐν νεφέλῃ; ὅτι οὕτως ἀεὶ φαίνεται ὁ θεός· νεφέλη

Tunc videbunt filium hominis venientem in nube.

Quomodo veniet? Nempe aderit quomodo ipsemet alibi quoque dixit: et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum virtute et gloria multa. Veniet enim nequaquam demissus et humilis humano more, sed cum gloria ac virtute deitatis. Porro de utraque qualitate vocabulum « multa » intelliges: nam et multa cum virtute, et simul multa cum gloria secundam faciet theophaniam, quandoquidem primam cum infirmitate et obscuritate fecit, quantum quidem vulgo visum est. Cur autem in nube? quia sic apparere so-

let Deus: nubes enim et caligo circa eum sunt. Item: Dominus sedet in nube levi. Et rursus: qui ponit nubem ascensum suum. Item: nubes eripuit eum ab oculis ipsorum. Item: sicuti filius hominis veniens in nubibus. Sic videlicet eum vidit Daniel. Sic et tum veniet haud latenter, sed uti Deus et dominus cum gloria Deo digna, atque omnia in melius reformabit. Reviviscent enim mortui, exuetque corruptionem terrenum corpus his passionibus olim obnoxium; induetque immortalitatem, Christo eiusdem datore, et eos qui ipsi credunt conformes efficiente corpori gloriae suae. Quare et rem huiusmodi redemptionem nostram appellat dicens: his autem fieri incipientibus, respicite et levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. – Veluti enim si quis dicat de homine, quod a patre acceperit animal esse rationale, hoc ipso eundem significat rationalem genitum a rationali; sic etiam unigenitus de Deo Deus, ex eo qui universum iudicat mundum iudex processit. Nec quia omne iudicium commisit filio pater, idcirco dominatione minutus est: indivisus enim a Deo unigenitus est, sicuti lux a sole. Inest enim ipsi naturaliter; ita ut omnia quae pater habet, filii sint; et vice versa.

Videte ficulneam et omnes arbores etc.

Exposita ficulneae parabola, statim addit: cognoscite prope adesse regnum Dei. Hoc autem docet, quia nondum ad supremum finem res devenerant, dum haec dicerentur, sed tamen ad terminum properabant, sicut ad fructum gignendum properat ficulnea, cum ramos mollit et folia germinat; ita Domini praesentia quemlibet principatum ac potestatem perimens, regno Dei orbem terrarum parat. Deinde ait: amen dico vobis, non praeteribit generatio haec, donec omnia fiant. Generationem vero dicit non viventes tunc homines, sed moribus similes. Dum autem dicit fieri non posse ut verba eius praetereant,

γὰρ καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ· * καὶ, κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης· * καὶ πάλιν· ὁ τιθεὶς νέφος τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ· * καὶ, νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν· * καὶ, ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος ἐπὶ τῶν νεφελῶν· * οὕτω γοῦν αὐτὸν καὶ Δανιὴλ θεωρεῖ· οὕτω καὶ τότε ἐλεύσεται οὐ λεληθότως, ἀλλ᾽ ὡς θεὸς καὶ κύριος ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ, καὶ πάντα μεταστήσει πρὸς τὸ ἄμεινον· ἀναβιώσονται γὰρ οἱ νεκροὶ, καὶ ἀποδύσεται τὴν φθορὰν τὸ ἐκ γῆς τοῦτο εὐάλωτον τοῖς πάθεσι σῶμα· ἐνδύσεται δὲ τὴν ἀφθαρσίαν, Χριστοῦ νέμοντος αὐτὴν, καὶ συμμόρφους τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας ἀποφαίνοντος· διὸ καὶ ἀπολύτρωσιν ἡμῶν αὐτὸς τὸ πρᾶγμα καλεῖ, λέγων· ἀρχομένων δὲ τούτων γίνεσθαι, ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν. — Ὥσπερ γὰρ εἰ λέγοι τὶς περὶ ἀνθρώπου, ὅτι παρὰ τοῦ πατρὸς ἔλαβε τὸ λογικὸς εἶναι, ἐκ λογικοῦ σημαίνει καὶ αὐτὸν λογικὸν γεννηθῆναι, οὕτω καὶ ὁ μονογενὴς ἐκ θεοῦ θεὸς, καὶ ἐκ τοῦ κρίνοντος πᾶσαν τὴν γῆν προῆλθε κριτής· καὶ οὐκ ἐπειδὴ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκεν τῷ υἱῷ ὁ πατὴρ, αὐτὸς τῆς δεσποτείας ἐψίλωται· ἀχώριστος γὰρ ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ, ὡς τὸ φῶς τοῦ ἡλίου· ἔστι γὰρ ἐν αὐτῷ φυσικῶς· καὶ πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, τοῦ υἱοῦ ἐστι, καὶ ἀνάπαλιν.

* P… * I… * Ps. CIII. 3. * Act. I. 9 * Dan. VII. 13.

Ἴδετε τὴν συκῆν καὶ πάντα τὰ δένδρα. v. 2…

Εἰπὼν τὴν παραβολὴν τῆς συκῆς, εὐθέως ἐπάγει· γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ· τὸ δὲ τοιοῦτο διδάσκει, ὅτι οὔπω πρὸς τὸ ἔσχατον τέλος ἥκει τὰ πράγματα, τούτων γινομένων, ἀλλ᾽ ὁδεύει πρὸς τὸ τέλος ἤδη, καθάπερ ἐπὶ τὸν καρπὸν ὁδεύει ἡ συκῆ τοὺς κλάδους ἀπαλυνομένη, καὶ τὰ φύλλα ἐκφύουσα· οὕτω γὰρ δὴ καὶ ἡ τοῦ κυρίου παρουσία καταργοῦσα πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν, παρασκευάζει τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ· εἶτα φησίν· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ (v. 32.) μὴ παρέλθῃ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα γένηται· γενεὰν δέ φησι, οὐ τοὺς τότε ἀνθρώπους ἀλλὰ τοὺς ὁμοίους τῷ τρόπῳ· ἐν δὲ τῷ λέγειν, ὅτι ἀδύνατον τοὺς λόγους παρελ- (v. 33.)

θεῖν, καὶ τὴν τῶν στοιχείων συντέλειαν προαγορεύει ἤδη· ἀδύνατον γάρ, φησιν, τοὺς λόγους μου παρελθεῖν, καί τοι καὶ τῶν στοιχείων παρερχομένων· ἐγὼ μὲν γὰρ ἀληθεύων, ὅτι ἥξει ἡμέρα, καὶ ταῦτα γενήσεται, καὶ οὐκ
v. 34. ἐγχωρεῖ μὴ γενέσθαι ἃ λέγω· προσέχετε δέ, φησιν, μὴ βαρηθῶσιν ὑμῶν οἱ τῆς διανοίας ὀφθαλμοί· μέριμνα γὰρ βιωτικὴ καὶ κραιπάλη καὶ μέθη ἐξορίζει τὴν σύνεσιν, καὶ τὴν εἰς θεὸν πίστιν καὶ φόβον ἀμαυροῖ· χρεία οὖν ἀγρυπνίας τοιαύτης καὶ προσοχῆς, ἵνα μὴ αἰφνίδιος ἐπέλθῃ ἡ ἡμέρα ἐκείνη ὥσπερ παγὶς πρὸς ὑμᾶς μηδὲν ὠφεληθέντας ἐκ τοῦ προακηκοέναι.

elementorum quoque consummationem praedicit. Impossibile est enim sermones meos praeterire, quamquam ipsa elementa praetereunt. Ego enim vere dico, diem adfore, quo haec evenient; et quae dico, impossibile est quominus fiant. Cavete, inquit, ne vestrae mentis oculi graventur. Nam mundana sollicitudo, crapula, ebrietas, sapientiam expellunt, fidemque erga Deum atque eius timorem labefactant. Opus est igitur vigilantia tanta atque attentione, ut subitanea nobis non superveniat illa dies, tamquam laqueus, si nihil nos iuverit praevia notitia.

v. 37. *Ἦν δὲ τὰς ἡμέρας ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων.*

Erat autem diebus docens in templo.

A. f. 273 Τίνα δὲ ἦν ἃ ἐδίδασκεν, ἢ πάντως που τὰ ὑπὲρ τὴν νομικὴν λατρείαν; ἐνειστήκει γὰρ καιρὸς τοῦ τὴν σκιὰν μεταπλάττεσθαι εἰς ἀλήθειαν· ὁ δὲ ὄχλος ἥδιστα ἠκροᾶτο· τεθαυμάκασι γὰρ αὐτὸν πλειστάκις, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ
* Luc. IV. 32. ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ· * ὡς αὐτὸς γὰρ ὑπάρχων ὁ πάλαι λαλῶν διά τε Μωϋσέως, καὶ τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ὅλων κύριος, μεθίστη μετ' ἐξουσίας πρὸς τὴν πνευματικὴν λατρείαν τὰ ἐν τύποις κεχρησμῳδημένα· ηὐλίζετο γε μὴν εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, τοὺς ἐν τῇ πόλει θορύβους παραιτούμενος, ἵνα ἡμῖν κἂν τούτῳ γένηται τύπος· τῷ γε μὴν ὄχλῳ ὀρθρίζοντι
* Ps. XLII. 2. πρὸς αὐτὸν, προσῆκε λέγειν τὸ τοῦ Δαβίδ· * ὁ θεός ὁ θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω, ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου. — Περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν ἀζύμων ὅτι ἤγγιζε, καὶ ὅτι ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς ἀνελεῖν αὐτὸν, καὶ ὅτι εἰσῆλθεν ὁ σατανᾶς εἰς τὸν Ἰούδαν, καὶ ὅτι συνεφώνησε τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν, καὶ ὅτι ἐζήτει ἐπὶ τοῦτο εὐκαιρίαν, ἕως “ καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστο-
* Luc. XXII. 14. λοι σὺν αὐτῷ * ” προεγράφη εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον.

Quaenam porro docebat, nisi quae legalem cultum exsuperabant? Iam instabat tempus umbram in veritatem commutandi. Saepe illum admiratae fuerant turbae, quod potestativus esset eius sermo: quippe quum ipse idem esset per Moysem olim locutus et per prophetas; atque omnium rerum dominus, nunc pro sua potestate ad spiritalem cultum illa in figuris praedicta convertebat. Morabatur autem in olearum monte, urbis tumultum vitans, ut nobis huius rei quoque exemplum praeberet. Iamvero populum qui ad eum manicabat, decebant illa Davidis verba: Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. Sitivit te anima mea. – De appropinquante azymorum festo, et quod pontifices Christum necare satagebant, et quod in Iudam Satanas introierit, quodque ille Iesum tradere pactus sit, cuius rei exsequendae opportunitatem quaerebat, usque ad verba « et duodecim apostoli cum eo » de his inquam nos in commentariis ad Matthaeum iam scripsimus.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

v. 1. *Ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη πάσχα.*

Θέα δὲ ὅτι ἄνωθεν ἡμῖν ὁ σωτὴρ ἐνομοθέτει τὰ κάλλιστα καὶ τὰ συμφέροντα, καὶ διὰ νόμου καὶ προφητῶν σύμβουλος ἡμῖν ἀγαθὸς εἰς σωτηρίαν ἐγίνετο· ἀλλὰ τότε μὲν δι' αἰ-

Cap. XXII.

Appropinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur pascha.

Animadverte, quod in superioribus Servator nobis optimas tradidit perutilesque institutiones, et per legem atque prophetas bonus nobis consiliarius fuit ad salu-

tem. Sed tunc quidem in aenigmate et umbra propter audientium infirmitatem; nunc vero nudam nobis exponit veritatem, ipsamque rerum in medium producit spectandam imaginem. Oportebat sane per famulos ministrari figuras; per universalem vero dominum, veritatem: namque et ipsemet de se dixit: ego sum veritas. Iam vero umbra discussa, succedat deinceps veritas et rei vis. Appareat iam typus splendidior iis quae in aenigmate dicta fuerunt. Iudaei itaque falluntur et errant dum adhuc azymos panes apponunt. Neque audiunt Paulum dicentem: esca nos non commendat Deo, et reliqua. Neque item Servatori auscultant: nescitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, et in secessum emittitur? Nos autem spiritalia spiritalibus comparamus; fermenti instar, malitiam vitantes, et operibus bonis studentes; ut cum Christo in superna regione, in caelesti Hierusalem, stationem habeamus; quam Isaias admirans aiebat, nos veluti alloquens qui in illa urbe futuri sumus: « oculi tui videbunt Hierusalem: urbs haec opulenta est, tabernaculum immobile, cuius funiculi non rumpentur. » Etenim humanum quidem gaudium brevi subsistit, quia parva interveniente conversione abrumpitur. At vero caelestes stationes, bonaque illarum, validum habent vigorem Dei voluntate firmatum. Ut ergo in tam admirandis stationibus habitemus, et sollemne cum Christo festum agamus, purum peragamus ieiunium, haud equidem virtutem eius cibo componderantes, sed tamquam a superflua mensa abstinentes, atque a deliciis aliis et vitiorum varietate refugientes.

Misit Petrum et Iohannem dicens: euntes parate nobis pascha, ut manducemus.

Sollemnitatis illius tempus dicebatur phasec, quo vocabulo significatur transitus. Sicut ergo Aegyptiorum servitute li-

νίγματος καὶ σκιᾶς, διὰ τὴν τῶν ἀκροωμένων
ἀσθένειαν· νυνὶ δὲ γυμνὴν ἡμῖν παρατιθεὶς τὴν
ἀλήθειαν, καὶ αὐτὴν τῶν πραγμάτων εἰς μέσον
ἄγει τὴν εἰκόνα· ἔδει γὰρ ὄντως διὰ μὲν τῶν θερα-
πόντων διακονεῖσθαι τοὺς τύπους διὰ δὲ τοῦ πάν-
των δεσπότου τὴν ἀλήθειαν· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἦν ὁ
λέγων περὶ ἑαυτοῦ, ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· * — * Ioh. XIV. 6
ἀποκεκινημένης τοιγαροῦν τῆς σκιᾶς, εἰσίτω
λοιπὸν ἡμῖν τῆς ἀληθείας ἡ δύναμις· φαινέσθω
τῶν δι᾽ αἰνίγματος εἰρημένων ὁ τύπος ἐναργέ-
στερος· Ἰουδαῖοι μὲν οὖν σφάλλονται καὶ πλα-
νῶνται, καὶ τῶν δεόντων ἐκπίπτουσι λογισμῶν,
ἀζύμους ἄρτους παρατιθέμενοι· οὐκ ἀκούουσι
δὲ ὡς εἰκὸς τοῦ Παύλου λέγοντος· * βρῶμα ἡμᾶς — * I. Cor. VIII. 8.
οὐ παρίστησι τῷ θεῷ, καὶ τὰ ἑξῆς· οὐδὲ τοῦ
σωτῆρος· * οὐκ οἴδατε ὅτι πᾶν τὸ εἰσερχό- — * Matth. XV. 17.
μενον εἰς τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ
εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται; ἡμεῖς δὲ πνευ-
ματικοῖς (1) τὰ πνευματικὰ συγκρίνομεν· * — * I. Cor. II. 13.
ὡς ζύμην, τὴν κακίαν ἀποφεύγοντες, καὶ
πράξεις ἀγαθὰς ἐπιτηδεύοντες, ἵνα σὺν
Χριστῷ ὡς ἐν ἀνωγαίῳ εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ
ἀνακλιθησόμεθα· ἣν Ἡσαΐας ἀποθαυμάζων
ἔλεγεν, ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς μέλλοντας εἰς ἐκεί-
νην ἔσεσθαι τὴν πόλιν· “ * οἱ ὀφθαλμοί σου ὄψον- — * Is. XXXIII. 20.
ται Ἱερουσαλήμ· πόλις πλουσία, σκηναὶ αἳ οὐ
μὴ σεισθῶσιν, οὐδὲ τὰ σχοινία αὐτῆς οὐ μὴ
διαρραγῶσιν· ” ἡ μὲν γὰρ παρὰ ἀνθρώποις εὐ-
θυμία, εἰς ὀλίγον ἀντέχει, ἀπορρήγνυται δὲ
ὀλίγης τινὸς μεταξὺ γινομένης μεταβολῆς·
αἱ δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς μοναὶ καὶ τὸ παρ᾽ αὐ-
ταῖς ἀγαθὸν, γενναῖον ἔχει τὸν τόνον, τῇ τοῦ
θεοῦ βουλήσει διακρατούμενον· ἵνα τοίνυν ἐν
ταῖς οὕτω ἀξιαγάστοις καταλύσωμεν μοναῖς,
καὶ συνεορτάσωμεν τῷ Χριστῷ, καθαρὰν ἐπι-
τελέσωμεν τὴν νηστείαν, μὴ βρωμάτων συμ-
μετροῦντες αὐτῆς τὴν δύναμιν, ἀλλ᾽ ὥσπερ
ἀναχωροῦμεν περιέργου τραπέζης, καὶ τῆς ἄλλης
τρυφῆς ἀναχωρήσωμεν καὶ ποικιλίας κακῶν.

Ἀπέστειλε Πέτρον καὶ Ἰωάννην εἰπών· πορευθέντες ἑτοιμάσατε ἡμῖν τὸ πάσχα, ἵνα φάγωμεν. — v. 8.

Φασὲκ ὁ τῆς ἑορτῆς ὠνομάζετο καιρὸς, — A. f. 278. b.
δηλοῖ δὲ διάβασιν· ὥσπερ οὖν τῆς Αἰγυπτίων
δουλείας ὁ Ἰσραὴλ ἀπηλλάττετο, εἰς τὴν τῆς

(1) Cod. πνεύματι tantummodo, ita ut sensus fere fieret: *nos autem spiritu spiritalia discernimus.*

ἐπαγγελίας ἐρχόμενος γῆν, διὰ θαλάσσης μέσης βαδίζων ἀβρόχῳ ποδὶ, οὕτω καὶ ἡμᾶς δεῖ καθάπερ τινα θάλατταν διαπεραιοῦσθαι νεανικῶς, τὸ εἰκαῖον τοῦ παρόντος βίου περισπασμόν· διαβαίνομέν γε μὴν ἐκ φιλοσαρκίας εἰς ἐγκράτειαν, ἐξ ἀγνωσίας τῆς πάλαι εἰς θεογνωσίαν τὴν ἀληθῆ, ἐκ θανάτου
A f. 279. D f. 72. εἰς ἀφθαρσίαν. — Ἴδωμεν τοὺς τύπους τιμῶσαν ἔτι τὴν ἀλήθειαν (1)· ἐλθούσης γάρ φησι τῆς ἡμέρας, καθ' ἣν ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα, δύο τινὰς ἀπολεγέδην τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἦσαν δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης, πέπομφεν ἐν τῇ πόλει, εἰπὼν αὐτοῖς τὰ προγεγραμμένα· καί τοι τί δή ποτε οὐ τὸν ἄνθρωπον ἐναργῶς καταμεμήνυκε (2) τοῖς ἀπεσταλμένοις; οὐ γὰρ ἔφη πρὸς τὸν δεῖνα τυχὸν; ἀλλὰ σημεῖον δέδωκεν, ἄνθρωπον ἁπλῶς κεράμιον σκεῦος πεφορτισμένον· τί οὖν πρὸς τοῦτο φαμέν; ἤδη τοῖς Ἰουδαίοις ὑποσχόμενος ἦν ὁ προδότης παραδώσειν αὐτόν· ἵνα τοίνυν μὴ μάθῃ τὸν ἄνθρωπον, καὶ δραμὼν ἀπαγγείλῃ τοῖς μισθωσαμένοις, δίδωσι σημεῖον· ἔτι γὰρ ἐπλάττετο τὴν μαθητοῦ εὔνοιαν ἔχειν (3), μιαιφονίαν ὠδίνων· ὑπαντήσει γάρ φησιν ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων· ἢ τάχα που καὶ μυστικόν τι καὶ ἀναγκαῖον διὰ τούτου δηλῶν· ἔνθα γὰρ ἂν εἰσέλθοι τὸ ὕδωρ (4), δῆλον δὲ ὅτι τὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ἐκεῖ καταλύσει Χριστός· παντὸς γὰρ ἡμᾶς ἀπαλλάττει ῥύπου, ὥστε καὶ ναὸν ἡμᾶς ἅγιον γενέσθαι θεοῦ, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως κοινωνοὺς διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος (5)· οὐκ ἂν δὲ ἁμάρτοι
* cod. ἀνάγειον. τίς τοῦ ἀληθοῦς, καὶ ἀγγεῖον * εἶναι λέγων τοῦ ἁγίου πνεύματος, παντὸς ἁγίου ψυχήν· καυχάσθω γάρ φησιν ὁ ἀδελφὸς ὁ ταπει-
* Iac. I. 9. νὸς ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ *.

beratus fuit Israhel, et ad promissionis terram proficiscens, mare medium sicco pede permeavit, ita et nos oportet mare veluti quoddam fortiter transire vanam praesentis vitae agitationem. Transeamus a carnali affectu ad continentiam, ex ignorantia vetere ad veram Dei notitiam, ex morte ad immortalitatem. – Spectemus figuras adhuc a veritate honorari. Adveniente, inquit, die quo pascha immolari oportebat, electos duos de sanctis apostolis, Petrum ac Iohannem, misit ad urbem, dicens iis quae supra scripsimus verba. Cur autem hominem haud nominatim missis denotavit? Non enim dixit ite ad illum ·N· sed indicium fecit, hominem dicens simpliciter fictile vas gestantem. Quid ergo ad hoc dicimus? Nuper Iudaeis promiserat se Iesum traditurum proditor. Ne hic ergo hominem praedictum resciret, statimque accurrens iis denotaret qui se mercede conduxerant, indicium illud dedit. Nam Iudas discipuli adhuc benivolentiam simulabat, cum tamen homicidium iam parturiret. Occurret, inquit, vobis homo aquae amphoram ferens. Fortasse etiam arcanum aliquod dogma hoc dicto demonstrat. Nam quò ingreditur aqua, sancti videlicet baptismi, illic diversatur Christus: etenim baptismus omni nos inquinamento mundat, ita ut sanctum Dei templum fiamus, divinaeque eiusdem naturae communicemus, per sancti Spiritus participationem. Neque a veritate quis aberraverit, si vas dicat esse Spiritus sancti singulorum sanctorum animam. Glorietur enim inquit (Iac. ap.) frater humilis in exaltatione sua.

(1) Absurda prorsus est Corderii interpretatio huius loci: *typos cognoscimus, veritatem honoremus.* Atqui Cyrillus dicit, Christum qui erat veritas, adhuc voluisse honorare figuram sui, id est pascha quod celebravit.

(2) Perverso rursus sensu Corderius: *cur hominem tam accurate descripsit.*

(3) Male adhuc Corderius referens ad Christum verba: *sciebat enim et deflebat amentiam discipuli* (ἄνοιαν pro εὔνοιαν.) Invitus equidem haec coarguo; sed interpretationis meae diversitatem comprobare identidem apud hellenismi imperitos necesse est.

(4) Non bene Corderius: *huc enim intravit aqua.*

(5) Denuo Cyrillus de baptismi utilitate ac necessitate; quod propter quasdam hodierni temporis sectas, animadvertere non est incongruum.

Et cum facta esset hora discubuit, et duodecim apostoli cum eo.

Apparato a discipulis paschate, convivabatur Christus. Patienter autem erga proditorem se gerens ait: desideravi hoc pascha manducare vobiscum. Quid porro hoc denotat? Tempus observabat proditionis avarus discipulus; sed ne ante paschatis sollemnitatem traderetur ab eo interfectoribus, haud indicavit Servator vel domum vel hominem, apud quem pascha postea celebravit. Igitur cum satis causam demonstrasset cur noluerit manifeste dicere apud quem esset diversaturus; postea tamen dixit: desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. Non secus ac si diceret: omne studium contuli, ut proditoris improbitatem latêrem, ne forte intempestivam sustinerem passionem. Verumtamen ulterius non manduco hoc pascha, ante quam idem compleatur in regno Dei. Mos Christo erat Dei regnum nominandi iustificationem in fide, purgationem quae fit per baptismum, et sancti Spiritus participationem, cultusque spiritalis vim. Itaque non gustabo, inquit, huiusmodi pascha, hoc nimirum ex corporali alimonia figuraliter constans, donec compleatur in regno Dei; id est donec adsit tempus, quo regnum Dei annunciabitur. Revera in nobis, qui superiorem legi cultum maluimus, pascha verum completur. Neque agnus de grege sumptus christianos sanctificat, SED IPSE POTIUS CHRISTUS SANCTE IMMOLATUS PER MYSTICAM BENEDICTIONEM, in qua benedicimur et vivificamur. Factus est enim nobis panis vivus, qui de caelo descendit, et vitam mundo dat. – In evangelio secundum Matthaeum ita ponitur: non bibam amodo de hoc genimine vitis, usque in diem illum cum illud bibam vobiscum in regno patris mei.

Spicarum veluti quaedam primitiae, et

Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡ ὥρα, ἀνέπεσε, καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ.

Ἑτοιμάσασι τὸ πάσχα τοῖς μαθηταῖς, (A. f. 279) συνεστιᾶτο Χριστός· ἀνεξικακῶν δὲ τῷ προδότῃ, φησίν· ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ᾽ ὑμῶν· τί δὲ τοῦτο δηλοῖ; καιρὸν ἐζήτει τῆς προδοσίας ὁ φιλάργυρος μαθητής· ἵνα δὴ μὴ πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα τοῖς φονῶσιν αὐτὸν παραδῷ, οὐ διαμεμήνυκεν ὁ σωτὴρ ἢ τὸν οἶκον, ἢ τὸν ἄνθρωπον, παρ᾽ ᾧ τὸ πάσχα πεπλήρωκεν· ἀποδιδοὺς τοιγαροῦν τὴν αἰτίαν τοῦ μὴ θελῆσαι σαφῶς εἰπεῖν τὸν παρ᾽ ᾧ κατέλυσεν, ἐπιθυμίᾳ, φησὶν, ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ᾽ ὑμῶν· ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, πᾶσαν ἐθέμην σπουδὴν, ὅπως ἂν ἰσχύσω λαθεῖν τὴν τοῦ προδόντος ἀνοσιότητα, ἵνα μὴ πρόωρον ὑπομείνω τὸ πάθος· πλὴν, οὐ μὴ φάγω τὸ πάσχα τοῦτο, ἕως οὗ πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ· ἔθος δὲ αὐτῷ βασιλείαν θεοῦ ὀνομάζειν τὴν ἐν πίστει δικαίωσιν, τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος κάθαρσιν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος μέθεξιν, καὶ τῆς ἐν πνεύματι λατρείας τὴν δύναμιν· οὐκοῦν οὐ γεύσομαί φησι τοιούτου πάσχα, τοῦ διὰ βρώσεως δηλονότι δηλουμένου τυπικῶς, ἕως οὗ πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ· τουτέστιν ἀναδειχθέντος τοῦ καιροῦ, καθ᾽ ὃν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν εὐαγγελίζηται· πληροῦται γὰρ ἐν ἡμῖν τοῖς τὴν ὑπὲρ νόμον τιμῶσι λατρείαν, πάσχα τὸ ἀληθινόν· καὶ οὐκ ἐξ ἀγέλης ἀμνὸς ἁγιάζει τούτους ἐν Χριστῷ, ΑΥΤΟΣ ΔΕ ΜΑΛΛΟΝ ΑΓΙΩΣ ΙΕΡΟΥΡΓΟΥΜΕΝΟΣ ΔΙΑ ΤΗΣ ΜΥΣΤΙΚΗΣ ΕΥΛΟΓΙΑΣ (1), καθ᾽ ἣν εὐλογούμεθα καὶ ζωοποιούμεθα· γέγονε γὰρ ἡμῖν ἄρτος ζῶν, ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. – Ἐν τῷ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίῳ οὕτω κεῖται· (C. f. 153.) * οὐ μὴ πίω ἀπάρτι ἐκ τούτου γεννήματος τοῦ ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ᾽ ὑμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός μου. (* Matth. XXVI. 29.)

Ἀσταχύων γὰρ οἷά τις ἀπαρχὴ, καὶ (A. f. 286.)

(1) Compara sis praeclarum hoc testimonium cum aeque nobili Eusebii caesariensis in magno eius de paschate quod nos edidimus fragmento. Et animadverte sententiam Cyrilli perspiscuam quod reapse missa sit sacrificium, contra heterodoxos illos qui caenam tantummodo appellare volunt.

νέος ὥσπερ καρπὸς ἐν εἴδει δράγματος, νοεῖται Χριστός (1)· ὁ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, ἡ τῆς ἀναστάσεως καὶ ἡμῖν ὁδὸς, ὁ πάντα πρὸς καινότητα μεταστοιχειῶν, καὶ παλαιότητος ἀπαλλάττων· ἀνεκομίζετο δὲ τὸ δράγμα ἔναντι κυρίου· ἐγηγερμένος γὰρ ἐκ νεκρῶν ὁ Ἐμμανουὴλ ὁ νέος τῆς ἀνθρωπότητος καὶ ὡς ἐν ἀφθαρσίᾳ καρπὸς, ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἵνα ἐμφανισθῇ νῦν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός· καὶ οὐχὶ δὴ πάντως ἑαυτὸν εἰς ὄψιν ἄγων αὐτοῦ, σύνεστι γὰρ ἀϊδίως καὶ οὐκ ἂν ἀπολιμπάνοιτο τοῦ πατρὸς, ὡς θεός· ὡς ἐν ἑαυτῷ δὲ μᾶλλον εἰς ὄψιν ἄγων ἡμᾶς τοὺς ἔξω προσώπου καὶ ἐν ὀργῇ, διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν (2), καὶ τὴν καθ᾽ ἡμῶν τυραννήσασαν ἁμαρτίαν· ὅρα δὲ ὅπως ἡμῖν ὁ νόμος καὶ τὸν τῇ ἀναστάσει πρέποντα προανετύπου καιρὸν, τουτέστι τὴν τρίτην ἡμέραν· τῇ γὰρ ἐπαύριον τῆς πρώτης φησὶν, ἀνοίσει τὸ δράγμα ὁ ἱερεὺς ἔναντι κυρίου· * εἰσκεκόμικε δὲ
* Lev. XXIII. 11.
παραχρῆμα τῆς ἁγίας ἡμῖν πεντηκοστῆς προανατύπωσιν ἐναργῆ, ἑπτὰ χρῆναι λέγων ἐπαριθμεῖν ἑβδομάδας, τῇ τοῦ δράγματος ἀνακομιδῇ· μετὰ γάρ τοι τὴν ἀναστάσιμον τοῦ σωτῆρος ἡμέραν, ἑπτὰ συνείροντες ἑβδομάδας, τὴν ἐπαύριον πεντεκοστὴν ἑορτάζομεν οἱ πεπιστευκότες.

v. 19 Καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαριστήσας ἔκλασε· καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου κ. τ. λ.

A f. [illegible]. B f. [illegible]. Εὐχαριστεῖ μὲν, τουτέστιν ἐν σχήματι προσευχῆς διαλέγεται τῷ θεῷ πατρὶ, κοινωνὸν ὥσπερ αὐτὸν καὶ συνευδοκητὴν ἀποφαίνων τῆς δοθησομένης ἡμῖν εὐλογίας ζωοποιοῦ· πᾶσα γὰρ χάρις καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἐφ᾽ ἡμᾶς ἔρχεται παρὰ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι· τύπος δὲ ἦν ἄρα τὸ δρώμενον εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ, τῆς ὀφειλούσης προσανατείνεσθαι λιτῆς εἰ μέλλοι προτίθεσθαι παρ᾽ ἡμῶν τῆς μυστικῆς καὶ ζωοποιοῦ δωροφορίας ἡ χάρις, ὃ δὴ καὶ δρᾶν εἰθίσμεθα· προσαναπέμποντες γὰρ τὰς εὐχαριστίας, καὶ ὁμοῦ

novellus quasi fructus, in manipuli specie, intelligitur Christus, primogenitus mortuorum, nostra ad resurrectionem via, qui cuncta ad novitatem transformat, vetustate depulsa. Deferebatur porro manipulus ante Dominum. Resuscitatus enim e mortuis Emmanuhel, novellus humanitatis incorruptibilis fructus, in caelum conscendit, ut appareat nunc pro nobis ante conspectum Dei patris. Neque vero se ipsum prorsus conspectui patris exhibet; semper enim cum illo est; neque a patre umquam discessit, utpote Deus; sed in se ipso ad patris conspectum nos potius adducit, qui relegati ab eius facie eramus, et quibus ipse irascebatur, propter transgressionem in Adamo, et ob peccati contra nos tyrannidem. Et videsis quomodo nobis lex tempus quoque resurrectioni conveniens portendebat, nempe tertiam diem. Crastina enim, inquit, post primam, die offeret manipulum sacerdos ante Dominum. Exin sanctae quoque pentecostes statim nobis evidentem praetulit imaginem, septem dicens oportere numerare hebdomadas post manipuli oblationem. Etenim post diem qua Servator resurrexit, septem continuantes hebdomadas, tum demum crastina die pentecosten celebramus nos qui credidimus.

Et accepto pane, gratias agens fregit, deditque eis, dicens: hoc est corpus meum etc.

Gratias agit, id est orantis specie Deum patrem adloquitur, participem veluti ipsum simulque praebitorem demonstrans dandae nobis vivificae benedictionis. Quaelibet enim gratia et quodvis donum perfectum ad nos devenit a patre per filium in sancto Spiritu. Porro haec actio typum nobis exhibebat precis eius quam proferre deberemus, quotiescumque mystici vivificique muneris gratiam oblaturi essemus, quod reapse facere solemus. Nam praemissa gratiarum actione, simulque Deum

(1) Confer editum a nobis Eutychii patriarchae sermonem de paschate et sacrosancta eucharistia n. 4.

(2) Vides heic denuo apud Cyrillum peccati originalis dogmaticam doctrinam, cui male feriati neoterici rursus contradicunt.

patrem cum filio et cum Spiritu sancto laudantes, ad sanctas mensas sic accedimus; credentes ita nos vivificari atque benedici corporaliter ac spiritaliter. RECIPIMUS ENIM INTRA NOS HUMANATUM NOSTRI CAUSA DEI PATRIS VERBUM, quod et vita est et vivificat.

Age vero quaenam sit huius nostri mysterii ratio, pro viribus investigemus. Condiderat nimirum universalis Deus cuncta immortalia; fuerantque mundi origines plenae salutis: sed mors introiit in mundum diaboli invidia, qui primum hominem ad transgressionem et inobedientiam impulit, atque ob eam causam divino maledicto supposuit. Dictum enim ei fuit: pulvis es, et in pulverem reverteris. Sed enim illatum ab Adami improbitate damnum, creatoris bonitate superatum fuit, qui terrae incolis suppetias tulit; nam vita suapte natura Deus pater est; isque solus ita se habens, emisit ex semet Christum, ipsum quoque suapte natura vitam. Neque enim aliter habere se poterat, quod substantialiter ex vita processit Verbum. Cuncta igitur vivificat Deus pater per filium in sancto Spiritu. Quomodo ergo oportebat terrae incolam hominem, morti subditum, ad immortalitatem redire? Oportebat scilicet mortalem carnem, vivificae Dei virtutis fieri participem. Virtus autem Dei patris vivifica, unigenitum Verbum est. Hoc ad nos misit, ut salvator esset atque redemptor, quod ideo caro factum est, non conversionem aut mutationem passum in id quod non erat, neque desinens esse Verbum; sed genitum potius secundum carnem ex muliere, propriumque ex illa sibi sumens corpus, ut nobiscum copularetur inseparabili coniunctione, nosque mortis et corruptelae victores efficeret. Nam nostram sibi carnem induit, ut eam a mortuis suscitans, viam deinde sterneret carni in mortem delapsae, redeundi ad immor-

τῷ θεῷ καὶ πατρὶ δοξολογοῦντες τὸν υἱὸν σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, πρόσιμεν οὕτω ταῖς ἁγίαις τραπέζαις· πιστεύοντές τε ὅτι ζωοποιούμεθα καὶ εὐλογούμεθα καὶ σωματικῶς καὶ πνευματικῶς· ΔΕΧΟΜΕΘΑ ΓΑΡ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΤΟΝ ΕΝΑΝΘΡΩΠΗΣΑΝΤΑ ΔΙ' ΗΜΑΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΛΟΓΟΝ (1), ὅς ἐστι ζωὴ καὶ ζωοποιός.

Εἶτα τίς ἐστιν ὁ τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου λόγος, ὡς ἔνι ζητήσωμεν· ἔκτισε τοίνυν ὁ τῶν ὅλων θεὸς ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ τὰ πάντα· καὶ εἰσὶν αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου σωτήριοι· φθόνῳ δὲ διαβόλου, θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον· * παρεκόμισε γὰρ εἰς παράβασιν καὶ παρακοὴν τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ὑπὸ θείαν ἀράν· εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτὸν *, γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· ἀλλ' ὑπερήλλατο τῆς ἐκείνου δυστροπίας τὸ βλάβος, ἡ τοῦ κτίσαντος ἡμερότης· βεβοήθηκε τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς· ζωὴ μὲν γάρ ἐστι κατὰ φύσιν ὁ θεὸς καὶ πατήρ· μόνος δὲ τοῦτο ὑπάρχων, ἐξέλαμψε τὸν Χριστὸν, ζωὴν ὄντα καὶ αὐτόν· οὐ γὰρ ἦν ἑτέρως δύνασθαι τὸν οὐσιωδῶς ἐκ ζωῆς προελθόντα λόγον· πάντα τοίνυν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ζωογονεῖ δι' υἱοῦ, ἐν ἁγίῳ πνεύματι· πῶς οὖν ἔδει τὸν ἐπὶ γῆς ἄνθρωπον κεκρατημένον θανάτῳ πρὸς ἀφθαρσίαν ἀναδραμεῖν; ἔδει τὴν ἀποθνήσκουσαν σάρκα, τῆς παρὰ θεοῦ ζωοποιοῦ δυνάμεως γενέσθαι μέτοχον· δύναμις δὲ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡ ζωοποιὸς, ὁ μονογενής ἐστι λόγος· τοῦτον ἡμῖν ἔπεμψε σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν, καὶ γέγονε σάρξ· οὐ τροπὴν ἢ ἀλλοίωσιν ὑπομείνας εἰς ὅπερ οὐκ ἦν· οὔτε μὴν ἀποφοιτήσας τοῦ εἶναι λόγος· γεννηθεὶς δὲ μᾶλλον κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς, καὶ ἰδιοποιησάμενος σῶμα τὸ ἐξ αὐτῆς, ἵν' ἡμῖν ἑαυτὸν ἐμφυτεύσῃ καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον, καὶ θανάτου καὶ φθορᾶς ἀποφήνῃ κρείττονας· τὴν γὰρ ἡμῶν ἠμπέσχετο σάρκα, ἵν' ἐκ νεκρῶν ἀναστήσας αὐτὴν, ὁδοποιήσῃ λοιπὸν τῇ πρὸς θάνατον κατενηνεγμένῃ σαρκὶ, τὴν εἰς ἀφθαρσίαν ἀναδρομὴν, καθὰ φησὶν ὁ Παῦλος· * ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώ-

* Sap. II. 23. 24.

* Gen. III. 19.

* I. Cor. XV. 21

(1) Adhuc nobile Cyrilli testimonium de ss. eucharistia, prout est in dogmate catholicorum.

που θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν· ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται· ἑνώσας τοίνυν ἑαυτῷ τὴν τῷ θανάτῳ κάτοχον σάρκα, θεὸς ὢν ὁ λόγος καὶ ζωὴ, ἀπεσόβησε μὲν αὐτῆς τὴν φθοράν; ἀπέφηνε δὲ αὐτὴν καὶ ζωοποιόν (1).

Καὶ μὴ ἀπιστήσῃς οἷς εἶπον· δέχου δὲ μᾶλλον ἐν πίστει τὸ ῥῆμα, ἐκ μικρῶν παραδειγμάτων τὰς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ πληροφορίας συλλέγων· ὅταν εἰς οἶνον ἢ γοῦν εἰς ἔλαιον ἢ εἴς τι τῶν ὑγρῶν, μικρὸν ἄρτον ἐμβάλῃς, εὑρήσεις αὐτὸν γεγονότα μεστὸν τῆς ἐκεῖ ποιότητος· ὅταν σίδηρος ὁμιλήσῃ πυρὶ, τότε ἐμπίπλαται τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ, καὶ σίδηρος ὢν κατὰ φύσιν ἰδίαν, τὴν τοῦ πυρὸς ὠδίνει δύναμιν· οὐκοῦν ὁ ζωοποιὸς τοῦ θεοῦ λόγος, ἑνώσας ἑαυτὸν τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, καθ' ὃν οἶδε τρόπον αὐτὸς (2), ζωοποιὸν ἀπέφηνεν αὐτήν· ἔφη γὰρ αὐτός· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· * ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς· καὶ πάλιν· ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· ἐάν τις φάγῃ ἐκ τοῦ ἄρτου τούτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μου ἐστίν· ἀμὴν, λέγω ὑμῖν· ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίνητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς· οὐκοῦν ἐσθίοντες τὴν σάρκα τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ πίνοντες αὐτοῦ τὸ τίμιον αἷμα, ζωὴν ἔχομεν ἐν ἑαυτοῖς, ἓν ὡς πρὸς αὐτὸν ἀποτελούμενοι, καὶ ἐν αὐτῷ μένοντες, ἔχοντες δὲ αὐτὸν καὶ ἐν ἑαυτοῖς (3).

Καὶ μή τις λεγέτω τῶν ἀπιστεῖν εἰωθότων, ἆρα οὖν ἐπειδὴ καὶ ἐν ἡμῖν ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὁ τοῦ θεοῦ λόγος αὐλίζεται, ζωοποιόν ἐστι καὶ τὸ ἑκάστου σῶμα; ἴστω δὲ μᾶλλον ὡς ἕτερόν ἐστι τὸ κατὰ μέθεξιν σχετικὴν ἡμᾶς ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν, ἕτερον δὲ ὁλοτρόπως τὸ αὐ-

talitatem, ut ait Paulus: quandoquidem per hominem mors; et per hominem resurrectio mortuorum: nam sicut in Adamo omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Ergo sibi copulans obnoxiam morti carnem, Deus Verbum et vita, depulit ab illa corruptelam, ipsamque insuper effecit vivificam.

Neque vero verbis meis fidem non arroges; sed potius cum fide dictum excipe, parvis ab exemplis huiusce rei probationes colligens. Si quando in vinum, aut in oleum, aut in humorem quemlibet, panis micam inieceris, comperies eam humidae illorum qualitatis prorsus plenam. Quum igni ferrum admoveris, tunc illius vi repletur, et quum sit suapte natura ferrum, nihilominus ignis vim continet. Itaque vivificum Dei Verbum cum se propriae copulavit carni, eo quem scit ipse modo, vivificam illam effecit. Dixit enim ipse: amen dico vobis, qui credit in me, vitam aeternam habet. Ego sum panis vitae. Et rursus: ego sum panis vivus, qui de caelo descendi; si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. Et, panis quem ego dabo, caro mea est. Amen dico vobis: nisi manducaveritis carnem filii hominis, et biberitis eius sanguinem, non habetis vitam in vobis. » Ergo manducantes carnem omnium nostrûm servatoris Christi, vitam habemus in nobis, unum veluti effecti cum ipso, et in ipso manentes, ipsumque in nobis habentes.

Nec quisquam incredulus dicat: ergone, quoniam illud quod vita naturaliter est Dei Verbum in nobis habitat, uniuscuiusque etiam corpus vivificum est? Sciant vero hi potius, aliud esse secundum participationis habitudinem in se habere filium (Dei,) aliud autem ipsum filium carnem omnino

(1) Viden quam theologice et eleganter Cyrillus Christum nostrae resurrectionis causam demonstraverit?

(2) Hac Cyrilli dictione nonnulli veteres abusi sunt, ne quid definite profiteri cogerentur circa Verbi cum humana natura unionem; atque ita neque monophysitarum neque orthodoxorum in castris esse viderentur. Ceteroqui Cyrillus de arcano unionis modo tantum, ut infra repetit, non de re ipsa, loquitur.

(3) Pia ac praeclara doctrina de sumendae eucharistiae utilitate!

οὖν καὶ κατὰ τοῦτον καὶ αὐτοὶ τὸν τρόπον, τὴν προσώπων τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖν ἐγνώκασι; Καὶ μεθ' ἕτερα. Καὶ οὐδέπω φαμὲν ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι τὴν τοῦ θεοῦ λόγου περιγεγράφθαι φύσιν· ἄποσον γὰρ τὸ θεῖον. Εἶτα ἐπάγει. Ὄψεταί τις ἐν Χριστῷ τὸ ἀνθρώπινον τελείως ἔχον, κατά γε τὸν τῆς ἰδίας φύσεως λόγον· ὁμοίως τε τέλειον τὸν ἐκ θεοῦ φύντα λόγον· πλὴν ἕνα τὸν ἐξ ἀμφοῖν ὁμολογήσει Χριστὸν καὶ υἱὸν, οὐ προσώπων ἑνώσει (1) μόνον συντιθεὶς τὴν οἰκονομίαν, συλλέγων δὲ μᾶλλον εἰς ἓν τὰς φύσεις ἀπορρήτως γε καὶ ὑπὲρ λόγον, ὡς αὐτὸς ἔγνω ὁ θεός (2). Καὶ οὐδέπω φαμὲν ἀνάχυσιν ὥσπέρ τινα συμβῆναι περὶ τὰς φύσεις, ὡς μεταστῆναι μὲν τὴν τοῦ λόγου φύσιν εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου τυχόν· ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀνθρωπίνην εἰς τὴν θεοῦ· νοουμένης δὲ μᾶλλον καὶ ὑπαρχούσης ἑκατέρας ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως ὅρῳ, πεπρᾶχθαι φαμὲν τὴν ἕνωσιν, ἐνοικήσαντος τοῦ λόγου σωματικῶς τῷ ἐκ παρθένου ναῷ. Καὶ μετ' ὀλίγα. Εἴ τις οὖν ἄρα λέγει μόνων προσώπων τὴν ἕνωσιν, ἀποδιϊστὰς ὁλοτρόπως ἀλλήλων τὰς φύσεις, ἔξω τῆς εὐθείας φέρεται τρίβου.

κ'. Κυρίλλου ἐκ τῆς αὐτῆς ἑρμηνείας.

Ὅρα τοίνυν καὶ ἐν δυσὶ τοῖς χιμάροις τὸν ἕνα Χριστὸν, τουτέστι θεὸν ἐνανθρωπηκότα, καὶ ἀποθνήσκοντα μὲν σαρκικῶς ὑπὲρ ἁμαρτίας, ἵνα τῷ ῥαντισμῷ τοῦ ἰδίου αἵματος ὅλην ἁγιάσῃ τὴν ἐκκλησίαν, μεμενηκότα δὲ πάλιν ἀπαθῆ θεϊκῶς.

κα'. Κυρίλλου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς.

Εἰ δὲ τετελείωκεν ἡμᾶς δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, πῶς οὐκ ἐνήργει θεϊκῶς τε ἅμα καὶ ἀνθρωπίνως ὁ αὐτὸς ὑπάρχων, καὶ ὡς ἐν ἑνὶ θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος;

κβ'. Κυρίλλου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς Ἑβραίους, δευτέρου τομου.

Συνέβησαν δὲ ἀλλήλαις ἀπορρήτως τε καὶ ὑπὲρ νοῦν θεότης καὶ ἀνθρωπότης· καὶ διάφοροι μὲν αἱ φύσεις ὁμολογουμένως, πλὴν εἷς τε ἐστι μόνος ἐξ ἀμφοῖν υἱός.

(1) Personarum unionem dicit, quam aliàs patres dicunt personam compositam.
(2) Confer quae diximus de hac Cyrilli locutione p. 416. adn. 2.

κγʹ. Κυρίλλου ἐκ τοῦ ὑπομνήματος τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς.

Ex Anastasio vat. p. 18, et cat. vat. A. f. 16. b.

Εἰ γὰρ καὶ νοοῖντο διάφοροι καὶ ἀλλήλαις ἄνισοι τὴν εἰς ἑνότητα συνδεδραμηκότων αἱ φύσεις, σαρκὸς δὴ λέγω καὶ Θεοῦ, ἀλλ' οὖν εἷς τε καὶ μόνος ἐξ ἀμφοῖν υἱὸς ἀληθῶς· ἔχοντος ἡμῖν ἀραρότως τοῦ καὶ ἐμψυχῶσθαι ψυχῇ λογικῇ τὸν ἑνωθέντα τῷ λόγῳ ναόν. – Καὶ οὐ διαιρετέον τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς, καὶ εἰς Θεὸν ἰδικῶς· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι φαμὲν Ἰησοῦν Χριστόν, τὴν τῶν φύσεων εἰδότες διαφοράν, καὶ ἀσυγχύτους ἀλλήλαις διατηροῦντες αὐτάς.

23. Cyrilli ex commentario in epistolam ad Hebraeos.

Quamquam enim intelliguntur diversae et invicem inaequales eae quae ad unitatem concurrerunt naturae, carnis inquam atque Dei, attamen unus solusque ex ambabus naturis vere filius est, habens congruenter aeque ac nos informatum anima rationali illud quod Verbo unitum templum est. – Neque dividendus est unus dominus Iesus Christus in hominem seorsum, itemque in Deum seorsum: sed unum eundemque dicimus Iesum Christum, naturarum differentiam probe scientes, quas invicem inconfusas servamus.

S. Cyrilli ex prosphonetico ad Alexandrinos, quatuor iam nos fragmenta posuimus in tomo illo p. 287. *quo Cyrilli eiusdem commentarios ad psalterium edidimus. Nunc aliud egregium damus ex nostro tomo VII. p.* 7. *et p.* 132. *ab Anastasio et Leontio conservatum.*

κδʹ. Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ πρὸς Ἀλεξανδρέας προσφωνητικοῦ λόγου περὶ πίστεως.

Ἐγὼ τὸ συγκεκραμμένον οὐ καταδέχομαι· ἀλλότριον γάρ ἐστι τῆς ἀποστολικῆς πίστεως καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ὀρθῆς παραδόσεως· ἡ γὰρ σύγκρασις ἀφανισμὸν τῶν φύσεων ἐργάζεται· ἡ δὲ ἄρρητος ἕνωσις παρὰ τῶν ὀρθῶς φρονούντων ὁμολογουμένη ἀμφοτέρας σώζει ἀσυγχύτους τὰς φύσεις, καὶ ἕνα ἀποτελεῖ καὶ ἐξ ἀμφοῖν τὸν ὀφθέντα Χριστόν, θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον γενόμενον τὸν αὐτόν, καὶ οὐ δύο Χριστούς, ἕνα δὲ μόνον ἑνωθέντα καὶ οὐ κεκραμμένον· εἰ γὰρ κέκρανται αἱ δύο φύσεις εἰς μίξιν μίαν ἑτεροούσιοι τυγχάνουσαι, οὐδὲ ὁποτέρα σώζεται, ἀλλ' ἀμφότεραι συγχυθεῖσαι ἠφανίσθησαν· καὶ οὔτε χωρισμὸν ἀπ' ἀλλήλων ἢ διαίρεσιν ἐπιδέχονται κεκραμμέναι· διῃρέθησαν δὲ τῷ καιρῷ τοῦ θανάτου καὶ ἐχωρίσθησαν· καὶ ψυχὴ ἀπὸ σώματος εἰς ᾅδου μετὰ τῆς θεότητος κατελθοῦσα, καὶ σῶμα ἀπὸ ψυχῆς ἐν μνήματι καινῷ ἀποτεθὲν κατὰ τὰς ἀψευδεῖς τοῦ Χριστοῦ φωνὰς τὰς λεγούσας, λύσατε τὸν ναὸν
* Ioh. II. 19. τοῦτον καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· * καὶ λύεται μὲν ὁ ναὸς ἐν τῷ καιρῷ τῆς τριημέρου ταφῆς, βουλομένου αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἀνέστησεν αὐτόν, καὶ ἡνώθη αὐτῷ ἀρρήτῳ καὶ ἀφράστῳ λόγῳ, οὐ κεκραμμένος ἐν αὐτῷ,

24. Sancti Cyrilli ex sermone prosphonetico ad Alexandrinos de fide.

Ego concretam substantiam non admitto; discedit enim sententia haec ab apostolica fide et recta Dei traditione. Etenim concretio destructionem naturarum efficit. Verum ineffabilis unio inconfusas servat naturas, unumque constituit ex ambabus visibilem Christum, Deum simul eundem et hominem; non duos inquam Christos sed unum, unitum non concretum. Nam si duae coagulentur naturae in unam permixtionem, quum diversae substantiae sint, neutra manet incolumis, sed ambae confusae pereunt. Neque tamen separationem patientur aut divisionem postquam copulatae fuerunt. Utique (humanae duae substantiae) mortis tempore separatae discesserunt: namque anima a corpore ad inferos cum deitate descendit; corpus ab anima separatum in monumento novo depositum fuit, secundum veridica Christi verba dicentis: « solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. » Solutum ergo templum fuit triduanae sepulturae tempore, volente ipso; rursusque illud excitavit, eidemque unita fuit ineffabili arcanoque modo deitas, haud cum eo concre-

ta, neque caro effecta, sed conservatis in Christo diversarum naturarum inconfusis proprietatibus. Non enim, ut dixi, concretae naturae sunt. Idem mox sancti Athanasii testimonium profert hoc. Duabus diversis naturis in uno Christo filio Dei conservatis, neque confusis aut pereuntibus aut divisis. – Et aliis interiectis. – Similis nobis factus per omnia, excepto peccato; haud conversa natura divina, neque in humanam naturam concreta, sed huic unita, sine conversione, sine concretione, sine mixtura, sine confusione, sine alteratione, sine commutatione, sine destructione, sine in carnem transformatione, sed per unionem tantummodo arcanam et ineffabilem.

25. Cyrilli ex epistola ad Iustum (corr. Xystum) Romae episcopum.

Ego numquam coarguar alienum aliquid a veritate sensisse, neque passibilem umquam dixi divinam naturam. Et paulo post. Scio autem impassibilem esse Dei naturam, inconvertibilem, immutabilem, etiamsi in humanitatis natura coëxistat, unusque sit in ambabus et ex ambabus Christus.

26. Cyrilli referentis sententiam Iulii Romae episcopi.

Qui autem et proprietates agnoverit, et unionem servaverit, neque naturas negabit, neque coniunctionem ignorabit.

27. Cyrilli recitantis sententiam Ambrosii.

Deitatis et carnis differentiam servemus. In utraque loquitur Dei filius; utraque enim natura ipsi inest.

28. Cyrilli, ex libro sententiarum.

Et alii quidem unam naturam docent, ita ut sumptam ex nobis a Deo Verbo perfectam nostrae salutis causa humanitatem perimant. Alii autem duas hypostases, id est naturas, cum divisione ac separatione tradunt, non autem secundum unionem substantialem, ut patribus sanctis videtur. Utrique igitur a veritate discedunt.

ἢ ἀποσεσαρκωμένος, ἀλλ' ἀποσώζων ἐν ἑαυτῷ τῶν φύσεων τῶν ἑτερουσίων ἀσυγχύτους τὰς ἰδιότητας· οὐ γὰρ δήπου ἐκράθησαν αἱ φύσεις. Εἶτα ἐπάγεται μαρτυρίαν τοῦ ἐν ἁγίοις Ἀθανασίου αὐτὸς τήνδε· "δύο φύσεων τῶν ἑτερουσίων ἐν ἑνὶ Χριστῷ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ σωζομένων, καὶ μήτε συγχεομένων, μήτε ἀπολλυμένων ἢ διαιρεθεισῶν." – Καὶ μεθ' ἕτερα. – Ὡμοιώθη γὰρ ἡμῖν κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας· οὐ τῆς θεϊκῆς φύσεως τραπείσης, ἢ συγκραθείσης τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, ἑνωθείσης δὲ αὐτῇ οὐ κατὰ τροπὴν, οὐ κατὰ κρᾶσιν, οὐ κατὰ μίξιν, οὐ κατὰ σύγχυσιν, οὐ κατ' ἀλλοίωσιν, οὐ κατὰ μεταβολὴν, ἢ κατ' ἀφανισμὸν, ἢ ἀποσάρκωσιν, ἀλλὰ καθ' ἕνωσιν ἄῤῥητον καὶ ἀνέκφραστον.

κε'. Κυρίλλου ἐκ τῆς πρὸς Ἰοῦστον (corrige Ξύστον) ἐπίσκοπον Ῥώμης ἐπιστολῆς.

Ἐγὼ γὰρ οὔτε ἐλέγχομαι πεφρονηκὼς *Ex Leontio vat. p. 132.*
ἕτερόν τι πώποτε παρὰ τὸ δοκοῦν τῇ ἀληθείᾳ, οὔτε παθητὴν εἴρηκα ποτὲ τὴν θείαν τοῦ λόγου φύσιν. Καὶ μετὰ βραχύ. Οἶδα δὲ καὶ ἀπαθῆ τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν καὶ ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον, κἂν τῇ τῆς ἀνθρωπότητος φύσει, καὶ ἕνα ἐν ἀμφοῖν καὶ ἐξ ἀμφοῖν τὸν Χριστόν.

κϛ'. Κυρίλλου παραγωγὴ χρήσεως Ἰουλίου ἐπισκόπου Ῥώμης.

Ὁ δὲ καὶ ἴδια γινώσκων, καὶ τὴν ἕνωσιν *Ex Leontio vat. p. 131.*
φυλάττων, οὔτε τὰς φύσεις ψεύσεται, οὔτε τὴν ἕνωσιν ἀγνοήσει.

κζ'. Κυρίλλου παραγωγὴ χρήσεως Ἀμβροσίου.

Φυλάξωμεν τὴν διαφορὰν τῆς θεότητος καὶ *Ex Leontio vat. p. 132.*
τῆς σαρκός· ἐν ἑκατέρᾳ λαλεῖ ὁ τοῦ Θεοῦ υἱός· ἑκατέρα γὰρ φύσις ἐν αὐτῷ ἐστι.

κη'. Κυρίλλου ἐκ τῆς βίβλου τῶν χρήσεων (1).

Καὶ οἱ μὲν μίαν φύσιν πρὸς ἀναίρεσιν *Ex Leontio vat. p. 132.*
τῆς προσληφθείσης ἐξ ἡμῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ λόγου τελείας ἀνθρωπότητος ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ὅλων ἐκδιδάσκουσιν· οἱ δὲ δύο ὑποστάσεις, ἤγουν φύσεις κατὰ διαίρεσιν καὶ χωρισμὸν ἐκπαιδεύουσιν, ἀλλ' οὐ καθ' ἕνωσιν τὴν κατ' οὐσίαν, ὡς τοῖς ἁγίοις δοκεῖ πατράσιν· ὡς ἑκατέρους αὐτῶν τῆς ἀληθείας διαμαρτάνειν.

(1) Hic liber continens χρήσεις, id est sententias seu testimonia et auctoritates, ex Cyrilli aliorumque, ut puto, operibus excerptas citatur ab Anastasio vatic. p. 36.

Cyrilli fragmentis adversus Diodorum, quae ex codd. syr. retro edidimus p. 451-455, addendum est graecum ex libris nostris, Script. vet. T. VII. p. 87.

κθ'. Τοῦ μακαρίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ κατὰ Διοδώρου.

Ἀλλ', ὦ σοφὲ, φαίην ἂν, ψυχὴ μὲν καὶ σῶμα πρὸς ἀνθρώπου γένεσιν, καὶ οὐκ ἂν προανίσχοι θατέρου θάτερον.

29. Beati Cyrilli Alexandriae ex opere contra Diodorum.

Sed, o sapiens, inquam ego, anima quidem et corpus ad hominis originem pertinent, neque alterutrum praecedit.

Cyrilli adversus Iulianum imp. decem extant libri; verumtamen nonnisi primum e tribus Iuliani libris adversus fidem christianam, in praedictis decem a Cyrillo fuisse refutatum, iamdiu observarunt viri docti v. gr. Tillemontius, Dupinius, Cellerius. Spanhemio quoque in praef. non videtur Cyrillus operi suo colophonem imposuisse. Quid quod apud auctores ecclesiasticos, et in ipsis a Cyrillo citatis fragmentis, quaedam extant Iuliani, quae quum omnino refutatione egerent, ea tamen in superstitibus decem Cyrilli libris non fit? Supererat igitur ut crederemus vel Cyrillum opus suum non absolvisse, vel partem eius esse deperditam. Sed reapse Ioh. damascenus in parallelis citat Cyrilli in Iulianum libros XII. XV. XVI. XVII. XVIII. Apud nos autem in Leontii ac Iohannis rerum sacrarum libro, quem iamdiu edidimus, citantur ex Cyrilli opere fragmenta ab XI. usque ad librum XIX. Ergo totidem saltem fuerunt huius operis libri: mirumque est quod ex denis prioribus semel, ex posterioribus vero vicies et ultra citant hi duo sacrarum rerum scriptores. Has ergo licet exiguas reliquorum Cyrilli librorum, quos desideramus, copiolas non sine interpretatione latina heic exponemus. Nec mirum, si nihil fere sint nisi apophthegmata seu sententiae; id enim accidit ex instituto Leontii et Iohannis eclogariorum, qui sui operis gnomici titulos ex idoneis auctoritatibus contexebant.

λ'. Τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ ια' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Ex Leontio et Ioh. vat. p. 104. Ἀληθὲς εἰπεῖν ὡς ὁ κατοιόμενος καὶ καταφρονητὴς ἀνὴρ ἀλαζὼν, οὐδὲν μὴ πέραν ἢ κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν· οἴησις γὰρ προκοπῆς ἐκκοπὴ κατὰ τὸ κοινὸν καὶ ἐν στόματι τῶν πολλῶν ὄντα λόγον.

30. Beati Cyrilli ex libro XI. adversus Iulianum.

Vere dicitur homo praesumptiosus contemptor et iactabundus nihil efficere, ultra prophetae oraculum. Nam praesumptio profectum amputat, iuxta vulgare et in ore multorum frequens effatum.

λα'. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Οἴησις προκοπῆς ἐκκοπή· τὸν μὲν γὰρ ὁμολογοῦντα τὴν ἄγνοιαν, ῥᾷον ἄν τις ἐπιστήσειεν τοῖς οὔπω διαγνωσμένοις· τῷ γε μὲν ἐν δοκήσει τοῦ εἰδέναι καὶ ἄσοφόν τε καὶ ἀμαθῆ πάντῃ τε καὶ πάντως ἀποτελεῖ τὸ εἰδέναι δοκεῖν· οὐ γάρ τοι προσίεται τοὺς τῶν διδασκόντων λόγους. P. 104.

32. Ex eodem libro.

Praesumptio profectum amputat. Etenim eum qui ignorantiam fatetur, facile aliquis ad ignoratarum rerum notitiam perducet. At illum, qui scire se putat, insipientem atque indoctum sua ipsa praesumptio omnino facit. Neque enim docentium se verba patitur.

λβ'. Ἐκ τοῦ ιβ' τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Οὐχ ἁπλῶς ὁ ἀγωνοθέτης τοῖς ἐθέλουσι τῶν ἀθλητῶν τὰς ἐξαιρέτους χαρίζεται τιμὰς, ἀναλόγως δὲ ᾗ μᾶλλον ταῖς τῶν ἀθλούντων εὐδοκιμήσεσι διανέμει τὰ γέρα. P. 102.

32. Ex duodecimo adversus Iulianum.

Haud temere agonotheta praestantia munera athletarum voluntati largitur; sed prout quisque certando excelluerit, ita praemia distribuit.

λγ'. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Τὸ νέμειν ἴσα τοῖς ἀνίσοις, τῆς μεγίστης ἐστὶν ἀδικίας. P. 102.

33. Ex eodem.

Paria imparibus tribuere, summa iniustitia est.

34. Ex duodecimo adversus Iulianum.

Optimum sapiensque consilium mihi videtur, rei bene gerendae occasionem non omittere.

λδ'. Ἐκ τοῦ ιβ' τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Ἄριστον καὶ σοφὸν εἶναι μοι δοκεῖ τοῦ καιροῦ τοῦ προσήκοντος μὴ ἀφαμαρτάνειν πράγμασιν. P. 103.

35. Ex duodecimo adversum Iulianum.

Neminem sponte velle vitiosa oratione uti, cuique patet. Quippe plebeium sordidumque est.

λε'. Ἐκ τοῦ ιβ' τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Τὸ μὲν κακῶς ἀγορεύειν οὐκ ἂν ἕλοιτό τις, εὔδηλον οἶμαι παντί· δημῶδες ὅμως τοῦτο καὶ ἀγοραῖον (1). P. 108.

36. Ex libro XIV. adversus Iulianum.

Est in hominis cuiusque arbitrio bona cum fama puraque vivere.

λϛ'. Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουλιανὸν ιδ' λόγου.

Ἔνεστιν ἀνθρώπῳ παντὶ τὸ εὐδοκιμεῖν δύνασθαι καὶ διαβιῶναι λαμπρῶς. P. 109.

37. Ex iisdem.

Volens lubensque unusquisque homo ad id quod sibi videtur tendere potest: quia sic universali creatori placuit; ut qui bene agere voluerint, laudem necessario referant; qui autem diversa via iverint, iustum convicium ab omnibus audiant.

λζ'. Ἐκ τῶν αὐτῶν.

Αὐτόκλητός ἐστιν καὶ ἑκοντὶ ἰὼν πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν αὐτῷ δοκούντων ὁ ἄνθρωπος· δόξαν οὕτως εὖ ἔχειν τῷ πάντων δημιουργῷ, ἵνα καὶ τὸ ἀγαθουργεῖν ᾑρημένοις τὸ ἐπαινεῖσθαι δεῖν, καὶ τοῖς τὴν ἑτέραν ἰοῦσιν τρίβον, τὸ κατεσκῶφθαι δικαίως πρὸς ἁπάντων ἀκολουθῇ. P. 94.

38. Ex XIV. adversus Iulianum.

Vitae huius, et negotiorum eiusdem, amaram confusionem et colluviem scite animadvertens melodus aiebat: hoc mare magnum et spatiosum.

λη'. Ἐκ τοῦ ιδ' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Τὸν τοῦδε τοῦ βίου ἀναφυρμὸν καὶ τὴν ἐν αὐτῷ τῶν πραγμάτων πικρὰν ἀνάχυσιν κατασημαίνων ἀστείως ὁ μελῳδὸς *, αὕτη ἡ θάλασσα, ἔφη, ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος (2). P. 98. * Ps. CIII. 25.

39. Ex XIV. adversus Iulianum.

Tenebricosi quodammodo neque omnibus manifesti fiunt, qui ad sum salutem tuendam callide incumbunt.

λθ'. Ἐκ τοῦ ιδ' τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Σκοτεινοὶ πῶς καὶ οὐχ ἅπασιν ἐναργεῖς οἱ δριμεῖς εἰς σωτηρίαν. P. 102.

40. Ex XV. adversus Iulianum.

Propria voluntate regitur hominis mens, et ad quodvis opus sponte sua progreditur. Sic enim visum recte est optimo omnium conditori Deo: atque ideo, quamquam quilibet ex nobis sanctum Spiritum inhabitantem habeat per sanctum baptismum, minime tamen fraudatur quominus possit iuxta propriam sententiam vivere: sed laxatis quodammodo habenis ad bonum vel ei contrarium decurrit.

μ'. Ἐκ τοῦ ιε' τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Ἰδίοις θελήμασι διοικεῖται ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν πρακτέων ἐθελοντὶ ἵεται· δόξαν ἔχειν ὀρθῶς καὶ τοῦτο τῷ πάντων ἀριστοτέχνῃ θεῷ (3)· ὥστε κἂν εἴ τις γένοιτο τῶν καθ' ἡμᾶς ἐν μεθέξει τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνοικισθέντος αὐτῷ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, οὐ παρεῖται διὰ τοῦτο τὸ κατὰ γνώμην οἰκεῖαν, καὶ ὡς ἂν αὐτῷ δοκῇ, διαβιοῦν (4)· ἐλευθέραις δὲ ὥσπερ ἡνίαις πρός τε τὸ ἀγαθὸν διανένευκεν, καὶ τὸ ἐναντίον. P. 94.

(1) Hoc dici videtur de Iuliani conviciis adversus Christianos.

(2) Vides quomodo vulgatus pro εὐρύχωρος legerit εὐρύχειρος, ideoque transtulerit *spatiosum manibus*. Sed tamen vocabulum *manibus* apud patres veteres deest. Hieronymus, ut iam observavit Sabaterius, additum dicit ex hebraeo et Theodotione in LXX. sub asterisco. Ceteroqui in vaticano quoque τῶν LXX. codice legitur εὐρύχωρος.

(3) Confer lib. III. in Iulianum ed. Spanhemii p. 78. E.

(4) Hoc fortasse dicitur propter morum intemperantiam baptizatis Christianis obiectam a Iuliano, ut fit lib. VII. p. 245.

μα'. Ἐκ τοῦ ιε' τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Ἔστιν πῶς ἀεὶ τὸ διαβάλλειν ἱππήλατον, καὶ τὸ ἀκρατὲς εἰς λόγους ἔνεστι πολλοῖς (1)· δεῖ δὲ οἶμαι ταῖς καταῤῥήσεσιν αἷς ἂν ποιοῖτό τις καθ' ὁτιοῦν, τὰς δείξεις ἀκολουθεῖν· εἰ δὲ ἀσθενεῖ πρὸς τοῦτο ὁ κατηγορεῖν ἡρημένος, τὴν τοῦ συκοφαντεῖν δόξαν ἀποίσεται (2). P. 100.

μβ'. Ἐκ τοῦ ιε' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανόν.

Τὸ εὐιματεῖν (3) μειρακιῶδές ἐστι μόνον, καὶ ἐν μόνῃ δοκήσει τὸ ἡδὺ ἔχει, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς διαπαίζει. P. 103.

μγ'. Ἐκ τοῦ ις' τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Τοῖς ἄριστα γεηπονεῖν ἠθισμένοις, ἕποιτο ἂν εἰκότως τὸ ἐπαινεῖσθαι δεῖν (4). P. 99.

μδ'. Ἐκ τοῦ ις' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Ὅτι δὲ καὶ ἀναλόγως τοῖς ἑκάστου κατορθώμασιν ἡ τῆς ἀμοιβῆς ἀντέκτισις· ἰσοπαλεῖς τοῖς ἱδρῶσιν αἱ ἀμοιβαὶ τοῖς ἀνδραγαθεῖν ἡρημένοις ἐκνεμεθήσονται παρὰ θεοῦ· πληροφορήσει γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ σωτήρ, τὴν τῶν ταλάντων διανομὴν οὐκ ἐν ἴσῳ μέτρῳ γενέσθαι λέγων· καθιστὰς δὲ τῶν εὐδοκιμηκότων, τὸν μὲν ἐπὶ δέκα πόλεων, τὸν δὲ ἐπὶ πέντε· ταλαντεύεται γὰρ ὥσπερ ὁ ἑκάστου βίος, καὶ ἰσοστατήσει που πάντως τῷ ἡμῶν ἐπιεικείας ἡ ἀντέκτισις. P. 101.

με'. Ἐκ τοῦ ις' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανόν.

Ὁ τοῖς ἀνθρώποις ἀρέσκων, τοὺς παρ' αὐτῶν ἐπαίνους ἔχοιεν ἂν εἰκότως εἰς ἀντιμισθίας δύναμιν· λήψεταί γε μὴν τῶν παρὰ θεοῦ τὸ σύμπαν οὐδέν· εὐανδρίας γάρ, τῆς ἐπὶ γῆς φημὶ, τὸ ἀγαθὸν, οὐκ αὐτὸν ἐπόπτην ἐποίησε μᾶλλον, ἀλλὰ τῶν ὁρώντων τοὺς ὀφθαλμούς (5). P. 103. et 107.

μς'. Ἐκ τοῦ ις' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανόν.

Πᾶν αἰσχρὸν καὶ ἀκαλλὲς καὶ τοῖς εὖ βιοῦν ἡρημένοις ἀνάρμοστον τὸ ὑβρί-

41. Ex XV. adversus Iulianum.

Facilis omni tempore obtrectatio est, multisque inest intemperantia linguae. Atqui oporteret, ut censeo, obtrectationum, quas quisque de re qualibet fecerit, demonstrationes consequenter exhibere. Cui rei si quis obtrectator imparatus fuerit, calumniatoris nomen sibi comparabit.

42. Ex XV. libro adversus Iulianum.

Splendidae vestis studium, nonnisi puerile est solaque opinione iucundum, atque oculis fucum facit.

43. Ex XVI. adversus Iulianum.

Optimos terrae cultores debita laus subsequitur.

44. Ex XVI. libro adversus Iulianum.

Congrua bonis cuiusque operibus remuneratio tribuitur. Paria sudoribus reddentur a Deo praemia hominibus qui praeclare vivere decreverint. Rei huius testis Servator, talentorum distributionem haud pari pondere factam narrans: itemque eos, qui bene rem gesserant, praeficiens alium quidem decem civitatibus, alium quinque. Praemium quippe moribus cuiusque accommodatur, semperque remuneratio pari ac meritum gradu procedet.

45. Ex XVI. libro adversus Iulianum.

Qui ob hominum gratiam captandam agit, laudes mercedis loco, ut par est, consequetur; a Deo tamen nihil accipiet. Mundanae enim virtutis decus non tam Deum inspectorem invitat, quam cernentium oculos.

46. Ex XVI. libro adversus Iulianum.

Turpe omnino et deforme, et bene vivere volentibus incongruum est, convician-

(1) Confer similia lib. V. sub initio. Ammianus quoque lib. XXV. 4. de Iuliano: *linguae fusioris et admodum raro silentis.*

(2) Hoc et alia contra calumnias Iuliani.

(3) Vocabulo εὐειματεῖν (seu εὐιματεῖν) utitur Cyrillus etiam in glaphyris ad levit. opp. T. I. part. 2. p. 317.

(4) Pars posterior huius locutionis est etiam in libro V. p. 154. E. Omnino Cyrilli stilus ubique sibi constat.

(5) Ammianus loc. cit. de eodem Iuliano: *vulgi plausibus laetus, laudum etiam ex minimis rebus intemperans appetitor.*

di institutum; nemoque ita se gerere volet, qui quidem honestatis pietatisque studiosus sit.

ζειν ἐστὶ, καὶ οὐκ ἄν τις εἴη τοιοῦτος τῷ ἐν ἐφέσει σεμνότητος καὶ ἐπιεικείας. P. 108.

47. Ex XVIII. libro adversus Iulianum.

Unusquisque in terris propriae voluntatis liberas habenas sortitus est, sponteneusque ad hoc vel illud se confert, ad virtutem scilicet vel ad vitium.

μζ′. Ἐκ τοῦ ιη′ βιβλίου τῶν κατὰ Ἰουλιανόν.

Ἕκαστος τῶν ἐπὶ τῆς γῆς τῶν ἑαυτοῦ θελημάτων διέλαχεν τὰς ἡνίας, καὶ ἐθελοντὴς ἢ τ' ἂν ἢ ἐπὶ τ' ἂν ἵεται, τουτέστιν ἢ ἐπὶ ἀρετὴν, ἢ πρός γε τὰ χείρω. P. 94.

48. Ex XVIII. libro adversus Iulianum.

Sunt quidam, immo in hac vita plurimi, qui sententiam suam plane rectam esse credentes, inconsiderate ei adhaerent, seque omnino sapientia et indubitata loqui existimant. Verumtamen tamdiu sapientis acutaeque mentis gloriam usurpabunt, donec ipsis aliter sentientium sermo occurret, validiore argumentorum vi contradicens.

μη′. Ἐκ τοῦ ιη′ λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Εἰσί τινες, πλεῖστοι δὲ οὗτοι κατὰ τὸν βίον, οἱ τὸ σφίσιν αὐτοῖς εὖ ἔχειν ὑπειλημμένοι ἀβασανίστως κρατύνουσιν· οἴονται δὲ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως σοφὰ λαλοῦσι καὶ ἀναμφίβλητα· πλὴν μέχρι τοσούτου τοῦ τὸ δοκεῖν εἶναι σοφοὶ καὶ ἀγχίνοοι κλέπτουσι δόξαν, ἄχρις ἂν αὐτοῖς ὁ πρὸς τῶν ἑτερογνωμονούντων ὑπαντήσῃ λόγος, γοργοτέροις ἐλέγχοις ἀντανιστάμενος (1). P. 105.

49. Ex XVIII. libro adversus Iulianum.

In eo quod dicitur « nihil nimis » bona rei conditio est: excessus autem reprehensione non caret.

μθ′. Ἐκ τοῦ ιη′ λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Ἐν τῷ μηδὲν ἄγαν, εἶναι τὸ εὖ ἔχον· ἐν δὲ τῷ περιττῷ, τὰς διαβολάς. P. 105.

50. Ex XVIII. libro adversus Iulianum.

Iis qui nec piam nec laudabilem vitam gerunt, gravem videri par est alienam bonae vitae virtutisque famam. Nam suae ignaviae accusationem putant esse aliorum opes: itaque aliena gloria commoti, invidiae flammam concipiunt. Atqui potius oporteret quod melius est, aemulanter eligere: et omnes honestatis studiosos certatim splendidis operibus imitari; non autem reprehensionis materiam facere quidquid ipsi efficere nequeunt.

ν′. Ἐκ τοῦ ιη′ λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανόν.

Τοῖς οὐκ ἔχουσι βίον τὸν ἐπιεικῆ καὶ τεθαυμασμένον, φορτικὸν ὡς ἔοικε τὸ εὐδοκιμεῖν ἑτέρους εὐζωΐᾳ καὶ ἀρετῇ· ἔγκλημα γὰρ τῆς ἑαυτῶν φαυλότητος ποιοῦνται χρήματα, καὶ τῶν ἑτέρων εὐκλείαις ἐπηρεθισμένοι, τὴν τῆς βασκανίαις ὠδίνουσι φλόγα· καί τοι μᾶλλον ἐχρῆν ζηλοῦντας ἑλέσθαι τὸ ἄμεινον· καὶ πάντας ἰόντας καλὸν ἁμιλλᾶσθαι φιλεῖν τοῖς ὧδε λαμπροῖς· οὐ φιλοψογίας ποιήσασθαι πρόφασιν, ἃ κατορθοῦν οὐ δεδύνηται. P. 108.

51. Ex XIX. libro adversus Iulianum.

Ethnici auctores facundia et splendore dictionis valde excellunt: sed tamen illis nihil utile inest. Namque eum, qui suapte natura Deus est atque creator, non agnoverunt, et deos innumeros in mundum invexerunt.

να′. Ἐκ τοῦ ιθ′ λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανόν.

Πολὺ λίαν παρὰ τοῖς ἔξω κεῖται τὸ τῆς εὐστομίας χρῆμα, καὶ τὸ λαμπρὸν τῆς λέξεως (2)· ἔνι δὲ ὅμως τῶν ὀνησιφόρων οὐδέν· τὸν γὰρ φύσει θεὸν καὶ δημιουργὸν οὐκ ἔγνωσαν, ἀναριθμήτους δὲ θεοὺς τῷ βίῳ κομίζουσι (3). P. 106.

(1) Dici hoc videtur de argumentis contrariis Iuliani ac Cyrilli. Porro Cyrillus, praeter commune episcopis tuendae religionis studium, peculiarem habuit causam scribendi contra opus Iuliani, qui etiam impudentissima epistola (inter editas 51.) connisus erat Alexandrinos abducere a christianismo.

(2) Ipse Iulianus dicitur a Cyrillo libri sexti initio: εὐφυᾶ μὲν ἔχων τὴν γλῶτταν, οὐκ ἀθαύμαστον δὲ τὸ καλλιεπές: *diserta lingua et admirabili dicendi venustate praeditus.*

(3) Confer lib. VII. ed. Spanehemii p. 232. B.

Ex prioribus decem Cyrilli adversus Iulianum libris unum citatum videram in praedicto opere locum, quem congruere ad litteram comperi prout eius titulus ferebat cum edito libro X, ed. Spanhem. p. 357. Mox vero et alias duas comperi in codice particulas, nempe unam ex libro V, alteram ex VII, quarum tamen verba in editione non legebam. Itaque heic adscribo, otiosioribus criticis haec fragmenta permittens.

Cod. f. 226.

νβ'. Τοῦ μακαρίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ ε' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Ἐπὶ τῶν πωλητηρίων πολλοῖς ἐνιότε τοῖς φαύλοις ἀναμιγνύουσιν ὀλίγα χρηστὰ, διὰ τῶν ὀλίγων ἐπαγόμενοι, καὶ πείθοντες τοῖς σπουδαίοις προσλαβεῖν τὰ φαῦλα.

52. Beati Cyrilli Alexandriae episcopi ex quinto libro adversus Iulianum.

In foro venali multis interdum vitiosis pauca bona (venditores) admiscent; paucis his (emptores) inescantes, persuadentesque ut cum utilibus res cassas adquirant.

Cod. f. 151.

νγ'. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ ζ' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ (1).

Ἐπιπλήττει εἰκῇ τοῖς ὑπέρ γε τῶν ἐν ἀδικίαις παρακαλοῦσι θεὸν, καὶ ἀφαμαρτάνειν τοῦ εἰκότος ᾠήθη, καὶ λέγει τοὺς ἐποικτείροντας τοὺς κακούργους, κακούς· καίτοι πῶς ὁ τοῦτο λέγων, οὐ τὸ ἀπηνὲς καὶ ἀνήμερον ἀποδέχεται (1); θαυμάζει τοὺς ἀτεράμονας ὁμοῦ τε καὶ μισαλλήλους; χρῆναι γὰρ ἐγώ γέ φημι τοὺς ἅπαξ εἰλημμένους τοῖς ἰδίοις πταίσμασι, καὶ δίκας ἀπέχοντας τοῖς κολάζουσι νόμοις, ἐποικτείρειν μᾶλλον ὡς πεπραχότας ἀθλίως, ὡς ἐξ ἀσθενείας ἀνθρωπίνης ἐμπεσόντας εἰς τοῦτο, ὡς διαβολικῆς σκαιότητος γενομένους θήραμα· καὶ μὴ πεσοῦσιν αὐτοῖς ἐπιμειδιᾶν, καὶ οἷον ἐπορχεῖσθαι κειμένοις, καὶ καταφροντίζειν (3) αὐτοῖς ἀφιλοστοργίαν.

53. Eiusdem ex septimo libro adversus Iulianum.

Reprehendit temere illos, qui pro peccantibus Deum orant, remque incongruam eos facere existimat; et homines qui maleficorum miserentur, malos dicit. Atqui ita loquens nonne saevitiam immitemque animum fovet? et immisericordes potius mutoque odio flagrantes admiratur? At enim ego illos qui aliquando delinquentes deprehensi fuerint, legumque ultionem experti, aio potius misericordia dignos ceu qui infeliciter egerint, tum humana infirmitate lapsi, tum diabolicae improbitatis praeda effecti. Neque iis cadentibus cachinnus attollendus est, neque iacentibus insultandum, neque inhumanus adversus illos sensus expromendus.

Ibidem.

νδ'. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Περιφανὴς καὶ ἀξιοζήλωτος ἀγαθότης ἐστὶ, δηλαδὴ τὸ ὀρέγειν ἔλεον τοῖς μισεῖν ἡμᾶς ᾑρημένοις, καὶ χεῖρα νέμειν ἐπίκουρον· βούλεσθαι δὲ καὶ σώζειν αὐτοὺς, οὐκ ἐπεμβαίνοντας, μᾶλλον δὲ καὶ οἷον κειμένοις ἐπορχουμένους, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀθλιότητος καταμειδιῶντας ἀφιλοικτειρμόνως· δρῶντας δὲ μᾶλλον ἐκεῖνα δι' ὧν ἔξω γένοιντο παγίδος· * ποιουμένους δὲ καὶ λιτὰς πρὸς τὸν τῶν ὅλων ὑπὲρ αὐτῶν ἐξουσιάζοντα θεόν (4).

* cod. τὰ ἔξω γένοιτο παγίς.

54. Ex eodem libro.

Splendidae optabilisque bonitatis officium est, misericordiam exhibere iis qui inimicitiam erga nos susceperunt, eisdemque manum auxiliarem praebere: immo eos incolumes velle, nedum contra invehi et victis insultare: neque haerentem calamitatem immisericorditer subsannare, sed operam potius dare ut laqueo expediantur: preces denique dominatori universali Deo pro ipsis offerre.

(1) In postrema libri septimi editi pagina, ubi de paenitentia veniaque agitur, lacuna quaedam asteriscis denotatur. Ibi ergo fortasse sequentia duo collocanda sunt fragmenta.

(2) Naturae suae acerbitatem et duritiem fatetur ipse Iulianus in misopogone p. 349.

(3) Uni vel alteri, quod extabat verbi καταφροντίζω exemplo addatur iam hoc Cyrilli.

(4) Postremo moneo, cum his Cyrilli fragmentis, utiliter ab editoribus posse illa copulari Theodori mopsuesteni adversus eundem Iulianum, quae ex codice vat. pal. XX. eruit complures ante annos V. C. Fed. Munterus danus hafniensis.

Sancti Athanasii ex epistola XIII.

Quibus in rebus quispiam mentem suam exercuerit, in his clam veluti haerentem comperiet ad exercitii usum facilitatem.

Sancti Basilii ex sermone in Lucam.

Nox profunda, et morbus gravis, et auxiliator nullus; qui hereditati inhiat, ad voluntatem tuam irritandam paratus. Tu vero undique solitudinem tuam circumspiciens, tunc demum inconsiderantiam tuam senties, tunc stultitiam lugebis, quod in hoc tempus res tuas disponere distuleris, cum lingua titubat, manus tremula contractionibus agitatur, ita ut neque voce neque scripto sententiam tuam significare queas.

Sancti Iohannis (Chrysostomi) ex tertio sermone in libros regum.

Iucundum est agricolis tum ex montanis tum ex depressis terrae regionibus uberem fructum carpere. Quod si aliquando ex petrosis etiam macrisque vel arenosis locis, post multam impensam curam bonus aliquis fructus eveniat, maior hinc colono delectatio accidit; quia cum soli natura luctatus, suisque pugnans adversus agri sterilitatem laboribus, victoriae quoddam testimonium ab iis, qui agricolandi artem merito aestimant, refert.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τῆς ιγ' ἐπιστολῆς (1). Cod. f. 2

Οἷς ἐάν τις τὴν διάνοιαν ἀσκηθῇ, ἐν τούτοις λανθάνουσαν τὴν προθυμίαν πρὸς τὴν συνήθειαν ἔχει.

Τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐκ τοῦ εἰς τὸν Λουκᾶν. Cod. f. 279.

Νὺξ βαθεῖα, καὶ νόσος βαρεῖα, καὶ ὁ βοηθῶν οὐδαμοῦ· ὁ ἐφεδρεύων τῷ κλήρῳ ἕτοιμος, ἄπρακτά σου ποιῶν τὰ βουλεύματα· εἶτα περιβλεψάμενος ὧδε καὶ ὧδε, καὶ ἰδὼν τὴν περιεστῶσαν ἠρεμίαν, τότε αἰσθήσῃ τῆς ἀβουλίας, τότε στενάξεις τὴν ἄνοιαν, εἰς οἷον καιρὸν ἐταμιεύσω τὴν ἐντολήν, ὅτε ἡ μὲν γλῶσσα παρεῖται, ἡ δὲ χεὶρ ὑπότρομος κλονουμένη ταῖς συνολκαῖς, ὡς μήτε φωνῇ μήτε γράμματι διασημᾶναι τὴν γνώμην (2).

Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐκ τοῦ εἰς τὰς βασιλείας γ' λόγου (3). Cod. f. 124.

Φέρει γηπόνοις ἡδονὴν τὸ ἐξ ὑπτίων τε καὶ βαθυγείων χωρίων πολύν τινα δρέπεσθαι τὸν καρπόν· εἰ δή ποτε καὶ ἐκ πετρώδους γῆς καὶ λεπτῆς καὶ ὑπὸ ψάμμου δυνηθείη μετὰ πολλὴν ἐπιμέλειαν χρηστοῦ τινος ἀπολαῦσαι καρποῦ, μείζων ἐντεῦθεν ἡ ἡδονὴ τῷ γηπόνῳ, διότι πρὸς τὴν τῆς γῆς φύσιν ἀγωνισάμενος, καὶ τοὺς οἰκείους πόνους ἀντεισάξας τῇ στειρώσει τῆς γῆς, νίκης τινὰ μαρτυρίαν ἀποφέρεται παρὰ τῶν τὸ γεώργιον θαυμαζόντων.

Paucis his obiter occupavi vacuam pagellam trium Patrum fragmentis; nam longe plura et ampliora in manibus erant, quae vita comite aliquando edam.

(1) Deperditas S. Athanasii epistolas festales, expectare nos ex Anglia, ex syriacis codicibus sumptas, dixi alibi. Num autem graecum hoc fragmentum ad eas pertineat, nec ne, palam aliquando fiet. Certe in citatis illarum epistolarum fragmentis a Cosma indicopleusta Topogr. christ. lib. X. non apparet.

(2) Fragmentum hoc legitur in eodem rerum sacrarum codice, cum dicto titulo ἐκ τοῦ εἰς τὸν Λουκᾶν, quod interpretor *ex sermone in Lucam;* nam si esset ex commentario in Lucae evangelium (qui fortasse extitit) scriberetur heic ἐκ τοῦ εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν, ut Graeci inscribere solent. Interiacet autem inter Basilii locum ex orat. de baptismo, et locum ex sermone eiusdem in proverbia. De mortis tempore verba fieri apparet; nam et in codice pertinet ad titulum περὶ ὥρας θανάτου

(3) Ioh. Chrysostomi in libros nominatim regum, seu regnorum ut Graeci loquuntur, non extant sermones; nisi forte intelligendae hoc titulo sunt homiliae quinque de Anna Samuhelis matre, et tres de Saule ac Davide; in quibus tamen hoc fragmentum non videbam, nisi me festinans oculus fefellit. Attamen in Damasceni parallelis p. 162. aliud Chrysostomi fragmentum citatur ex sermone in secundum Regum, ἐκ τοῦ εἰς β' βασιλειῶν.

MONITUM.

Inedita duo chronica, nempe Georgii monachi, vulgo hamartoli, et Iohannis siculi, quum ego in vaticanis codicibus lectitarem; in secundo Iustiniani imperantis anno, quo de nefanda contra naturam libidine poenae publicae sumptae fuerunt (quam rem Theophanes et Cedrenus breviter, nostri autem supradicti auctores prolixius narrant) inter ceteras, quae in illis chronicis scribuntur eius criminis detestationes, latum ac disertissimum sancti Cyrilli fragmentum deprehendebam, tum ab Hamartolo p. 169, *tum etiam a Siculo p.* 315. *iisdem verbis descriptum; quod quum ex aliquo Cyrilli sermone vel libro detractum esse appareat, neque tamen in eius scriptis editis repererim (nisi me forte festinatio, aut aliqua animi evagatio in evolvendis Cyrilli tomis de lectionis tenore decussit) heic cum ceteris novis Cyrilli scriptis collocandum iudicavi: quod si forte antehac vulgatum in publicis libris occurret, nullum erit incommodum, neque res publica detrimentum capiet; immo aliqua melioris fortasse frugis per nos saltem extabit varietas. (Chrysostomus etiam comment. in epist. ad Galatas ed. maur. T. X. p.* 717, *invehitur in eos qui se spadonant; sed diversus a nostro is locus est.) Illud aliquantulum addubitavi, num rei parum per se verecundae interpres fierem, nec ne. Sed primo cogitavi, etiamsi nunc ego graece tantummodo ederem, non defuturum postea qui ad alias linguas transferret. Deinde sanctissimi Cyrilli sermonem, qui rem nefariam summo odio obruit, abs quovis honesto viro, lingua saltem non populari, repeti posse iudicavi. Denique reputans laudem hinc christianae religioni accedere, quae inter tot paganitatis monstra, probrosissimum quoque eunuchismum paulatim antiquavit ac sustulit; novoque exemplo docere volens quantopere sancti patres crimen hoc miserum et ei connexa flagitia detestati sint semper atque insectati; rem graece quoque non peritis communicandam latine decrevi. Porro ante hunc Cyrilli tractum placet recitare de pudicitia praeclarum Tertulliani testimonium. « Pudicitia flos morum, » honor corporum, decor sexuum, integritas sanguinis, fides generis, fundamentum sanctitatis, » praeiudicium omnis bonae mentis; quamquam rara, nec facile perfecta, vixque perpetua; tamen aliquatenus in saeculo morabitur, si natura praestruxerit, si disciplina persuaserit, censura compresserit. »*

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΣΤΗΛΙΤΕΥΤΙΚΟΣ ΚΑΤΑ ΕΥΝΟΥΧΩΝ.

SANCTI MAGNI CYRILLI

SERMONIS ADVERSUS EUNUCHOS

FRAGMENTUM.

Ταύτην τοίνυν τὴν ἀκόλαστον καὶ ἀκάθαρτον γνώμην καὶ πρᾶξιν τῶν αὐθαιρέτως πασχόντων θριαμβεύων εὖ μάλα καὶ στηλιτεύων Ο ΜΕΓΑΣ ΚΥΡΙΛΛΟΣ οὕτω φάσκει.

Hanc igitur *(inquit Georgius chronologus)* intemperantem impuramque mentem et operam spontaneorum pathicorum egregie prorsus vituperans MAGNUS CYRILLUS sic ait.

Ἀκολασίας γὰρ ἕνεκεν οἱ τάλανες τοῦτο δρῶσι τὰ τῶν γυναικῶν πάσχειν, ἄνδρες εἶναι βουλόμενοι· οὐδενὸς γὰρ χρησίμου χάριν τὴν φύσιν μετατιθέντες, ἢ ἀσελγείας ἕνεκεν, τὴν θεόπλαστον καὶ ἀνδροπρεπῆ μορφὴν διαφθεί-

Intemperantiae suae causa hoc isti miseri perpetrant, feminarum propria patientes, quum tamen viri esse velint. Etenim absque ulla utilitate naturam pervertentes, nonnisi lasciviae causa, creatam a Deo dig-

namque viro formam corrumpunt, vel sponte saepe, vel ab aliis talia pati coacti. Sunt autem hi naturae corruptores, generis hostes, humanae societatis labes, vitae offensores. Hi Maenadum more scortantes, immodice in turpissimis exultant passionibus, moribus foedis perditisque miseram vitam concretam habentes, ambiguae odibilisque personae spuriam formam circumferentes. Hi utique sacris septis procul abeant, et a sanctis conventibus ut abominabile piaculum Deoque invisum arceantur. Quia enim turpissima pessimaque mentis sententia pulcrum ac divinum opus ad pravam atque infamem professionem immutarunt ac transtulerunt, et spiritalem spadonatum vetito usui deservire coëgerunt, non legum tantummodo poenam perpeti digni sunt, verum etiam evangelico apostolicoque decreto ad exteriores tenebras prorsus expelli. De his quippe Moyses dicit: « non intrabit eunuchus contusis aut excisis genitalibus ecclesiam Domini. »

Attamen videre est plenas principum virorum domos his portentosae formae personis, quae aureos torques collo gestant, et in masculina natura, feminae tamen speciem habent, fracte incedunt, delicate loquuntur: nam et meretricum instar indecore huc illuc caput iactant, intemperanter impudiceque rident, lasciviam suam palam ostendentes. Quamobrem cum viris quidem, mulierum instar, molliter cubitant, et mollitie foedantur: cum mulieribus autem quasi custodes castitatisque simulacra in cubiculis versantes, procacissime et impudentissime turpitudini operam dant. Sic ergo hi quidem a nefariis impurisque viris corrupti, mollitie polluuntur adverso naturae opere ac flagitio: ipsi autem vicissim ceu canes rabidi infelices mulierculas peccatis, uti dictum est,

ῥουσιν, ἑκουσίως πολλάκις, ἢ ὑπὸ ἄλλων ὑπομένειν ἀναγκαζόμενοι τοῦτο, ὡς λοιμοὶ τῆς φύσεως, καὶ τοῦ γένους πολέμιοι, καὶ σπίλοι πολιτείας, καὶ ζωῆς ἐφύβριστοι γίνονται· δίκην Μαινάδων πορνευθέντες, ἀμέτρως ἐν τοῖς αἰσχίστοις ὀρχοῦνται πάθεσι, μιαρᾷ πολιτείᾳ καὶ πεφθαρμένῃ τὴν ἀθλίαν ζωὴν συγκεράσαντες, ἀμφίβολα καὶ μεμισημένα πρόσωπα περιφέρουσι καὶ γράμμα νενοθευμένον· ἱερῶν περιβόλων μακρὰν ἀποιχέσθωσαν, ἁγίων συνόδων ὡς ἐβδελυγμένον ἄγος καὶ θεοστυγὲς ἐλαυνέσθωσαν (1)· ἐπεὶ γὰρ αἰσχίστῃ καὶ κακίστῃ γνώμῃ τὸ καλὸν καὶ θεῖον ἔργον εἰς τὸ κακὸν διαβεβλημένον δόγμα παραλλάξαντες καὶ μεταποιήσαντες, καὶ τὴν πνευματικὴν εὐνουχίαν ἀπηγορευμένῃ πράξει λειτουργεῖν ἀναγκάσαντες, οὐ μόνον ἄξιοι νομικῆς ψήφου λαμβάνειν τιμωρίαν, ἀλλὰ καὶ ἐξ εὐαγγελικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἀποφάσεως εἰς τὸ λεγόμενον ἐξώτερον σκότος ἄρδην ἀπελαύνεσθαι· περὶ γὰρ τῶν τοιούτων ἔφη Μωϋσῆς· * " θλαδίας καὶ ἀπόκοπος οὐκ εἰσελεύσεται εἰς ἐκκλησίαν κυρίου. " * Deut. XXIII. 1.

Ἔστι γοῦν ἰδεῖν πεπληρωμένας οἰκίας τῶν μεγιστάνων, τοιούτων τερατομόρφων προσώπων, χρυσοῦς μηνίσκους ἐπὶ τραχήλου φοροῦντας, φύσιν μὲν ἄῤῥενος, θηλείας δὲ ὄψιν ἔχοντας, καὶ κεκλασμένως βαδίζοντας, καὶ τεθρυμμένως φθεγγομένους· ὥσπερ γὰρ ἑταιρίδες ἀπρεπῶς ὧδε κἀκεῖσε τὴν κεφαλὴν περισείουσι, καὶ γελῶσιν ἀκρατῶς τε καὶ ἀναιδῶς, οἰστρηλασίαν πρόδηλον ὑπεμφαίνοντες· ὅθεν μετ' ἀνδρῶν μὲν ὡς γυναῖκες, μαλακῶς εὐναζόμενοι καὶ μαλακιζόμενοι, φθείρονται· μετὰ γυναικῶν δὲ ὡς φύλακες ἅμα καὶ σωφροσύνης δῆθεν ἰνδάλματα καθεύδοντες, ἀναισχύντως καὶ ἀπηρυθριωμένως αἰσχροπραγοῦσι· καὶ οὗτοι μὲν οὕτως ὑπ' ἀνδρῶν ἀνοσίων καὶ βεβήλων φθειρόμενοι, μαλακίζονται καὶ καταμιαίνονται διὰ τῆς παρὰ φύσιν ἀνοσιουργίας καὶ βδελυρίας· αὐτοὶ δὲ γυναικάρια ταλαίπωρα σεσωρευμένα κατὰ τὸ εἰρημένον * ἁμαρ- * II. Tim. III. 6.

(1) Eunuchi voluntarii a sacerdotio arcentur legibus canonicis in Photii syntagmate tit. I. 14, et tit. IX. 24, apud nos Spicil. rom. T. VII. p. 53. et 287. Poenas civiles gravissimas contra evirantes semet vel alios, videsis op. cit. p. 54. Quin etiam saeculares adulteri a templis excludebantur, adfirmante Chrysostomo orat. III. 1. de Saule et Davide.

τίαις καταμολύνουσι καὶ καταβλάπτουσιν, οἷα λυσσώδεις κύνες· καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον καὶ ἐλεεινότερον, ἐντεῦθεν αἴτιοι γίνονται καὶ προξενηταὶ καὶ μέτοχοι τῆς ἀπεράντου κολάσεως, οἵ τε φθείροντες καὶ οἱ φθειρόμενοι.

Ἀλλ' ὢ τῆς ἀφροσύνης, ὢ τῆς ἀπάτης καὶ παραπληξίας· τούτους γὰρ ἄνθρωποι καὶ μάλιστα προὔχοντες, ὡς σώφρονας παραδεχόμενοι, πιστεύουσι καὶ εἰσοικίζουσιν· οἵ γε εἰσοικιζόμενοι, καὶ παῤῥησίας τυγχάνοντες, τοὺς ὄντως δικαίως ἀρετῆς ἐπιμελουμένους σώφρονας ἄνδρας κατὰ μικρὸν δελεάσαντες, εἰς τὸ τῶν Σοδόμων αἰσχρὸν βάραθρον ἐλεεινῶς κατηκόντισαν, καὶ τῷ πυρὶ παρέπεμψαν· διὸ δὴ λοιπὸν ἀραρότως πάνυ γε τούτους νόμος καὶ λόγος εὐαγγελικὸς καὶ ἄριστος βίος καὶ εὐσεβὴς πολιτεία βδελύττεται ὡς θεομισεῖς καὶ ἀκαθάρτους· οὗτοι γὰρ τοιαύτην ἐξάγιστον ζωὴν προτιμήσαντες καὶ ποθήσαντες, ὅσον ἧκεν ἐπ' αὐτοῖς, πόλεις μὲν ἠφάνισαν, τὸν σπερματικὸν τῆς φύσεως λόγον διαφθείροντες καὶ φθειρόμενοι· εὐανδροῦσαν δὲ ῥώμην ἀνδρὸς καὶ ἡλικίαν καὶ τὴν ἀῤῥενοπρεπῆ καὶ γυναίαν ἰσχὺν δεινῶς ἐξανάλωσαν· καὶ ἁπλῶς τὴν σύντονον καὶ σφριγῶσαν ἀκμὴν τῆς νεότητος λυμηνάμενοι φανερῶς, ἀθλίους καὶ καταγελάστους ἐποίησαν τοὺς ἁλόντας· οὕς γε φευκτέον προτροπάδην καὶ βδελυκτέον ἐνδίκως, ὡς ψυχοκτόνους καὶ σωματοφθόρους, καὶ ἐναγεῖς ὄντως καὶ τῆς φύσεως παραχρῶντας· οὐδὲν γὰρ ἀληθῶς μυσαρώτερον ἢ ἀκαθαρτώτερον τῶν οὕτω πορνευομένων τὲ καὶ πορνευόντων· εἰώθασι γὰρ, ὡς ἀληθῶς καὶ ἀκριβῶς μεμαθήκαμεν, οὐ μόνον οἱ σπάδοντες, καὶ τὰ μόρια τῆς αἰσχρουργίας ποσῶς ἔχοντες ἀσελγαίνειν ἀμέτρως, καὶ ἀκολασταίνειν ἀκορέστως, ἀλλὰ καὶ οἱ τέλεον ἀπόκοποι καὶ ἐκτετμημένοι, καθάπερ οὖν καὶ οἱ ἐκ γεννητῆς ἐστερημένοι τούτων (φεῦ τῆς ἐσχάτης ἀτοπίας καὶ φρενοβλαβίας) διὰ χειρὸς καὶ δακτύλου φθείρειν τὰς ἀθλίας γυναῖκας, καὶ τὴν ἀνοσιουργίαν οὕτως ἐμμανῶς οἱ ἀνόσιοι κατεργάζεσθαι· καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ σοφὸς ἀριδήλως ἔφη· " μακάριος εὐνοῦχος ὁ μὴ ἐργασάμενος ἐν χειρὶ ἀνομίαν, καὶ παρθένος ἥτις οὐκ ἔγνω
* Sap. III. 14. κοίτην ἐν παραπτώματι· * " εἰκότως οὖν

oneratas impiant ac violant; quodque gravius est ac lugubrius, sic causa fiunt et pararii atque participes aeternae poenae, tum corruptores videlicet tum etiam corrupti.

At heu dementiam, errorem, atque vesaniam! His tamquam sobriis domi suae receptis, homines praesertim excelsiores confidunt: isti autem facti domestici, fiduciaque dignati, viros qui sincere recteque virtuti studebant, paulatim inescantes, in Sodomorum infame barathrum miserabiliter proiiciunt, flammisque contradunt. Quamobrem congruenter admodum huiusmodi homines lex et doctrina evangelica, et optima vitae regula, ac religiosa disciplina detestantur ceu Deo odibiles et impuros. Quippe hi, tali electo sponte nefario vitae genere, quantum in ipsis est, civitates delent, seminalem naturae rationem activo passivoque modo corrumpunt, virique vigescens robur atque staturam, masculasque vires et generosas, taetre pessumdant: atque omnino validum et turgescentem iuventutis vigorem, ut palam apparet, labefactantes, miseros ac derididiculos faciunt eos quos ita irretiverunt. Profecto hi velis remisque fugiendi sunt, meritoque detestandi, ceu animarum peremptores, corporum corruptores, et sceleste prorsus natura abutentes. Nihil enim reapse flagitiosius est et impurius his vel scortis vel scortantibus. Quippe solent, ut vere accurateque didicimus, non solum spadones, qui pudenda quomodolibet habent, immodice lascivire, et insatiabiliter libidinari: verum etiam mutilati prorsus et excisi, nec non qui a nativitate his membris carent (proh summam absurditatem atque insaniam!) manu digitoque miseras violare mulieres, et sic flagitium furiose impieque peragere. Quod ut perspicue significaret, Sapiens aiebat: « beatus eunuchus qui non est operatus manu iniquitatem, et virgo quae nescivit torum cum delicto! » Merito itaque hi neque feminae sunt neque viri:

sed androgyni, gladio animadvertendi, et mulierum amore insanientes, dicti fuerunt. Audiant itaque illi qui homines huiusmodi temere arbitrantur puros esse et continentes; nec mendacio simulataeque castimoniae aut continentiae credant. Etenim ab immundo quidnam mundabitur? et a falsitate quid nam veri expectandum est?

ἄθηλοι, ἄνανδροι *, ἀνδρόγυνοι, σιδηροκατάδικοι (1), καὶ γυναικομανεῖς προσηγορεύθησαν· ἀκουέτωσαν τοίνυν οἱ καθαροὺς καὶ σώφρονας τούτους ὑποτοπάζοντες μάτην, καὶ μὴ πιστευέτωσαν τῷ ψεύδει καὶ τῇ κατεσχηματισμένῃ καθαρότητι καὶ σωφροσύνῃ· ἀπὸ γὰρ ἀκαθάρτου, τί καθαρισθήσεται; καὶ ἀπὸ ψεύδους, τί ἀληθεύσει;

MONITUM.

Genuinis sancti Cyrilli scriptis, placet specimen etiam subtexere, ex vaticano prisco codice, sermonis Cyrillo item Alexandriae archiepiscopo inscripti; qui tamen neque stilo, multoque minus sententiarum gravitate Cyrillum illum magnum decet. Post exordium quidem, quod nos recitabimus, longa fit deploratio, ipsis prophetarum saepe verbis, malorum Hierusalem, cuius populus in babylonicam captivitatem pedestri aerumnosissimo itinere una cum tribus regiis pueris ac Danihele abductus fuit. Exin horum adolescentium res gestae et officia et conciones apud Assyrios narrantur, et flammae cui addicti fuerunt vis innocua. Quumque hi, praeter veri Dei notitiam, futurum quoque Servatoris adventum coram impio rege praedicassent, capite truncati, una cum Danihele, dicuntur: quorum corpora hebraeus populus pie in thecis composita, postea ad urbem Hierusalem redux secum gestavit: ubi demum in Christi domini obitu, cum aliis mortuis, quorum in evangeliis fit mentio, ad vitam rediisse dicuntur, et in paradisum transisse. (Haec partim in menaeo quoque Graecorum dicuntur die XVII. decembr.) Sequitur sermonis clausula, quam item nos adscribemus. Et quamquam in ea Cyrillus ipse hunc sibi sermonem tribuere dicitur, nihilo tamen minus abiudicandum prisco illi ac magno Cyrillo sine ulla dubitatione censemus. Ceterum quia saeculo XI. extitit Alexandriae archiepiscopus iacobita Cyrillus II. (Orient. christ. T. II. p. 482.) de hoc si quis cogitare volet, non repugnabimus, immo hunc Cyrillum iuniorem sermonis esse auctorem facile annuemus; praesertim quia in titulo desunt verba ἁγίου, *et* πατρὸς ἡμῶν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΕΛΕΥΤΗΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΤΡΙΩΝ ΠΑΙΔΩΝ ΚΑΙ ΤΟΥ ΠΑΝΣΟΦΟΥ ΔΑΝΙΗΛ.

CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

SERMO DE OBITU SANCTORUM TRIUM PUERORUM NEC NON SAPIENTISSIMI DANIHELIS.

Opportunum adest, o carissimi, tempus praeclarorum martyrum commemorationem faciendi. Quippe haec commemoratio, quae ob nostrarum animarum salutem impetrandam fit, caelestium ordinum panegyrim imitatur. Quotquot igitur Dei no-

Πρόφασις καιρῶν πάρεστι, ἀγαπητοὶ, μαρτύρων ἀγαθῶν ἐνέγκαι μνήμην· αὕτη γὰρ ἡ μνήμη μιμεῖται τὴν πανήγυριν τῶν οὐρανίων ταγμάτων, ἐπὶ πρεσβείαν καὶ σωτηρίαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν· ὅσοι οὖν τὸν θεὸν ἐπιγινώσκετε, σήμερον ἐνταῦθα

(1) Quasi monstra scilicet. Reapse plexi fuerunt aliquando capite miseri aut scelesti huiusmodi. Syntag. Photii p. 54: ὁ πολιτικὸς νομος τοὺς ἑαυτοὺς ἢ ἑτέρους εὐνουχίζοντας, διαφόρως τιμωρεῖται, ποτὲ μὲν κεφαλικῶς etc. Utrum vero impudici eunuchi adulteris etiam sint accensendi, quaeritur in iure graeco.

τὰς ἀκοὰς ὑμῶν προτείνατε, ὅπως ἀξιωθῆτε τοῦ βραβείου τῶν ἀρτίως λεγομένων μαρτύρων· τούτους γὰρ ἐπαινεῖσθαι καὶ θαυμάζειν χρὴ τοὺς μήπω θεασαμένους ἐνανθρώπησιν Χριστοῦ, καὶ θάνατον ἀθανάτου, καὶ ἀνάστασιν ἐκ νεκρῶν, καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας, ὁμολογητὰς καὶ μάρτυρας αὐτοῦ γεγονότας· περὶ τούτων ἡ πρόνοια τῆς ἀχράντου τριάδος (1) διὰ τῆς ἀρτίως ἀναγνωσθείσης προφητείας *, ἕνεκεν τῶν βασιλικῶν ὁμοφύλων παίδων, Ἀνανίου, Ἀζαρίου, καὶ Μισαήλ· περὶ τούτων βούλομαι τὴν πολιτείαν καὶ συνηγορικὴν ἐπιστήμην καὶ συμμαχίαν καὶ τελείωσιν ἐξηγήσασθαι τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν, τὸ πῶς ἀνδραγαθήσαντες ἐτελειώσθησαν οἱ καλοὶ κλάδοι παῖδες κ. τ. λ.

* Dan. III, 92.

titia imbuti estis, hodie hoc loco aures vestras intendite, ut martyrum, quos nuper diximus, praemia pariter consequamini. Profecto hos admirari ac laudare oportet, qui neque Christi humanationem, neque immortalis mortem, atque a mortuis resurrectionem conspicati, ante eius in carne adventum, confessores eiusdem martyresque extiterunt. His consuluit sancta Trinitas, iuxta lectam paulo ante prophetiam, regiis videlicet ex una eademque gente pueris, Ananiae, Azariae, et Misaheli. Horum vitam, et conspirantem sapientiam, et socialem concertationem ac finem enarrare a Dei ecclesia volumus, quomodo scilicet hi egregii ipsius surculi, pueri inquam, fortiter consummati fuerint etc.

Prosequitur oratio, quatuordecim adhuc implens grandia latercula: sub cuius finem ita Cyrillus nomen suum dignitatemque revelat, prout fit etiam in titulo ante initium.

Ταύτην τὴν κατασκευὴν τῆς διαθήκης τῆς ἀγαθῆς ἐγὼ Κύριλλος ἐλάχιστος (2) ἐπισκόπος τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως, ἔτυχον * τῇ διαθήκῃ τοῦ Δανιήλ· συνεγραψάμην δὲ ὁσίων καὶ ἀμωμήτων παίδων σύμβολον καὶ πολιτείαν, καὶ τὴν εἰς Χριστὸν τελείωσιν. Γένοιτο γὰρ τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, καὶ πρεσβείᾳ τῶν ἀρτίως μνημονευθέντων καλλινίκων μαρτύρων, θάλλειν καὶ προκόπτειν τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν εὐθηνοῦσαν ἐν καρπῷ δικαιοσύνης· ὅπως οἱ πατέρες καὶ αἱ μητέρες τοιαῦτα βλαστάνοντες φυτεύματα * μετὰ σωφροσύνης καὶ εὐσεβείας, οἱ νεανίσκοι καὶ παρθένοι τοιαύτης πολιτείας ἀξιῶνται, τοιαύτης ἀρετῆς συναυξάνωσι. Τελειοῦνται δὲ οἱ ἅγιοι παῖδες μηνὶ δηκεμβρίῳ ιζ'.

* ita cod.

* cod. φυτημάτα.

Hanc boni monumenti constructionem ego Cyrillus minimus urbis Alexandriae episcopus addidi monumento (historiae) a Danihele confecto. Scripsi nempe trium sanctorum et immaculatorum adolescentium concordem vitam, et pro Christo consummationem. Utinam vero contingat, Christi gratia et horum quos hactenus celebravimus triumphalium martyrum intercessione, ut Christi ecclesia floreat et amplietur, ac iustitiae fructu exuberet! Ut patribus matribusque parem ex se germinantibus sobolem cum castitate atque pietate, adolescentes ipsorum ac virgines, huiusmodi vitae genus sectentur, eademque virtute concrescant. Consummati vero fuerunt hi sancti pueri mensis decembris die XVII.

(1) In Graecorum pariter menaeo die cit. de his sanctis pueris scribitur: τῆς τριάδος εἰκόνα προφητικῶς, ἐξ ἀΰλων χρωμάτων ἐν τῇ φλογὶ οἱ παῖδες διέγραψαν τῷ καλάμῳ τῆς πίστεως, καὶ τὴν τοῦ Λόγου ἄκραν εἰς γῆν συγκατάβασιν, μυστικῶς κατεῖδον, καὶ πᾶσιν ἐκήρυξαν.

(2) Titulus hic *minimus episcopus*, quem inferioris aevi episcopi modeste sibi tribuebant, auget opinionem de Cyrillo iuniore huius sermonis verisimili auctore. Videsis huius generis titulos, εὐτελὴς, ταπεινὸς, νείατος, constanter in episcoporum subscriptionibus quas nos divulgavimus (partim etiam aere cudimus) synodorum byzantinarum sub Manuhele Comneno, Script. vet. T. IV, et Spicil. rom. T. X.

DE EUSEBII ALEXANDRINI SERMONIBUS

EDITORIS MONITUM.

Eusebii, qui passim in codicibus dicitur archiepiscopus alexandrinus, sexdecim ego ante hoc tempus sermones edidi; unum quidem in AA. class. T. X., alios autem quindecim in Spicilegio rom. T. IX., in cuius voluminis praefatione de his aliisque aliquot eiusdem Eusebii sermonibus, diligenter ut spero tractavi. Addidi etiam Iohannis notarii ineditos aeque de vita obituque Eusebii sermones seu libellos tres. Porro in sermonum Eusebii praefatione tom. cit. p. 10. *dixi, duorum quidem* de eleemosyna *et* de astronomis *titulos scribi in codice vaticano, sed tamen ipsos sermones ob membranarum defectum deesse; me tamen scire, priorem in codice vindobonensi theol.* 263. *servari, alterum vero in parisiensi* 1098. *Nunc ecce illustrium mihique benivolorum hominum liberalitate ac manu descriptos* (1) *ambos impetravi; cuius beneficii ut fructus extet, commodum esse putavi, ut post Cyrilli alex. scripta, paralipomena haec Eusebii subtexerem, qui item, ut dixi, archiepiscopus dicitur alexandrinus; atque ita pii equidem et apprime orthodoxi, si minus elegantis, auctoris editionem absolverem. Quicquid enim alii iudicabunt, me certe ingenuitas huius hominis, christiana eius ac pastoralis simplicitas, nativumque dicendi genus valde delectant. Quamquam nec omnis ornatus abest, v. gr. ubi divitis epulonis apparatum describit. Ceteroquin Eusebii codices tam romani quam exteri, et praesertim vindobonensis, soloecismis scripturaeque mendis scatent, quae partim emaculanda fuerunt, partim retinenda, ne plus aequo textum subverteremus.*

Sed enim quod adtinet ad Eusebii nostri aetatem atque episcopatus sedem, necesse est controversiam rursus adtingere; postquam scilicet ex Germania accepi Guilelmi Augusti perdocti viri nostrique contemporanei librum, quo tres Eusebii de rebus inferis, circa Christi domini obitum et descensum, sermones edidit, qui sunt item apud nos in Spicilegio. Porro quod hic amplissimus de eleemosyna sermo Eusebii, in vindobonensi codice incolumis conservatus, notitiam Augusti effugerit (dissert. eius p. 63*), mirari nolo. Etenim saepe usuvenit (et mihi quoque interdum accidit) ut res nobis proximae, nulla nostra culpa sed casu nos lateant, dum remotas felicius indagamus. Primus ergo apud Augustum sermo p.* 1-10, *recurrit apud nos sub numero XIII. Est autem in hoc insignis editionum nostrarum varietas, quod germanica p.* 9. *habet, tamquam clausulam sermonis huius, tractum illum* ὢ ποῖον κακόν ἐστιν ἡ παρακοὴ *etc. usque ad p.* 10, *quae reapse est clausula potius sermonis* de incarnatione *(p.* 26-27.*) a nobis editi tom. cit., neque ullo modo ad praedictum editionis germanicae locum pertinere potest, a quo omnino dissentit. Secundus in editione germanica sermo respondet nostro XIV, cum aliqua varietate. Tertius denique dictus in die parasceves in ed. germ. respondet nostro XV, cui titulus* de diabolo et orco (ᾅδῃ); *secundam dico sermonis germanicam editionem; nam prior (ut editor appellat, quod contra fortasse est) magis a nostra differt. Sed illud maioris momenti est, quod ei priori editioni loco clausulae attexitur pars alterius sermonis, dicti nempe postera die, seu sabbato, prout promissum fuerat in fine sermonis de parasceve, quem desinere in dictione* ἐνταῦθα τὸν λόγον σφραγίσωμεν, *nec cum sequentibus necti, exploratissimum est; id quod ne germani quidem editoris perspicaciam fugit p.* 153. *Bene igitur, evenit ut haec saltem pars sermonis de sabbato, qui sermo totus desideratur in codice vat., ex vindobonensi prodierit. His de utraque editione germanica et romana dictis, reliquum est ut de Eusebii persona et aetate disserendum breviter videatur.*

Tribus a se editis auctoris huius sermonibus praeclaram vereque doctam subtexuit disputationem G. Augustus, cuius exquisitam eruditionem diligentiamque cum maxime probo, attamen de aetate Eusebii nostri et episcopatu emeseno, quominus ei adsentiar, rei contrariae ut puto evidentia prohibeor. Sermonum horum parentem dicit germanus editor indubitanter Eusebium illum, qui

(1) Vindobonensem habui ab excell. Comite Dietrichstein caesareo bibliothecario, exscribente erudito viro H. E. Pöschl. Parisiensem misit vir clar. eques P. A. Drach, longa mihi amicitia coniunctus.

Emesae ecclesiam tenuit, multisque scriptis claruit, teste Hieronymo de vir. ill. cap. 91, *sub Constantio imp. Constantini magni filio, et circa annum Christi* 360. *obiit. Atque ut titulum alexandrini episcopi cum emeseno conciliet, utitur laudatus editor egregia in speciem ratione, quod ille nempe Eusebius, teste Sozomeno hist. lib. III.* 6. *in synodo antiochena quae anno* 341. *celebrata fuit, ad capessendam alexandrinam sedem extimulatus fuerit, loco magni Athanasii depulsi: quam Eusebius dignitatem quum recusasset, ne Athanasio invitis Alexandrinis succederet, emesenam ecclesiam regendam suscepit. — Recte. Sed primum quaero, quoniam hic Eusebius reapse annis viginti, usque ad obitum, emesenus fuit non alexandrinus episcopus, cur in graecorum sermonum codicibus episcopus vel archiepiscopus alexandrinus passim, nunquam vero emesenus inscribitur? Sed ecce praeter hanc aliasque rationes, nunc demum ex vindobonensi sermone* de eleemosyna *circa finem, peremptorium contra emesenum Eusebium argumentum torquetur. Sermonis enim auctor Eusebius noster inter divites, quibus opes, nedum nocuerunt, verum etiam propter dandae eleemosynae copiam valde profuerunt, ponit matronam Melaniam, et quidem iis verbis quae iam mortuam esse innuant. Sed sive de mortua loquatur sive de superstite, prorsus auctor se non esse Emesenum illum demonstrat. Namque Emesenus, ut vidimus, factus fuit episcopus anno* 341; *Hieronymus autem op. cit. cap.* 91. *hunc Emesenum sub Constantio mortuum diserte adfirmat, hoc est ante annum certe* 361, *quo ipse Constantius obiit.*

Iam ut ad Melaniam veniamus, duae fuerunt hoc nomine, senior nempe ac iunior senioris neptis. De utraque agit Palladius in hist. lausiaca, opp. Meursii T. VIII. p. 117. *et* 120. *Ambae divites fuerunt, et eleemosynarum largitionibus celebres. Senior dicitur a Palladio coepisse vitam asceticam sub Valente imp., et annis adhuc* 37. *superfuisse. Iunior coaeva fuit ss. Hieronymo et Augustino. Quia ergo noster Eusebius meminit Melaniae (etiamsi forte senioris), fieri nequit ut sit ipse emesenus Eusebius, qui plus quadraginta annis ante ipsius Melaniae mortem e vivis excesserat, siquidem haec nonnisi initio quinti saeculi mortem cum vita commutavit, ut ex ante dictis colligitur. Immo Melania ne eleemosynis quidem clarescere coepit, nisi Eusebio emeseno iam mortuo, ut item ex dictis patet. Alia quoque accedunt, quamquam minime necessaria, argumenta. Nam de illo Emeseno Hieronymus in chronico ad Christi annum* 351. *scribit:* Eusebius episcopus emesenus arianae signifer factionis multa et varia conscribit. *Item apud alios veteres, Socratem, Sozomenum, et Photium cod.* 242., *accusatur Emesenus de sabellianismo, et de impiae astrologiae superstitione. Atqui noster graecorum auctor sermonum Eusebius, quos duodeviginti iam impressimus, ubique orthodoxus apprime est, et omni haeresi, nedum illis teterrimis, prorsus alienus. Ab astrologiae autem crimine tantum abest Eusebius, ut nunc eius sermonem nos divulgemus contra illam vanitatem ab eo scriptum,* κατὰ ἀστρονόμων: *praeter quam quod sermone etiam* ·VII· *a nobis item edito varia superstitionum genera magnopere insectatur. Denique Emeseni vitam a Georgio laodicensi scriptam fuisse testantur Socrates et Sozomenus; at alexandrini nostri vitam, auctore Iohanne notario, nos ipsi extulimus ex codice vaticano. Sed iam plura dicere nihil interest: quippe graecorum horum parens sermonum, non est Eusebius emesenae urbis episcopus; obstat enim, ut dixi, temporum ratio: quamquam nostrum et quinti saeculi hominem, et utrique fere Melaniae interiectum iudicamus, quoniam non duas sed unam nominat, id est ut reor seniorem. Cur vero tam constanter in codicibus dicatur archiepiscopus alexandrinus, etsi in catalogis illius sedis non extet, diu nos satisque in praedicto Spicilegii volumine disputavimus. Hoc unum tamen non incommode addemus, Hieronymum scilicet in chronico ad Ch. an.* 331. *ponere Eusebium Phamphili inter eos qui aliquamdiu antiochenam ecclesiam occupaverunt. Cur id, inquam? Nullam certe aliam ob causam quam quia ad eam sedem votis Antiochenorum fuit electus, seu expetitus, ut evidenter constat ex ipso Eusebio vit. Const. lib. III.* 60-62, *et ex Socrate lib. I.* 24. *Et quidem de hac re copiose P. Boschius in patriarcharum antioch. catalogo p.* 42. *sq. Recusavit tamen eam dignitatem Eusebius Pamphili, ut alexandrinam Emesenus. Ergone pari iure dicetur uterque, ille antiochenus, hic alexandrinus episcopus? Utinam hoc argumentum satis valeret, quo fieret ut Eusebii mei antiquitas augeretur! Quominus tamen in hanc sententiam pedibus eam, uncis me quodammodo Melania tenet, cum ceteris quae recensui criticae artis et historiae indiciis.*

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΕΛΕΗΜΟΣΥΝΗΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΛΟΥΣΙΟΝ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΛΑΖΑΡΟΝ.

SANCTI PATRIS NOSTRI EUSEBII
ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE
SERMO DE ELEEMOSYNA ET IN DIVITEM ATQUE LAZARUM.

1. Age sermonem hodie, carissime, de eleemosyna instituamus; et quid nobis apostolus et evangelista Matthaeus de Domini nostri adventu narraverit. Dic nobis, oculate testis et verbi minister, quandonam et quomodo quidve dicet nobis dominus Deus, cum mundum iudicaturus adveniet? Quid nunc velit, quidve agere imperet populo suo? Dixit, inquit, Dominus: quum venerit filius hominis cum maiestate sua, et omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit in throno maiestatis suae, et congregabuntur ante eum omnes populi: et separabit eos ab invicem, sicut pastor ab haedis oves segregat: et statuet oves quidem a dextris suis. Nam pastor, ceu benigniorem partem tenens mollitudinis mansuetudinisque, indolem scilicet ovium, harum quoque stationem melioribus adsignat. Deinde a sinistris haedi, ceu pastori contumaces, collocantur.

2. Audiamus etiam quid rex regum et dominus dominantium dicturus sit bonis et misericordibus, qui mandata eius observaverint, quatenus hi cuncta ab eo imperata in rem contulerint. Idcirco enim merito audient a domino et clemente Deo nostro sanctam illam ac beatam ad eius dexteram invitantem vocem: venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a mundi constitutione. O bonam praeparationem sortemque iustitiae illorum qui iure benignitatem eius promeruerunt! Quid porro his dicit? Esurivi enim,

α'. Φέρε εἰς μέσον τὸν λόγον σήμερον, ἀγαπητὲ, προθήσωμεν περὶ ἐλεημοσύνης· καὶ τί διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀπόστολος καὶ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δεσπότου ἡμῶν. Εἰπὲ ἡμῖν αὐτόπτα καὶ ὑπηρέτα τοῦ λόγου, πότε, καὶ πῶς, καὶ τί λαλήσει ἡμῖν κύριος ὁ θεὸς, ὅτε μέλλει παραγενέσθαι κρίναι τὴν οἰκουμένην; τί βούλεται, καὶ τί κελεύει ποιῆσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ; εἶπεν ὁ κύριος *, φησὶν, ὅτ᾽ ἂν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ᾽ αὐτοῦ, τότε καθήσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καὶ συναχθήσονται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἀφοριεῖ αὐτοὺς ἀπ᾽ ἀλλήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων· καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· καὶ γὰρ ὁ ποιμὴν ὡς χρηστοτέραν ἔχων τὰ τῆς ἁπαλότητος καὶ ἡμερωσύνης τὸ ἦθος τῶν προβάτων, καὶ τῆς στάσεως τῶν τοιούτων ποιεῖται τοὺς κρείττονας· εἶτα τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων, ὡς ἄτακτα τῷ ποιμένι διάκεινται.

* Matth. XXV. 31. sq.

β'. Ἀκούσωμεν δὲ τί ἐρεῖ ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐλεήμοσι τοῖς τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξασι, διὸ καὶ ἐτήρησαν πάντα ὅσα ἐνετείλατο· ἐπὶ τοῦτο γὰρ καὶ δικαίως μέλλουσιν ἀκοῦσαι παρὰ τοῦ δεσπότου καὶ φιλανθρώπου θεοῦ ἡμῶν τὴν προσκαλουμένην τοὺς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ἁγίαν καὶ μακαρίαν ἐκείνην φωνήν· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· ὢ ἑτοιμασίας ἀγαθῆς, καὶ κλῆρος * δικαιοσύνης τῶν ἀξίως εὐαρεστησάντων τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα· καὶ τί φησὶ

* ita cod.

πρὸς τούτοις; ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ὅρα, ἀγαπητὲ, τὴν τοῦ δεσπότου κηδεμονίαν· πῶς ἐκ πρώτου λόγου τὴν τῆς ἐλεημοσύνης εἰσάγει μετάδοσιν· ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· καὶ γὰρ τὴν εὐπερίστατον καὶ ἀναγκαίαν τοῦ σώματος τροφὴν ἐξ ἀρχῆς ἄγει, οἷον ὡς θρεπτικὴν καὶ ἀναζωπυροῦσαν τοὺς ἐν λιμῷ τακέντας·
* Ps. CIII. 15. καθὼς καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει· * " καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει· ,, ὡσαύτως τὴν τῆς πόσεως διαλέγεται ἀνάψυξιν· εἶτα τῆς ξενοδοχίας τὴν εἰσαγωγήν· ἔπειτα τῆς γυμνότητος περιβολήν· τῆς ἀσθενείας τὴν ἐπίσκεψιν· τῆς φυλακῆς τὴν παρηγορίαν· ταύτας δὲ καὶ τοιαύτας εὐποιΐας ὁ παροχεὺς τῶν ἀγαθῶν ἀναμιμνήσκων τοὺς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ἱσταμένους, καὶ τὴν ἀντάμειψιν ὑπισχνεῖται, ἣν πρὸ καταβολῆς κόσμου βασιλείαν ἡτοίμασε τοῖς εὐσπλάγχνοις καὶ ἐλεημόσι, τοῖς ὀρθοῖς τῇ πίστει καὶ πράξει καὶ ἀγάπῃ· τούτους προσκαλεῖται ὡς
* Ioh. XIV. 15. ἠγαπημένους φίλους· καθὼς εἶπεν· * ὑμεῖς φίλοι μου ἐστὲ, ὅτι τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐτηρήσατε, τὰ ἐμὰ ἐντάλματα ἐφυλάξατε· καὶ γὰρ πεινῶντα με ἐθρέψατε, διψῶντα ἐποτίσατε, ξένον ὄντα με εἰς στέγην εἰσαγάγετε· γυμνὸν θεωρήσαντες, περιβόλαιον ἐχαρίσασθε, ἐν ἀσθενείᾳ με γενόμενον ἐπισκέψασθε, ἐν φυλακῇ δέ με κατακλεισθέντα πρός με παρεγένεσθε, καὶ τὸν τῆς παρακλήσεως λόγον ἐχαρίσασθε. Λοιπὸν τί ἀντάξιον, ὑπὲρ ὧν εὐεργετήσατέ
* ita cod. με; ἀντιπαρέχω ὑμῖν τὴν ἀτιχάριτα· * ἀλλ' ἐπεὶ ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, καὶ γνησίως ἠγαπήσατε, τὸν πατέρα μου ᾐτησάμην δι' ὑμᾶς, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ αὐτοὶ σὺν ἐμοὶ ἦτε, καὶ τῆς ἐμῆς βασιλείας συγκληρονόμοι γένησθε.

γ'. Τί πρὸς ταῦτα φασὶν οὗτοι πρὸς τὸν κύριον καὶ βασιλέα τῆς δόξης; κύριε, πότε σε ἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν; ἢ διψῶντα, καὶ ἐποτίσαμεν; ἢ ξένον, καὶ συνηγάγομεν; ἢ ἀσθενῆ, καὶ ἐπεσκεψάμεθα; ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ ἤλθομεν πρὸς σέ; ἄκουσον δὲ καὶ τοῦ δεσπότου, τί πρὸς αὐτοὺς ἐρεῖ· ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε· ἤκουσας δεσπότου ἀγαθοῦ φιλανθρωπίαν καὶ ἀγαθότητα, πῶς
* ita cod. τοῖς πένησι καὶ πτωχοῖς, ἀδελφοὺς * ἀπο-

et dedistis mihi manducare: sitivi, et dedistis mihi bibere. Specta, carissime, Domini providentiam, quomodo sub ipso sermonis initio proponit eleemosynae largitionem: esurivi, et dedistis mihi manducare. Etenim commune necessariumque corporis nutrimentum statim memorat, quod nimirum alit et exsuscitat fame tabentes; quemadmodum David ait: « et panis cor hominis confirmat. » Sic etiam potionis memorat refrigerium: deinde hospitum susceptionem nominat, postea nudorum indumentum, infirmorum visitationem, benignum ad vinctos alloquium. Haec et alia huiusmodi beneficia dator bonorum commemorans apud eos qui a dextris suis sunt, retributionem quoque promittit, illud nempe quod a mundi constitutione regnum paravit misericordibus et eleemosynae largitoribus, fide recta ornatis et operibus et caritate. Hos ad se ceu dilectos amicos vocat, sicut iam dixerat: vos amici mei estis, quia sermones meos servavistis praeceptaque mea custodistis: nam me esurientem pavistis, sitientem potastis, hospitem sub tecto recepistis, infirmum visitastis, carcere clausum adivistis et solatii verba obtulistis. De reliquo quid pro benefactis in me collatis retribuam? En iam vobis gratiam referam: quia vos me dilexistis, et sincero amore complexi estis, patrem meum rogavi propter vos, ut ubi ego sum, vos quoque mecum sitis, meique regni coheredes fiamini.

3. Quid ad haec autem illi dicent domino regique gloriae? Domine, quandonam te vidimus esurientem et pavimus? sitientem, et potum dedimus? vel peregrinum, et collegimus te? infirmum, et visitavimus? in carcere, et venimus ad te? Audi iam quid iis Dominus respondebit: quaecumque uni ex his fratribus meis minimis fecistis, mihi fecistis. Audisti boni domini caritatem ac benignitatem, quomodo egenos ac pauperes appellat fratres;

et quod si quis bene illis fecerit, escam puta esurientibus suppeditaverit, aut hospitium praebuerit, aut nudum texerit, ipse sibi factum reputat postquam carnem nostram gestavit. Qui dixit: non veni vocare iustos sed peccatores ad paenitentiam et conversionem, sibi factori et creatori qui universae carni escam suppeditat, beneficium atque eleemosynam collatam edicit. « Nam qui miseretur pauperis, foeneratur Deo: secundum datum suum, recipiet. » Sed et David dicit: « beatus qui intelligit super egenum et pauperem! in die mala liberabit eum Dominus. » Reapse enim dies illa, dies mala fiet inclementibus et immisericordibus, qui ea die in exteriorem ignem mittentur; attamen benignis et misericordibus laetitiam gaudiumque aeternum conferet, et sanctorum angelorum consortium. Similiter et Dominus beatos misericordes dicit: beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Quandonam vero misericordia potientur? Videlicet cum rex sedebit in throno gloriae, tunc misericordiam consequentur eleemosynarum largitores, pauperum amantes, benigni, liberales, hospitales, orphanorum altores, viduarum et invalidorum curatores, aerumnosorum patroni, egentium saturatores, aegrotantium ministri, ii qui ex acerbis servitiis liberant, qui errantibus viam demonstrant, qui nudos vestiunt, qui aere alieno nexos expediunt: atque ut summatim dicam, qui omnium ope egentium oeconomi fiunt; his inquam caelorum regnum paratum est. His habitaculum erit superna civitas: iidem ceu regis familiares, coram illo adstabunt, splendidissimae deitatis lumine illustrati.

4. Quid autem et iis qui a sinistris erunt dicet Dominus? Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. Non enim vobis paratus fuerat, sed diabolo et angelis eius: nunc quia diaboli opera imitati estis, ava-

καλεῖται· καὶ εἴ τις δ' ἂν ἐν αὐτοῖς εὐεργε-
σίαν ποιήσει, οἷον τροφὴν παρέχῃ τοῖς πει-
νῶσιν, ἢ ξενοδοχίαν ἐνδείκνυται, καὶ γυμ-
νὸν σκέπῃ, αὐτὸς δέχεται ὁ τὴν ἡμῶν σαρ-
κοφορέσας· ὁ εἰπὼν *, οὐκ ἦλθον καλέσαι * Matth. IX. 13.
δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν
καὶ ἐπιστροφὴν, εἰς αὐτὸν τὸν ποιητὴν καὶ δη-
μιουργὸν τὸν διδοῦντα τροφὴν πάσῃ σαρκὶ,
τὴν εὐποιΐαν τῆς ἐλεημοσύνης ποιεῖται· “ ὁ γὰρ
ἐλεῶν πτωχὸν, θεῷ δανίζει· * κατὰ δὲ τὸ * Prov. XIX. 17.
δόμα αὐτοῦ, λαμβάνει· „ ἀλλ' οὖν καὶ
ὁ θεῖος Δαβὶδ λέγει· * “ μακάριος ὁ * Ps. XL. 2.
συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα· ἐν ἡμέρᾳ
πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ κύριος· „ καὶ γὰρ
ὡς ἀληθῶς ἡ ἡμέρα ἐκείνη, ἡμέρα πονηρὰ
γίνεται τοῖς ἀσπλάγχνοις καὶ ἀνελεήμοσιν·
οἵπερ ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εἰς τὸ πῦρ τὸ
ἐξώτερον ἀποπέμπονται· τοῖς δὲ εὐσπλάγ-
χνοις καὶ ἐλεήμοσι, χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης
αἰωνίου πρόξενος, καὶ τῆς μετὰ ἁγίων ἀγγέλων
διαγωγῆς. Ὡσαύτως καὶ ὁ κύριος μακαρί-
ζει τοὺς ἐλεήμονας λέγων· * μακάριοι οἱ * Matth. V. 7.
ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται· πότε
δὲ ἐλεηθήσονται; ὅτε καθίσει ὁ βασιλεὺς
ἐπὶ θρόνου δόξης, τότε ἐλεηθήσονται οἱ
ἐλεήμονες, οἱ φιλόπτωχοι, οἱ εὔσπλαγχνοι,
οἱ εὐμετάδοτοι, οἱ ξενοδόχοι, οἱ ὀρφανο-
τρόφοι, χηρῶν καὶ ἀδυνάτων οἱ ἐπισκέπται,
οἱ τῶν καταπονουμένων ἀντιλήπτορες, οἱ τῶν
θλιβομένων προστᾶται, οἱ τῶν δεομένων ἔμ-
φοροι, οἱ τῶν νοσούντων διάκονοι, οἱ τῶν ἐν πι-
κραῖς δουλείαις ἐλευθερωταὶ, οἱ τῶν πεπλανη-
μένων ὁδηγοὶ, οἱ τῶν γυμνῶν σκεπασταὶ, οἱ τῶν
χρεωστούντων πληρωταί· καὶ ἵνα συντόμως
εἴπω, οἱ πάντων τῶν δεομένων καὶ τούτων οἰ-
κονόμοι, αὐτοῖς ἡτοίμασται ἡ βασιλεία τῶν
οὐρανῶν· τοῖς αὐτοῖς ἐστὶν οἰκητήριον ἡ ἄνω
πόλις· οἱ αὐτοὶ ὡς οἰκειώτεροι τοῦ βασιλέως
πρὸ προσώπου αὐτοῦ παρίστανται, κατοπτρι-
ζόμενοι τῇ αἴγλῃ τῆς τρισηλίου θεότητος.

δ'. Τί δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐξ εὐωνύμων ἐρεῖ
ὁ κύριος; πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι
εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ
διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· οὐ γὰρ
δι' ὑμᾶς ἡτοίμασται, ἀλλὰ τῷ διαβόλῳ καὶ
τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· ἀλλ' ἐπεὶ τὰ τοῦ δια-

βόλου ἔργα παρηκολουθήσατε, καὶ τῇ πλεονεξίᾳ καὶ ἀσπλαγχνίᾳ, καὶ πᾶν εἶδος κακοῦ ἐπιφερόμενοι, κατεδικάσθητε σὺν αὐτῷ ἀπελθεῖν εἰς τὸ πῦρ ὡς ὑπουργοὶ τοῦ Σατανᾶ γεγονότες· καὶ ὡς ἐθελοντὶ ἐμὲ κατελίπατε, ἀλλὰ παρίδετε καὶ ἐβδελύξασθε, καὶ τὰς ἁγίας μου γραφὰς ἐξουθενήσατε, τοὺς διδάσκοντας καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν μιασμάτων καὶ πονηρῶν ἔργων, καὶ ἀγάπης καὶ ἐλεημοσύνης ἀντέχεσθαι, οὐκ ἠκούσατε, ἀλλὰ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ καὶ τῷ λογισμῷ διακείμενοι ἐματαιώθητε, τούτων τοὺς λόγους ὡς λῆρον ἡγήσασθε, καὶ ὡς ἀτίμους ἀπεπέμψατε, ὕβριν ἐπάγοντες αὐτοῖς· τοὺς δὲ μυθολόγους καὶ περιέργους καὶ μαντικοὺς καὶ ἐπαοιδοὺς, καὶ φαρμάκους, καὶ γόητας, καὶ ἀστρονόμους, καὶ ὀνειρολύτας, καὶ ὅσους πάντας τοὺς τῶν κακῶν ἔργων συνίστορας καὶ ἐπινοητὰς, πρὸς ἑαυτοὺς ἐποιήσατε, καταλιπόντες τὰ ἐμὰ προστάγματα καὶ ἐντολὰς, τοῦ ἀπὸ γῆς ὑμᾶς πλαστουργήσαντος κατ᾽ εἰκόνα ἐμὴν, καὶ τῷ ζωηφόρῳ ἐμφυσήματί μου δοὺς ὑμῖν καὶ τὴν περίγειον κατασκευὴν δωρησάμενος, ἠθετήσατε καὶ ἀπεστράφητε· καὶ τὸν τραχηλιάσαντα κατ᾽ ἐμοῦ διάβολον, ὃν * τὸ πῦρ κατ᾽ αὐτοῦ ἡτοίμασται, συνηκολουθήσατε· καὶ ἐγὼ μὲν διὰ τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἔπλασα τῇ ἀχράντῳ μου χειρὶ, παράδεισον ἐποίησα καὶ ἀνάπαυσιν· καὶ χαρὰν καὶ ζωὴν διηνεκῆ ἡτοιμασάμην· καὶ καθὼς εἶπον, ἠθετήσατε καταλιπόντες καὶ ἐμὲ καὶ τὰς ἐντολάς μου, καὶ τοῦ διαβόλου ἐργάται γεγόνατε· καὶ τοὺς συνηγόρους αὐτοῦ καὶ μύστας καὶ φίλους ἐκτήσασθε· καὶ ἐμάθετε πᾶσαν κακίαν καὶ πονηρίαν καὶ ἀπάτην καὶ ψεῦδος καὶ πλεονεξίαν· σὺν τούτοις τοῖς κακοῖς ἔργοις, καὶ τὴν μνησικακίαν καὶ τὴν ἀσπλαγχνίαν κατέχοντες ὡς ἱμάτιον ἐνδεδυμένοι· τί δὲ εἴπω πρὸς ὑμᾶς; ἆρα ἁρμόζει τὸ δεῦτε ὑμῖν ἀκοῦσαι; οὐχί· ἡ γὰρ τοιαύτη φωνὴ, τὸ δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, ἄλλοις ἐδόθη· οἱ γὰρ ἀγωνισάμενοι ἐκ δεξιῶν μου σταθῆναι, ταύτης τῆς φωνῆς ἠξιώθησαν ἀκοῦσαι· ὑμᾶς δὲ τοὺς ἐμὲ μισήσαντας καὶ τοὺς λόγους μου καταπτύσαντας ἐξωθοῦμαι καὶ διώκω καὶ ἀποπέμπω ἀπὸ προσώπου μου· ἐπεὶ ἀναξίους ἐποιήσατε

* ita cod.

ritiam et immitem animum atque omne improbitatis genus sectati, lata est de vobis sententia, ut cum illo abeatis in ignem, quum Satanae ministri fueritis. Et quidem sponte me neglectum spretumque deseruistis, sanctas meas scripturas contempsistis, hominesque illos qui vos erudiebant, atque a contaminationibus pravisque operibus deterrebant, et caritatem atque eleemosynam suadebant, non audistis; sed vecordia et amentia abducti, praedicantium verba flocci fecistis, et contumeliis impositis inhoneste eos abegistis. Secus autem fabulones, et otiosos, divinos, incantatores, veneficos, praestigiatores, astronomos, somniorum interpretes, et quotquot sunt pravorum operum socii et auctores, familiares habuistis, statutis meis praeceptisque derelictis, qui tamen vos de terra plasmavi ad imaginem meam, et vitali flatu terrenam hanc formam vobis largitus sum; et nihilominus me negastis ac repulistis: nempe ut rebellem mihi diabolum, cui ignis paratus erat, sectaremini. Atque ego quidem propter hominem, quem impolluta manu mea formavi, paradisum requiemque feceram, gaudiumque et vitam perpetuam destinaveram: vos vero, ut dixi, obedientiam negastis, me praeceptisque meis derelictis, et diaboli facti estis operarii: ministris eius, sodalibus, atque amicis adhaesistis, et omne nequitiae ac malitiae genus, fraudem mendacium atque avaritiam condidicistis: cumque eiusmodi pravis operibus vindictae quoque studium et inclementem animum tanquam vestimentum induistis. Quid autem vobis dicam? Num vos decet audire, venite? Minime. Dictionem enim hanc, venite benedicti patris mei, aliis indulsimus: nam qui ut in dextera mea collocarentur decertarunt, hi praedicta verba audire digni fuerunt. Vos vero inimicos meos sermonumque meorum contemptores expello extrudo proterreo a conspectu meo; quandoquidem indignos vos gloria mea, ob laevam sententiam, vesa-

niam, inclementiamque vestram effecistis. Propterea vobis dico: discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui diabolo ceteroqui et angelis eius tantummodo paratus fuerat. Nunc vos pariter ad eandem inextinguibilis ignis stationem pergite, quoniam hanc ignis poenam cum diabolo angelisque eius subire satégistis. Revera enim toto orbe maledicti extitistis, quia iustitiae laude caruistis; immo maledictionem vestium instar vobis ob animi inclementiam induistis. Ceu maledicti igitur et immisericordes igni trademini. Esurivi, et non dedistis mihi manducare; nec aliud quicquam in me beneficii exprompsistis; ita ut meam in vobis creaturam agnoscerem, gratiamque referrem.

5. Iam vero quid isti apud incorruptum iudicem pro se dicent? Domine, quandonam te vidimus esurientem, aut sitientem, aut peregrinum, aut nudum, aut in carcere, et non ministravimus tibi? Verumtamen respondebit his virtutum amator Dominus: utique me, ut dicitis, non vidistis; attamen fratres, membra mea, singulis horis coram vobis erant, quos fame, siti, frigore, vexatos despexistis, vestros ab his oculos avertistis, ianuas occlusistis, cum ignominia dimisistis, neque saltem ut catulos bucellae fragmento donastis. Certe si quid uni ex minimis fratribus meis praestitum a vobis fuisset, mihi utique praestitum reputassem. Neque beneficia tantummodo his denegastis, verum etiam si quis eorum virtuti operam dabat, et propter indolis meae notitiam, ipse quoque fraterno more caritatem exhibebat, aut obolum scilicet, aut vestem, aut panem; vos inquam hunc diripuistis et pugnis contudistis; minime veriti fore ut me aliquando videretis, meamque obiurgationem perferretis. O crudeles et sine misericordia homines! Ego vos donis meis affluenter cumulavi; nihilominus veniente ad vos fratre meo semel, et opem aliquam petente, tenaci animo fuistis. Ille autem

ἑαυτῶν τῆς ἐμῆς δόξης διὰ τὴν κακὴν γνώμην καὶ ἀπόνοιαν καὶ ἀσπλαγχνίαν, ἣν ἐκτήσασθε· διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν· πορεύεσθε ἀπ᾽ ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ μόνοις· πορεύεσθε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν αὐτὴν διαγωγὴν τοῦ πυρὸς τοῦ ἀσβέστου, καθὼς αὐτοὶ ἑαυτοὺς συνωθήσατε εἰς τὸ πῦρ πορευθῆναι σὺν τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· καὶ γὰρ κατηραμένοι γεγόνατε πάσης τῆς γῆς, μὴ ἔχοντες δικαιοσύνης εὐλογίαν, ἀλλὰ κατάραν ὡς ἱμάτιον ἐνδυσάμενοι διὰ τὴν ἀσπλαγχνίαν ὑμῶν· καὶ ὡς κατηραμένοι καὶ ἀνελεήμονες, τῷ πυρὶ παραπέμπεσθε· ἐπείνασα, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, οὐδὲ ἄλλο τί εἰς ἐμὲ ἀγαθὸν ἐποιήσατε, ἵνα ὡς ἐμὸν πλάσμα γνωρίσω, καὶ τὴν χάριν ἀνταμείψωμαι ὑμῖν.

ε΄. Τί δὲ καὶ αὐτοὶ ἀπολογοῦνται πρὸς τὸν ἀπροσωπόληπτον δικαστήν; κύριε, πότε σὲ ἴδομεν πεινῶντα ἢ διψῶντα ἢ ξένον ἢ γυμνὸν, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι; λέγει δὲ πρὸς αὐτοὺς ὁ φιλάγαθος δεσπότης· ναὶ, ὡς λέγετε, ἐμὲ οὐκ οἴδατε, ἀλλὰ τοὺς ἀδελφοὺς καθ᾽ ὥραν ἐθεωρεῖτε τὰ ἐμὰ μέλη, ὧν τῷ λιμῷ καὶ τῷ δίψει καὶ τῷ παγετῷ πιεζομένων ἐβδελύσσεσθε, καὶ τὰς ὄψεις ἀπεστρέφεσθε, καὶ τὰς θύρας ἐκλείσατε καὶ ἀπεπέμψασθε ἀτίμους, καὶ οὐδὲ κἂν ὡς ἕνα τῶν κυναρίων κλάσματος ἠξιώσατε· εἰ γὰρ ἑνὶ τῶν ἐλαχίστων μου ἀδελφῶν ἐδιηκονήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε· καὶ οὐ μόνον ὅτι οὐ διηκονήσατε αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ ὥς τις ἀγαθοποιὸς εὑρέθη, διὰ τὸ ἐμὲ γνωρίζειν, καὶ αὐτὸν ὡς ἀδελφόν μου ὄντα χάριν ἀγάπης παρέχειν αὐτὸν, ἢ ὀβολὸν, ἢ ἱμάτιον, ἢ ἄρτον· ἐξ αὐτοῦ ὑμεῖς ἡρπάξατε καὶ ἐτύψατε, καὶ οὐκ ᾐδέσθητε ὅτι ποτὲ ἰδεῖν με ἠθέλετε καὶ ἐντραπεῖν προσονειδίζοντας ὑμᾶς· ὦ ἀπηνεῖς καὶ ἄσπλαγχνοι· ἐγὼ ὑμᾶς ἐκ τῶν ἐμῶν δωρεῶν ἐνέπλησα ἀφθόνως· καὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου ἐλθόντος ἅπαξ πρὸς ὑμᾶς ζητῶντος ἐκ τῶν ἐμῶν λαβεῖν τι παρ᾽ ὑμῶν, ἐπλεονεκτήσατε· καὶ πορευόμενος ἐν λύπῃ πεινῶν καὶ διψῶν καὶ τοῦ κρύους συνεχόμενος, τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἀπελέγετο, καὶ

στενάζων ἐκατηρᾶτο, καὶ τὸ ὄμμα πρὸς με ἠτένιζεν τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς αὐτοῦ· οἱ γὰρ τῶν ἀδικουμένων στεναγμοὶ, κολάσεις γίνονται τοῖς ἀδικοῦσι· διὰ τοῦτο καὶ κατηραμένοι ὠνομάσθητε διὰ τὴν ἀσπλαγχνίαν ὑμῶν, καὶ τὴν ὀδυνηρὰν ἀπόφασιν διαγγέλλομαι· καθὼς ἐκατηράθητε παρὰ τῶν πενήτων καὶ πτωχῶν καὶ ξένων καὶ ὀρφανῶν καὶ χηρῶν καὶ ἀδυνάτων καὶ πάντων τῶν ἀδικηθέντων ὑφ᾽ ὑμῶν, τὸ πορεύεσθε ἀπ᾽ ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον· οὓς ἡ ἀσπλαγχνία καὶ ἡ ἀνελεημοσύνη οἰκήτορας τῆς γεέννης ἐποίησεν ὑμᾶς.

ϛ'. Ἠκούσατε, ἀγαπητοὶ, τὴν ὀδυνηρὰν ἀπόφασιν τοῖς ἐξ εὐωνύμων ἱσταμένοις παρὰ τοῦ δεσπότου διαλεχθεῖσαν· καὶ τὸ ποῦ ἀπεπέμφθησαν, οἶδα οὐκ ἀγνοεῖτε· ἀλλὰ παρακαλῶ τὴν ἐν Χριστῷ ὑμῶν ἀγάπην, ὡς ἔχοντες καιρὸν μετανοίας προκαταλάβωμεν τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ θεοῦ, καὶ ἐξ ὅλης ψυχῆς ἡμῶν ἐξιλεωσώμεθα τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα, καὶ ἕκαστος τῷ ἰδίῳ σφάλματι διορθωθείτω, πρὶν ἢ τὸ τῆς ζωῆς αὐτοῦ πέρας διαλυθῇ· ὁ ῥάθυμος, μηκέτι ἔστω ῥάθυμος, ἵνα μὴ χαυνωθῇ, καὶ ὃ ἔχει ἀπωλέσῃ, καὶ ἀκούσῃ ὥσπερ ἐκεῖνος ὁ ὀκνηρὸς δοῦλος· ὁ κλέπτης, μηδὲ αὐτὸς κλεπτέτω, ἀλλὰ παυσάσθω καὶ ἐργαζέσθω ταῖς ἰδίαις αὐτοῦ χερσὶν, ἵνα ἐκ τοῦ ἔργου αὐτοῦ καὶ τῷ μὴ ἐργαζομένῳ χορηγῇ· τί γὰρ ὠφελεῖται ὁ κλέπτης ἐν τῷ κλέπτειν; οὐδὲν, εἰ μὴ κατάραν καὶ ἀνάθεμα ἀπὸ πάντων ἐπισπᾶται· οἱ πόρνοι καὶ οἱ μοιχοὶ ἀπὸ τοῦ νῦν διορθώσασθε ἑαυτούς· ὡσαύτως καὶ οἱ ἐν ἀσελγείαις καταμιάναντες τὰ σώματα ὑμῶν, παύσασθε καὶ μὴ καθυβρίζετε τὰ μέλη ὑμῶν τῇ ἀσωτείᾳ· οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, καθὼς εἶπεν ὁ ἀπόστολος *; « οἱ γὰρ φθείροντες τὸν ναὸν, καὶ τὴν ψυχὴν φθείρουσι· » λέγει δὲ τοῦτο ὁ ἀπόστολος· * « πόρνοι καὶ μοιχοὶ βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι, διὰ τὸ εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνειν· * » διὰ τοῦτο παραινῶ ὑμᾶς, ἀγαπητοὶ, ἀπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ὑμῶν ἐπιθυμιῶν, ἵνα ἁγνοὶ εὑρεθῆτε ἐν τῇ ἀπεκδύσει τῆς σαρκός· ὁ δὲ σπα-

* I. Cor. III. 16.

* I Cor. VI [illegible]

* [illegible]

tristis abiit, famelicus, sitiens, frigore rigens, vitae suae desperans, cum gemitu maledicens, sublatoque ad me oculo ut voci eius auscultarem. Nam iniuste afflictorum gemitus, ad iniuriae auctorum poenam redundant. Idcirco maledicti appellamini, tristemque vobis sententiam denuntio: quemadmodum ab egenis, pauperibus, peregrinis, orphanis, viduis, invalidis, cunctisque a vobis iniuria adfectis, maledicti fuistis; sic aio vobis, discedite a me in ignem aeternum. Vestra enim vos inclementia et illiberalitas gehennae incolas effecit.

6. Audistis, carissimi, luctuosam adversus sinistrae partis homines a Domino dictam sententiam. Sed et quem in locum sint amandati, vos minime ignorare scio. Superest ut vestram in Christo caritatem deprecer, ut dum tempus paenitendi habemus, misericordiam Dei praeoccupemus, totaque anima nostra illius propitiemus bonitatem, unusquisque peccata sua corrigat, ante quam vitae exitus instet. Piger iam non sit piger, ne inertia luxetur, et quod habet amittat, latamque adversus pigrum famulum sententiam audiat. Fur iam non furetur, sed crimine omisso manibus suis operetur, ut ex proprio opere illum etiam qui operari nequit iuvet. Quid enim confert homini furtum? Nil profecto, nisi maledictionem ab omnibus et anathema. Fornicatores et adulteri, abhinc vos corrigite; item quotquot flagitiis corpora vestra contaminatis, desinite, nec membra vestra diutius ignominiosa luxuria laedite. Nescitis, quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis, ut ait apostolus? « Nam qui templum violant, iidem animam quoque violant. » Dicit insuper apostolus: « fornicatores et adulteri regnum Dei non hereditabunt, propterea quod adversus corpus suum peccant. » Idcirco hortor vos, carissimi, ut abstineatis a carnalibus desideriis vestris, ut sancti inveniamini in carnis exspoliatione. Tu vero lu-

xuriaris et crapularis quotidie, corporique tuo, immo animae potius, nocere non gravaris; tum etiam oculos obtenebrare ac madefacere nimio potu. Iamdiu gulae et ebrietati indulsisti: noli aliud quicquam ulterius praeter officium agere, ne et tu in illorum numero computeris, de quibus dixit Isaias propheta: vae potentibus vestris qui bibunt vinum! Item apostolus ait: « nolite inebriari vino, in quo est luxuria. » Deinceps iam ab exitioso huiusmodi detrimento desinite. Invidi, ultores, superbi, emendemini; et cum omnibus tam plebeiis quam optimatibus vinculum caritatis, pacis, et humilitatis constringite, sicut Dominus monuit, ne aeque ac scribae, vel iactabundus ille pharisaeus, condemnemini. Raptores et avidi expavescite, et aliena diripere omittite. Etenim nihil aliud avarus in hac vita lucratur, quam consentaneum peccato suo maledictum: eius autem rapina in hoc mundo manet. Omnino quotquot praeteritum tempus male turpiterque insumpsistis, satis detrimenti cepistis. Superest ut reliquum vitae vestrae tempus studiose exigatis, antequam veniat insperato translatio vestra, et vos puniamini; egenique ac derelicti longum in exilium abducamini, ex quo nemo revocari potest. Haud ergo diutius malum propositum retineamus, sed malitia omni et avaritia, quae diabolo placet, omissa, peccata sua unusquisque emendet, propriaeque saluti consulat, ante quam nundinae hae dissolvantur, quibus intersunt et qui oleum vendunt et qui emunt. Verumtamen post absolutas nundinas, neque vendendi neque emendi copia erit. Quod ergo vere bonum est et probabile ac Deo gratum, id agite, ut eius dextera statione digni habeamini.

7. Si homo propriae mortis memoriam corde suo semper versaverit, iam non peccabit. Nam timor cupiditatem expellit, si certe reputemus quali gaudio ac laetitia

ταλῶν καὶ μεθύων καθ' ἑκάστην, οὐκ ἐβαρύνθης τοῦ βλάπτειν τὸ σῶμα σου, μᾶλλον τὴν ψυχὴν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς σκοτίζειν καὶ ὑγραίνειν ἐκ πολυποσίας· καιρὸν ἤδη πολὺν ἔχεις οὕτως γαστριμαργῶν καὶ μεθύων· καὶ μηκέτι ἄλλο παρὰ τὸ εἰκὸς θελήσῃς ποιῆσαι, ἵνα μὴ καὶ σὺ συναρίθμιος γένῃ, καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης· * " οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες (* Is. V. 22.) ὑμῶν, οἱ τὸν οἶνον πίνοντες· " καὶ ὁ ἀπόστολος λέγει· * " μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ (* Ephes. V. 18.) ἐστιν ἀσωτεία· " λοιπὸν παίσασθε τῆς τοιαύτης ἐπολέθρου βλάβης· οἱ φθονεροὶ καὶ μνησίκακοι καὶ ὑπερήφανοι διορθώσασθε ἑαυτοὺς, καὶ πρὸς πάντας μικρούς τε καὶ μεγάλους τὸν σύνδεσμον τῆς ἀγάπης καὶ εἰρήνης καὶ ταπεινοφροσύνης ἔχετε, καθὼς ὁ κύριος εἶπεν, ἵνα μὴ κατακριθῆτε ὥσπερ οἱ γραμματεῖς, καὶ ὡς φαρισαῖος ὁ μεγάλαυχος· οἱ ἅρπαγες καὶ πλεονέκται φρίξατε, καταλιπόντες τὰ ἀλλότρια ἐφαρπάζειν· οὐ γάρ τι κερδάνῃ ὁ πλεονεκτῶν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, ἀλλ' ἢ μόνον κατάραν συνακολουθοῦσαν αὐτῷ ἐκεῖθεν· τὸ γὰρ ἁρπαχθὲν παρ' αὐτοῦ, ὧδε μένει· καὶ ἁπλῶς ὅσοι κακῶς καὶ αἰσχρῶς τὸν παρελθόντα ὑμῖν καιρὸν διεπράξασθε, ἐζημιώθητε· κἂν τὸν παραλειφθέντα ὑμῖν χρόνον τῆς ζωῆς ἀγωνίσασθε· καὶ πρὶν ἐπέλθῃ ἡ διαδοχὴ ὑμῶν, ὅτε οὐ προσδοκᾶτε, καὶ ζημιωθῆτε· καὶ αὐτοὶ πτωχοὶ καὶ ἀπερίστατοι ἐν ἐξορίᾳ μακρᾷ ἀπηνέχθητε, ὅπου οὐκ ἔστιν ἀνάρρυσις· καὶ μηκέτι τοῦ κακοῦ φρονήματος ἐγκρατεῖς γινόμεθα, ἀλλὰ πᾶσαν κακίαν καὶ πλεονεξίαν τὴν ἀρέσκουσαν τῷ διαβόλῳ καταλιπόντες, καὶ ὃ ἔχει σφάλμα ὁ καθεὶς διορθωσάτω, καὶ τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ πραγματευσάτω, πρὶν τῆς πανηγύρεως διαλυθείσης· ἐν ταύτῃ γάρ εἰσι καὶ οἱ πωλοῦντες τὸ ἔλαιον, ὡσαύτως καὶ οἱ ἀγοράζοντες τοῦτο· ἐπ' ἂν γὰρ λυθῇ ἡ πανήγυρις, οὔτε πράσις γίνεται οὔτε ἀγορά· καὶ τῷ ὄντι καλὸν καὶ εὐάρεστον τὸ ἀρέσκον θεῷ, τὸ αὐτὸ καὶ ποιεῖτε, ἵνα καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ στάσεως ἀξιωθῆτε.

ζ'. Εἰ μὲν ὁ ἄνθρωπος πάντοτε ἐπὶ μνήμης ἔχει τὸν θάνατον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκέτι ἁμαρτάνει· ὁ γὰρ φόβος διώκει τὴν ἐπιθυμίαν, λογιζόμενος ἐν ἑαυτῷ ποίαν

εὐφροσύνην καὶ χαρὰν μέλλουσιν ἀπολαύειν οἱ δίκαιοι, καὶ ποίαν κόλασιν οἱ ἁμαρτωλοί· διό, ἀγαπητοί, παρακαλῶ ὑμᾶς, πάντοτε ἐπὶ μνήμης ἔχετε τοῦ ἐκείνου αἰῶνος τά τε χαροποιὰ καὶ τὰ λυπηρά· ἢ ὄντως πῶς αἱ πέντε φρόνιμοι παρθένοι διὰ τὸ ἐκ περισσοῦ ἔχειν αὐτὰς τὸ ἔλαιον ἐν ταῖς λαμπάδαις αὐτῶν, καὶ τῷ φωτὶ περιλαμπόμεναι, οὐχ ὕπνωσαν, ἀλλὰ τοῦ νυμφῶνος ἀνοιγέντος εἰσῆλθον, μὴ παρεμποδιζόμεναι εἰς τὸν βασιλικὸν παστόν, διὰ τὸ φῶς περιαυγάζον αὐταῖς ἐλαίου· αἱ δὲ λοιπαὶ πέντε παρθένοι διὰ τὸ μὴ ἔχειν καὶ αὐτὰς ἔλαιον ἐν ταῖς
* ita cod. λαμπάδαις * αὐτῶν, ἐσβέσθησαν καὶ ἐκάθευδον· τοῦ δὲ νυμφῶνος ἀνοιγέντος, οὐκ ἔχουσαι φῶς ἐλαίου τοῦ ἰδεῖν καὶ αὐτὰς τὴν εἴσοδον· ὁ γὰρ ἐν τῇ σκοτείᾳ περιπατῶν, οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει· ὁ δὲ ἐν φωτὶ περιπατῶν εἶδε τὴν ὁδόν· τὸ αὐτὸ συνέβη καὶ εἰς τὰς πέντε μωρὰς παρθένους, σβεννυμένων τῶν λαμπάδων·
* ita cod. καὶ μὴ ὀρθοποδοῦσαι * εὑρεῖν τὴν εἴσοδον, ἐκλείσθη ὁ νυμφὼν, ἔξω καταλειφθεῖσαι.

η'. Ὡσαύτως εἴπω καὶ περὶ τῶν εὐσπλάγχνους καὶ ἐλεήμονας, τὸ οἵας φωνῆς ἠξιώθησαν ἀκοῦσαι, τὸ δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός· ἔτι δὲ καὶ πρὸς τῶν ἀσπλάγχνους καὶ ἀνελεήμονας καὶ αὐτὴν ἀκοῦσαι τὴν ὀδυνηρὰν ἀπόφασιν, τὸ πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι· ἠκούσαμεν δὲ παρά τινος ἐκατηράθησαν· πρόσεχε τὸ, δι' ἣν αἰτίαν κατηραμένοι ὠνομάσθησαν· πολλάκις ἐν τῇ πλατείᾳ τῆς καθ' ἡμῶν πόλεως κατέτυχον, καὶ ἴδον συνηγμένους πτωχοὺς καὶ ἀδυνάτους καὶ ξένους, καὶ ἤκουσα διηγουμένους πρὸς ἀλλήλους, λέγων ὁ ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον· ὄντως, ἀδελφέ, ὁ θεὸς καλὰ νὰ (1) ποιήσει μετὰ τοῦ δεῖνος· αὐτός μου ὑπάρχει ὁ τροφεὺς τῆς ἐμῆς πτωχείας· λέγει δὲ, καλῶς εἶπας· καὶ ἐμὲ χειραγωγεῖ διὰ παντὸς, καὶ οὐ μὴ παύσομαι τοῦ ὑπερεύχεσθαι αὐτόν· καὶ ἄλλος εἶπε· κἀμὲ ὁ δεῖνα ἠλέησε γυμνὸν ὄντα με· καὶ ἰδοὺ ὅπερ ἱμάτιον φορῶ, αὐτός μοι ἐσκέπασε· καὶ ὁ θεὸς ἴδοι, καὶ αὐτὸν ἐλεήσει· ἕτερος δὲ λέγει· ἐγὼ, ὡς ὁρᾶτε, ξένος εἰμὶ, καὶ ὡδήγησέ με λέγω ὁ δεῖνα, καὶ ἀντελάβετό μου ὑπὸ τὴν στέγην αὐτοῦ, καὶ πᾶ-

(1) Ita cod. pro ναί, etiam inferius n. 16.

fruentur iusti, quali poena peccatores. Ideo, carissimi, rogo vos ut illius saeculi tum iucunda tum molesta semper mente agitetis. Vel omnino quomodo quinque illae prudentes virgines, propter abundans in suis lampadibus oleum, luce illustratae non dormitaverint, sed nuptiale conclave statim ac patuit sint ingressae, regio thalamo non exclusae fuerint, quia splendidum olei circa ipsas lumen radiabat. At reliquae quinque virgines, quia lampades oleo destitutas habuerunt, his extinctis ad somnum conversae sunt: moxque aperto conclavi, luce olei caruerunt, cuius ope introitum cernerent. Nam qui in tenebris ambulat, quo deducatur ignorat: qui autem in luce graditur, viam pervidet. Eadem calamitas accidit stultis virginibus, quibus lampades extinctae fuerunt; et circa introitum deerrantibus, conclave obseratum fuit; haeque idcirco extra manserunt.

8. Idem aio de misericordibus, et eleemosynam facientibus, qui verba illa audire digni erunt: venite benedicti patris mei. Nec non de immitibus et illiberalibus, qui luctuosum vicissim decretum audient: discedite a me maledicti. Diximus etiam a quo maledicendi erunt: nunc causam cognosce quamobrem maledicti sunt nominati. Saepe in urbis nostrae dum foro versarer, congregatos vidi pauperes et invalidos ac peregrinos, eosque alternis fabulationibus audivi colloquentes sic: utique, frater, Deus sine dubio bene faciet homini illi; est enim paupertatis meae nutritor. Cui alter respondebat: recte ais; nam mihi quoque in omnibus opem fert, neque umquam pro eo orare desinam. Alius quoque aiebat: mei quoque nudi misertus est ille: en quippe quod gero vestimentum ipse mihi induit. Deus utinam respiciat, et illius misereatur! Alius item sic: ego, ut cernitis, peregrinus sum; ille autem dux mihi fuit, et tecto suo rece-

pit, mihique omne curae genus impendit. Quamobrem mercedem illi a Domino imprecor. Denique alius dicebat: ego impotens senex sum; hic autem tesseram mihi aliisque impotentibus dedit, ut cum eo quotidie conviver in mensa ipsius. Ita illi colloquentes enixe precabantur ut boni et misericordes, regni Christi heredes fierent.

9. Dum haec illi dicerent, alius quidam interfatus est. Quoniam de misericordibus sermo fuit, dicamus aliquid etiam de immisericordibus, quid ille vel alter fecerit. Namque ego novi hominem illum immisericordem atque inhumanum, qui de futuro iudicio non cogitat. Non enim ab eo quisquam eleemosynam umquam recepit, verum etiam nos pauperes vexat, et palpando pecunia spoliat, dicens: vos quidem asperos nummos habetis. Et si quid a pio christiano datum fuerit, eripit: atque ita pauper maledicens discedit. Alius aiebat: ego ad illum abii, ut exiguum aliquando panis frustum acciperem: sed cum ad eius aulam accederem, ille canibus suis imperavit qui membra mea discerpserunt, atque ita maledicens recessi. Alius denique dixit: ego hominem illum conveni, sed eleemosynae loco ab eius famulis verberatus fui, et fuga maledicens me proripui. Haec adversus immisericordes dum dicerent, una voce iis maledicebant cum anathemate. Et videsis, carissime, amborum diversam vicem, quomodo pauperum preces faciant heredes et incolas paradisi misericordes homines, qui etiam propter eam quam prae se tulerunt misericordiam, benedicti appellantur a benigno et misericorde Christo Deo nostro. Vicissim pauperum maledictiones repellunt immisericordes atque immites a clementia Dei, heredesque et incolas faciunt aeterni ignis. Propterea maledicti appellantur et diaboli contubernales.

σαν θεραπείαν ἐνδείκνυται εἰς ἐμέ· ὅπερ τῆς ἀντιμισθίαν εὔχομαι λαβεῖν αὐτὸν παρὰ τοῦ δεσπότου· καὶ ἀποκριθεὶς πάλιν ἄλλος εἶπεν· ἐγὼ ἀδύνατος γέρων εἰμὶ, καὶ ἐτύπωσεν * ὁ δεῖνα ἐμέ τε καὶ ἄλλους ἀδυνάτους, καὶ καθ' ἡμέραν σὺν αὐτῷ ἀριστοῦμαι ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτοῦ· οὕτως οἱ αὐτοὶ εἰς αὐτοὺς ὁμιλοῦντες ηὔχοντο ἐμπόνως τοὺς ἀγαθοὺς καὶ ἐλεήμονας, κληρονόμους γενέσθαι τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ. * ita cod.

θ'. Καὶ ὡς ταῦτα διηγοῦντο, ἐξ αὐτῶν τις εἶπεν· ἐπεὶ ἀνεφέραμεν τοῦ λέγειν διὰ τοὺς ἐλεήμονας, εἴπωμεν καὶ διὰ τοὺς ἀνελεήμονας, τὸ τίς καὶ τίς ἦν· οἶδα γὰρ ἐγὼ τὸν δεῖνα, καὶ ἔστιν ἀνελεήμων καὶ ἀπάνθρωπος, ὅτι κρίσιν οὐκ ἐνθυμεῖται· ποτὲ γὰρ ἐξ αὐτοῦ τις ἐλεημοσύνην οὐκ ἔλαβε, ἀλλὰ μᾶλλον οἷον καὶ πιάσει ἐξ ἡμῶν τῶν πενήτων, ἐκδύει ψηλαφῶν τούτων, λέγων· ὑμεῖς τραχοταὶ (1) νομισμάτων ὑπάρχετε· καὶ εἴ τι διακονηθῇ παρὰ ἄλλου φιλοχρίστου, ἁρπάζει· καὶ ὁ πτωχὸς ἀναχωρεῖ καταρώμενος· ἄλλος εἶπεν· ἐγὼ ἀπῆλθον εἰς τὸν δεῖνα μὴ πολλάκις λάβω μικροῦ κλάσματος ἄρτου· καὶ ὡς προσῆλθον τῆς αὐλῆς αὐτοῦ, ἐπέταξε τοῖς κυσὶ, καὶ τὰ μέλη μου ἐσπάραξαν, καὶ ὑπεχώρησα καταρώμενος· ἕτερος εἶπεν· ἐγὼ ἦ παρὰ τὸν δεῖνα, ἀντὶ τοῦ λαβεῖν με παρ' αὐτοῦ ἐλεημοσύνην, τέτυμμαι παρὰ τῶν ὑπουργῶν ἐκείνου, καὶ ἀπεδιώχθην καταρώμενος τοῦτον· ταῦτα κατὰ τῶν ἀνελεημόνων λέγοντες ὡς ἐν μιᾷ τῇ φωνῇ ἐκαταρῶντο αὐτοῖς καὶ ἀναθεμάτιζον· καὶ ὅρα, ἀγαπητὲ, τῶν ἀμφοτέρων τὸ διάφορον, πῶς αἱ εὐχαὶ τῶν πενήτων κληρονόμους καὶ οἰκήτορας τοῦ παραδείσου ποιοῦσι τοὺς ἐλεήμονας, καὶ εὐλογημένους ὀνομασθέντας διὰ τῆς εὐσπλαγχνίας ἧς ἐπεδείξαντο, παρὰ τοῦ εὐσπλάγχνου καὶ ἐλεήμονος Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν· ὡσαύτως καὶ αἱ κατάραι τῶν πενήτων ἐκδιώκουσι τοὺς ἀνελεήμονας καὶ ἀσπλάγχνους ἐκ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ θεοῦ, καὶ κληρονόμους καὶ οἰκήτορας αὐτοὺς τοῦ αἰωνίου πυρὸς ποιοῦσι· διὰ τοῦτο καὶ κατηραμένοι ἐκλήθησαν καὶ τοῦ διαβόλου σύνοικοι.

(1) Ita cod. *τραχοταί*, de quo vocabulo, seu sincero, seu mendoso, iudicent eruditi. Mihi arridebat derivare a *τραχύς*. Nam qui sit *asper nummus*, scimus.

ι΄. Ἡμεῖς δὲ, ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτί-
Gal. III. 27. σθημεν, Χριστὸν ἐνδυσώμεθα *, τὸ γαληνὸν, καὶ ἥμερον, καὶ χρηστὰ σπλάγχνα ἐνδειξώμεθα πρὸς τοὺς ὁμοδούλους ἡμῶν, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς τὴν ὀργὴν ἐκείνην ἐπισπασώμεθα, ὡς ὁ πονηρὸς δοῦλος ἐκεῖνος, ὁ συμπαθηθεὶς παρὰ τοῦ δεσπότου, καὶ μὴ θελήσας καὶ αὐτὸς τὸν σύνδουλον αὐτοῦ ἐλεῆσαι· καὶ δεθῶμεν χεῖρας καὶ πόδας καὶ εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώ-
Matth. XVIII. τερον ἀποπεμφθῶμεν· * ἀλλὰ βουλὴν ἀγαθὴν καὶ ὠφέλιμον τῶν ἡμετέρων ψυχῶν συμβουλευσώμεθα, ἀδελφοὶ, καὶ μιμηταὶ γενώμεθα τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν πτωχεύσαντος ἑκουσίως Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, ἵνα ἡμεῖς πλουτήσωμεν τῇ αὐτοῦ χάριτι· καὶ ὃ ἔχει ἕκαστος ποιήσει ἐλεημοσύνην εἰς τὸν μὴ ἔχοντα· καὶ ὁ ἐλεῶν ἐλεηθήσεται πάντως· ὁ δὲ μὴ ἐλεῶν, οὐδὲ αὐτὸς ἐλεηθήσεται· οὐ γὰρ δωρεὰν λαμβάνουσιν οἱ πένητες τὴν ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ σκόπησον πόσας εὐχὰς ἀντιπαρέχουσιν· ἄκουσον δὲ καὶ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου λέγοντος
Is. LVIII. 7. καὶ παραινοῦντος ἡμῖν· * « διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, καὶ πτωχοὺς ἀστέγους εἰσάγαγε εἰς τὸν οἶκον σου· ἐὰν εἴδῃς γυμνὸν, περίβαλε· καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψει· τότε ἐῤῥαγήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου, καὶ τὰ ἱμάτιά (1) σου ταχὺ ἀνατελεῖ· καὶ προπορεύσεται ἔμπροσθέν σου ἡ δικαιοσύνη σου, καὶ ἡ δόξα τοῦ θεοῦ περιστελεῖ σε· τότε βοήσεις, καὶ ὁ θεὸς εἰσακούσεταί σου· ἔτι λαλοῦντος σου ἐρεῖ, ἰδοὺ πάρειμι· ἐὰν δὲ ἀφέλῃς ἀπὸ σοῦ σύνδεσμον (2) καὶ χειροτονίαν (3), καὶ ῥῆμα γογγυσμοῦ, καὶ δῷς πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, καὶ ψυχὴν τεταπεινωμένην ἐμπλήσῃς, τότε ἀνατελεῖ

10. Nos autem quotquot in Christo baptizati sumus, Christum induamus, hilaritatem, mansuetudinem, bonaque viscera conservis nostris exhibeamus, ne et nos iram illam promereamur, quam ille improbus servus expertus est, qui dominum suum misericordem nactus, noluit vicissim conservi sui misereri: ideoque ligatis manibus et pedibus in exteriores tenebras amandemur. Sed bonam potius voluntatem, et animabus nostris utilem foveamus, fratres; et imitatores simus illius, qui pro nobis sponte fuit pauper, Christi Dei nostri, ut nos gratia eius ditescamus. Ergo prout habet unusquisque, non habenti largiatur eleemosynam: nam qui misericors fuerit, misericordiam prorsus experietur; qui secus non miserebitur, misericordiae beneficio carebit. Non enim gratis accipiunt eleemosynam pauperes, sed quantas retribuant preces considera. Audi dicentem nosque exhortantem Isaiam prophetam: « frange esurienti panem tuum, et pauperes sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, operi; et domesticos seminis tui ne despexeris. Tunc erumpet matutinum lumen tuum, et vestimenta tua cito orientur: et praeibit ante te iustitia tua, et gloria Dei circumdabit te. Tunc clamabis, et Deus exaudiet te; adhuc loquente te, dicet: ecce adsum. Si abstuleris a te vinculum (iniquitatis), et manus extensionem (deridendi causa), et verbum murmurationis, et dederis esurienti panem tuum, et animam adflictam repleveris; tunc

(1) Ita cod. *ἱμάτια vestimenta*, non *ἰάματα sanationes* aut *sanitates*. Revera *ἱμάτια* legebant Tertullianus, Cyprianus, et Valerianus, antiqui patres, a Sabaterio laudati, qui transtulerunt *vestimenta*. Ei lectioni accedit nunc alius suffragator Eusebius noster. Hieronymus quidem comment. ad Is. LVIII. 8. putat latinos inconsideranter legisse *ἱμάτια* pro *ἰάματα*, nominis similitudine ductos; nunc tamen apparet etiam ex Eusebio revera extitisse in aliquo saltem graeci textus codice *ἱμάτια*; quamquam ego quoque anteponendum ei puto *ἰάματα*. En verba Hieronymi: *latini interpretes ducti nominis similitudine, ἱμάτια, id est vestimenta, posuerunt. Unde multi translationis falsitate decepti ad resurrectionem corporis comprobandam, hoc utuntur testimonio, quo scilicet vestimentum animae corpus accipi velint, quod in die resurrectionis oriatur*. De *vestimento* pro *corpore*, Cyrillus apud nos ad ps. LXVIII. 12, ibique Diodorus tarsensis in nostro scholio.

(2) Lucifer calaritanus apud Sabaterium legit diserte *vinculum iniquitatis*.

(3) S. Hieronymus hoc loco: *pro χειροτονίαν tres alii interpretes* (Aq. Sym. Theod.) *voce consona extentum digitum transtulerunt: ne detrahas proximo tuo, et singulos quasi digito notes.*

orietur in tenebris lux tua, et tenebrae tuae erunt sicut meridies, semperque tecum Deus erit. »

11. Audisti, carissime, miram adhortationem prophetae, qui ad eleemosynam conferendam impellit; quo facto, a Deo non destituëris. Audi etiam proverbiorum auctorem: « eleemosynae et fidelitates purgant a peccatis. » David quoque ait: « tota die miseretur et commodat iustus. » Et rursus: « dispersit, dedit pauperibus; iustitia eius manet in saeculum saeculi. » Etenim donum huiusmodi retribuit eleemosyna. Rogo itaque vos, ut caritatem et eleemosynam omni tempore operemini. Neque dicas: hodie non vaco, sed cras vel alia certa die tempus mihi commodum erit largiendi eleemosynam. Quid ais, homo? Nonne audisti Salomonem tibi dicentem? « ne dicas: revertens redi, et cras dabo, cum possis statim benefacere. Nescis enim, quid pariet postera dies. » Nunc tantum hora est; si vis, largire eleemosynam; nec mente tua infructuosas cogitationes versa, neque vanas excusationes excusa, tecum ipse dicens: praeclarum est facere eleemosynam; sed fortasse mihi continget longa senectus. Quid faciam? Si iam facultates meas distribuero, quis mei curam geret? Quod nunc habeo retinebo. Scio me prope similem esse avo meo, itaque ut ille diu superstes ero. Porro facile eveniet ut longa infirmitate decumbam; tunc utique opes meas distribuere statuam, meaque manu eleemosynam faciam. Benignus est Deus; interim oeconomia utilis est.

12. O plane inutilis excusatio, immo vero noxia iis qui huiusmodi cogitationes animo volvunt! Nonne audisti quid dicat evangelium de divite horrea sua destruente ac maiora aedificante ob suae cumulatae segetis repositionem, multos vitae annos sibi spondente, atque ad summam senectutem se venturum sperante? Quid mox huic accidit de longa vita co-

ἐν τῷ σκότει τὸ φῶς σου, καὶ τὸ σκότος σου ὡς μεσημβρία· καὶ ἔσται ὁ θεὸς μετὰ σοῦ διαπαντος. „

ια΄. Ἤκουσας, ἀγαπητὲ, παραίνεσιν θαυμαστὴν τοῦ προφήτου σπουδάζοντος σε εἰς ἐλεημοσύνην, καὶ τὸν θεὸν ἀπὸ σοῦ μὴ διαλιμπάνειν· ἄκουσον καὶ τοῦ ποροιμιαστοῦ λέγοντος· * “ ἐλεημοσύναι καὶ πίστεις ἀποκαθαίρουσιν ἁμαρτίας· „ καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει· * “ ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ καὶ δανείζει ὁ δίκαιος· καὶ πάλιν· * ἐσκόρπισεν, ἔδωκεν τοῖς πένησι, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. „ τοιοῦτον γὰρ δῶρον δωρεῖται ἡ ἐλεημοσύνη· διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς, τὴν ἀγάπην καὶ ἐλεημοσύνην ἐν παντὶ καιρῷ ἐργάζεσθαι· καὶ μὴ εἴπῃς· σήμερον ἀσχολῶ, ἀλλὰ αὔριον ἢ τὴν δεῖνα ἡμέραν πάντως πότε ἐν εὐκαιρίᾳ εἰμὶ καὶ τὴν ἐλεημοσύνην ποιοῦμαι· τί λέγεις, ἄνθρωπε; οὐκ ἤκουσας τοῦ Σολομῶντος λέγοντός σοι *; “ μὴ εἴπῃς ἐπανελθὼν ἐπάνηκε, καὶ αὔριον δώσω, δυνατοῦ σου ὄντος εὖ ποιεῖν· οὐ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα· * „ μόνον ἤδη ἂν ὥρα· ἐὰν θέλεις, ἐργάζου τὴν ἐλεημοσύνην· καὶ μὴ περιφέρῃς τὸν νοῦν σου εἰς λογισμοὺς ἀνωφελεῖς καὶ προφασίζεσθαι προφάσεις ματαίας, λέγων ἐν ἑαυτῷ· καλόν ἐστι τὸ ποιεῖν ἐλεημοσύνην τίς· * ἀλλ᾽ ἴσως συμβαίνει μοι μακρὸν γῆρας· πῶς ἔχω ποιῆσαι; ἐὰν ἔτι διανέμω τὰ ὑπάρχοντά μου, τίς ὁ ἐμὲ διοικῶν; τὸ παρὸν κρατήσω· οἶδα ὅτι τοῦ πάππου μου παρόμοιος εἰμὶ, καὶ μακροχρονίσω ὡς ἐκεῖνος· ἀλλ᾽ οὖν πολλάκις καὶ ἐν ἀῤῥωστίᾳ δεινῇ γένωμαι, τότε διατυποῦμαι διανεμηθῆναι τὸν πλοῦτον μου, καὶ μετὰ χεῖρας ἐλεημοσύνην ποιοῦμαι· φιλάνθρωπος ἐστὶν ὁ θεὸς, καὶ τὸ συμφέρον οἰκονομῆσαι ἔχει.

ιβ΄. Ὦ πρόφασις ἡ μηδὲν ὠφελοῦσα, ἀλλὰ μᾶλλον βλάπτουσα τοὺς εἰς τοιαύτας ἐνθυμήσεις λογιζομένους· οὐκ ἤκουσας τοῦ εὐαγγελίου * τὸ τί λέγει περὶ τοῦ πλουσίου τοῦ χαλάσαντος τὰς ἀποθήκας αὐτοῦ καὶ μείζονας οἰκοδομήσαντος εἰς ἀπόθεσιν τῶν πολυσυνάκτων αὐτοῦ σιτίων, προσδοκῶντος χρόνους πολλοὺς ζῆσαι, καὶ εἰς ἄκρον γήρως καταστῆσαι αὐτόν; τί πρὸς ταῦτα τούτῳ συνέβη

* Prov. III. 3.
* Ps. XXXVI. 26.
* Ps. CXI. 9.
* Prov. III. 28.
* Prov. XXVII. 1.
* ita cod.
* Luc. XII. 18.

τῷ λογισαμένῳ μακροχρονίσαι, καὶ ἐν εὐθηνίᾳ θέλοντι σπαταλᾷν; ὅτε δὲ διενοεῖτο ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι διάγειν, καὶ ἐν τῷ διαλογίζεσθαι αὐτὸν ταῦτα, ἦλθεν ἀπόφασις τοῦ ἆραι τοῦτον ἐντεῦθεν, καὶ εἰς ἐξορίαν παραπεμφθῆναι, μὴ συγχωροῦντες αὐτὸν τί λαβεῖν ὧν ἐνταῦθα ἐσύναξεν * ἐξ ἀδικίας· ἀλλὰ θρίαμβος ὁρᾶται τοῖς πᾶσι, καὶ γυμνὸς ἑλκόμενος ὡς αἰχμάλωτος· ἀλλ' ἢ μόνον οἱ αἴροντες αὐτὸν μικροῦ τινὸς χιτῶνος κατέλιπον, καὶ αὐτὸν διὰ τὴν αἰσχύνην τοῦ σώματος αὐτοῦ καλύπτειν· καὶ ὁ προσδοκῶν πολυχρόνιος εἶναι, ὀλιγοχρόνιος γέγονε· καὶ ἃ ἐσύναξεν ἐκ τόκου καὶ ἀδικίας, κατέλιπε, κἂν μὴ θέλοντος αὐτοῦ· καὶ ἄλλοι τὰ αὐτοῦ διεμερίσθησαν· αὐτὸς γὰρ εἰς μάτην ἦν κοπιῶν, μηδὲν ἐξ αὐτῶν κερδήσας· εἶδες, ἀγαπητὲ, τὴν ζημίαν ἣν ἔπαθεν ὁ αὐτὸς πλούσιος· ἐξωρίσθη, μὴ συμφθάσας ἆραι τί πρὸς βραχὺ ἔχον ἐφόδιον ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ πρὸς ἀνάψυξιν· ἀλλὰ τὸ οὐδαμινὸν ἱμάτιον αὐτοῦ μόνον συνεπαθήθη ἆραι, ὅπερ δι' ὀλίγου διαῤῥήγνυται, καὶ οὐδεμία ὠφέλειά τις αὐτοῦ γένηται.

* ita cod.

ιγ'. Καὶ ἄκουσον τῆς γραφῆς λεγούσης *, " ὅτι ὡς μισθίου αὐθημερινοῦ, οὕτως ἡ ζωὴ τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς· ,, οὕτως, ἄνθρωπε, διάκειται ὁ βίος ἡμῶν· ὥσπερ οὐδὲν ὀφελούμεθα, ἀλλὰ μᾶλλον βλαπτόμεθα, ἐπισυνάγοντες χρήματα καὶ χρυσὸν ἐξ ἀδικίας, καὶ κόπου πενήτων ἀμισθεί· ἃ μετ' ὀλίγον καταλιμπάνομεν μὴ θέλοντες, καὶ πορευόμεθα λυπούμενοι, καὶ ἐνταῦθα καταμερίζονται ἄλλοι τὸν πλοῦτον ἡμῶν, καὶ οὐδὲ κἂν μνείαν τοῦ ὀνόματος ἡμῶν ποιοῦντες, ἀλλὰ καὶ καταρῶντες· ἄκουσόν μου, ἀγαπητὲ, καὶ πρόπεμψόν σου τὸν πλοῦτον· ἐὰν γὰρ θέλῃς καὶ εἰσακούσῃς μου, κόπον οὐχ ὑπομένεις, οὐ μισθοὺς ἀναλίσκεις, ἀλλὰ καθεζομένου σου εἰς τὴν οἰκίαν σου, ἔρχεται ὁ πένης ζητῶν τὸν πλοῦτόν σου· μετένεγκε εἰς τὸν ἐκεῖ αἰῶνα· πάρεχε τοῦτον· μόνον ἄκουσόν μου· καὶ ὅτε καὶ σὺ μέλλεις ἀπελθεῖν, πολλὴν ἀνάπαυσιν καὶ εὐφροσύνην εὑρήσεις· εἰ δὲ μὴ θελήσεις, καὶ παρακούσεις μου τῆς συμβουλίας, πορευόμενος ἐκεῖθεν, στενοχωρίαν καὶ λιμὸν ὑποστῇς διηνεκῆ· ὃς ὁρῶν, ἑτέρους ὄψει ἐν

* Iob. VII, 1.

gitanti, atque in rerum affluentia pergraecari volenti? Dum hic quidem praesente in saeculo demoraturum se putat, atque id animo agitat, decretum divinum prodiit, ut hinc sublatus in exilium mitteretur, interdicto etiam ne quid secum auferret ex his quae in terra iniuste cumulaverat. Erat itaque spectaculum omnibus, cum nudus captivi instar efferretur, vix ei parva tunica ab his qui ferebant relicta, quae corporis eius pudenda tegeret. Sic ille qui se longaevum fore putabat, brevis aevi fuit: et quae usuris variaque iniquitate congesserat, invitus dimisit, eiusque opes alieni inter se diviserunt. Ergo ille frustra laboravit, nihil inde sibi lucri capiens. Nosti, carissime, poenam quam idem dives perpessus est; pulsus in exilium ante quam aliquod vel pusillum viaticum sumeret, quo se in via solaretur: sed vilissimam tantum vestem ei tollere permissum fuit, quae brevi fit lacera, nec ei vel hilum prodest.

13. Audi scripturam dicentem: « sicut mercedis diurnae tempus, ita vita hominis in terra. » Sic prorsus, o homo, vita nostra se habet. Quamobrem nihil nobis prodest, immo nocet, si opes congeramus et aurum ex iniquitate, et labore pauperum sine mercede. Haec nos brevi relinquemus inviti, tristesque abibimus, aliique interim divitias nostras inter se partientur, nullam nominis nostri mentionem facientes, vel potius maledicentes. Ausculta mihi, carissime; opes tuas tibi praemitte. Nam si mihi obtemperare volueris, laborem non pepetieris, mercedem non perdes. Ecce te domi tuae sedente, venit postulans pauper de divitiis tuis. Tu ergo has transfer in illud saeculum; da quod petit, si certe mihi vis auscultare: cum tu illuc abiturus eris, grande solatium invenies et laetitiam. Id si noles, nec meo consilio adquiesces, nihilominus illuc profectus, angustias famemque perpetuam experieris: quippe qui alios videbis deliciis et gaudio cum angelis ge-

stientes, quia illuc divitias suas prae se miserunt. Propterea audient: venite pauperes, benedicti patris mei: recte iudicastis, atque ut sensati ac prudentes opes vestras manu pauperum praemisistis, quas ego excepi, nunc autem vobis restituo; neque id eatenus, verum etiam bonorum meorum vos heredes scribo. Talem scilicet remunerationem a Deo referent eleemosynarum datores.

14. Neque expectes, eos fortasse audituros: venite qui domos splendidas aedificastis marmorumque splendoribus exornastis, qui balnea struxistis, agros virgultis purgastis, vineas et arbores plantastis, et alia quaelibet terrenarum rerum operatores cogitant, cum aiunt: faciamus aliquid quo memoria nostra in posterum propagetur; ut qui viderint, beatos nos dicant. Quaecumque id genus homines faciunt, eorum Deus non meminit, neque probat, immo potius aversatur dicens: discedite a me. Nam venite, misericordibus dicitur. Discedite autem, in eos qui me non noverunt intorquetur. Non novi vos, nescio undenam sitis; qui possum in regnum meum advocare? Discedite a me, ignoro vos. Illi autem quid aiunt expostulantes? Domine, cur nos dimittis a te? Nonne sigillum corporis tui habemus? Nonne aestum diei propter te tulimus? nonne virginitatem servavimus? Utique, dicet, haec non ignoro: virginitatem custodistis, balnea vitastis, duro lecto et ieiunio utentes. Haec facientes, non tamen pauperum miserti estis. Nempe cum aliquis ad tuas fores accedens et pulsans pavidus orabat miserabili voce dicens: miserere mei, fame consumor, cor meum anhelat ad olera, anima mea panis desiderio luget, membra mea frigore tremunt, ossa mea confringuntur, dentes quatiuntur, ungulae uruntur, totum corpus meum consternatione et nuditate quassa-

τρυφῇ καὶ χαρᾷ εὐφραινομένους μετὰ ἀγγέλων, διὰ τὸ προπέμψαι τὸν ἑαυτῶν πλοῦτον ἐκεῖ· διὰ τούτων καὶ ἀκούσουσι· δεῦτε οἱ ταπεινοὶ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου· καλῶς ἐφρονεύσατε, καὶ ὡς νουνεχεῖς καὶ φρόνιμοι τὰ ὑμῶν προεπέμψατε μετὰ τῶν πενήτων· κἀγὼ ἐδεξάμην, καὶ ἰδοὺ παρέχω ὑμῖν· καὶ οὐκ αὐτὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐμῶν κληρονόμους ποιῶ· τοιαύτας γὰρ ἀμοιβὰς οἱ ἐλεήμονες τεύξονται ἐκ τοῦ θεοῦ.

ιδʹ. Καὶ μὴ προσδοκῇς ἴσως ἀκούσωσι τὸ, δεῦτε οἱ οἰκίας λαμπρὰς οἰκοδομοῦντες, καὶ μαρμάρων στιλβότητας διακοσμοῦντες, καὶ λουτρὰ κτίζοντες, καὶ ἀγροὺς ἀνακαθαίροντες, καὶ ἀμπελῶνας καὶ δένδρα φυτεύοντες, ἢ ἕτερα ὅσα ἐπινοηθῶσι γήϊνα ἐργάζοντες· λέγοντες, ποιήσωμεν εἰς διαδοχὴν ἡμῶν μνημόσυνον, ἵνα οἱ θεωροῦντες μακαρίζωσιν ἡμᾶς· ταῦτα μὲν ὅσα ἂν ποιήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ὁ θεὸς ἐπὶ μνήμης οὐκ ἔχει, οὐδὲ ἀποδέχεται, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκδιώκει λέγων· πορεύεσθε ἀπ᾽ ἐμοῦ· τὸ γὰρ δεῦτε, τῶν ἐλεημόνων ἐστί· τὸ δὲ πορεύεσθε, τῶν μὴ γνωριζόντων με· οὐ γὰρ εἶδον ὑμᾶς ἢ γνωρίζω τὸ πόθεν ἐστὲ, ἵνα καὶ ὑμᾶς καλέσω ἐν τῇ βασιλείᾳ μου· ἀπέλθετε ἀπ᾽ ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς· τί δέ φασιν ἐγκαλοῦντες; κύριε, διὰ τί ἀποπέμπεις ἡμᾶς ἀπὸ σοῦ; οὐ τὴν σφραγίδα τοῦ σώματός σου ἔχομεν (1), καὶ τὸν καύσωνα τῆς ἡμέρας διήλθομεν διὰ σοῦ, καὶ τὴν παρθενίαν ἐτηρήσαμεν; ναὶ, φησὶν, οἶδα κἀγώ· παρθενίαν ἐφυλάξατε, ἀλουσίαν, ξηροκοιτίαν (2), καὶ νηστείαν· ταῦτα ποιήσαντες, ἀλλὰ τὸν πένητα οὐκ ἐλεήσατε, ὅτε εἰς τὴν θύραν σου ἐλθὼν περιδακρούων μετὰ φόβου παρεκάλει λέγων ἐλεεινῇ τῇ φωνῇ· ἐλέησόν με, λιμῷ διαφθείρομαι· ἡ καρδία μου ἐκταράττεται ἐκ τῶν λαχάνων, ἡ ψυχή μου πενθεῖ ἐκ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ ἄρτου· αἱ σάρκες μου τρέμουσιν ἀπὸ ψυχροῦ, τὰ ὀστᾶ μου συντρίβονται, οἱ ὀδόντες μου συγκρούουσιν, οἱ ὄνυχες μου καίονται, καὶ ὅλον μου τὸ σῶμα συνθλαύεται ἐκ ἀθυμίας καὶ γυμνότητος· ἐλέησόν με καὶ

(1) Videtur heic intelligenda ss. eucharistia et status sacerdotalis.

(2) Ita cod. Emendassem autem ξηροσιτίαν *aridum victum*, nisi paulo post sequeretur synonymum χαμευνίαν inter virginitatem et ieiunium.

δεῖξον ἐν ἐμοὶ προαίρεσιν ἐλεημοσύνης διὰ τὸν Θεόν.

ιε'. Ταῦτα ἀκούων, τὸν πένητα οὐκ ἠλέησας· καὶ τί σοι τὸ ὄφελος ὅτι παρθενίαν καὶ χαμευνίαν καὶ νηστείαν ἐφύλαξας, τὸν δὲ ὁμόφυλόν σου μὴ ἐλεήσας, καὶ τὴν θύραν αὐτῷ μὴ ἀνοίξας, μηδὲ ἄρτου ἀξιώσας; διὰ τοῦτο ἀνεγνώριστος εἶ, καὶ ἡ θύρα τοῦ νυμφῶνος ἐκλείσθη σοι· καὶ ὥσπερ ἄν τις ἅψῃ λύχνον, καὶ μὴ ἐπιβάλῃ αὐτῷ ἔλαιον, σβέννυται, οὕτως καὶ ἐγκράτειαν ἔχων, εἰ ἐλεημοσύνην οὐκ ἔχει, σκοτεινὸς ὅλος ἐστὶ, καὶ εἰς κρημνὸν ἐμπίπτει ἀπωλείας· φυτεύει δέ τις δένδρον καλὸν, καὶ εἰ μὴ αὐτῷ εἰς τὴν ἀνάγκην τοῦ καύσωνος ἀρδεύσει, μαραίνεται καὶ καρπὸν οὐ φέρει· οὕτως καὶ ἡ παρθενία καὶ ἡ ἐγκράτεια, ἐὰν μὴ τῷ ἐλαίῳ τῆς εὐποιΐας ἀρδευθῇ· μέγαλαι οὖν τῆς ἐλεημοσύνης αἱ ἀμοιβαί· πολλάκις ἐπιθυμεῖς ἀπελθεῖν εἰς πανήγυριν, καὶ ἀγοράσαι τινὰ, καὶ βαλὼν ἀναλώματα, κοπωθεὶς ἀπέρχῃ· καὶ ἀρχομένου σου πραγματεύεσθαι, μετὰ σοῦ αὐτοῦ καὶ τοῦ πράτου συγκρούουσιν ὅρκοι, φιλονεικίαι· καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν ἁμαρτίαν, τότε καὶ ἡ πραγμάτιος *, κατὰ τὸν σοφὸν Σολομῶντα (1), ὅτι " ἀνὰ μέσον πράσεως καὶ ἀγορᾶς συντριβήσεται ἁμαρτία· * " καὶ ἐπανιὼν εἰς τὸν οἶκόν σου, ὃ μετὰ κόπου καὶ θλίψεων ἐκτήσω, ἐκεῖνο τὸ οἱονοῦν εἶδος τὸ ἀνωφελές.

* ita cod.

* Eccli. XXVII. 2.

ις'. Ἐὰν δὲ καὶ σὺ θέλεις, πραγμάτευσον ἄνευ ὁδοιπορίας καὶ κόπου καὶ χειμῶνος· ἔσω καθεζομένου εἰς τὴν οἰκίαν σου, ἔρχεται ὁ πωλῶν σοι τὸν παράδεισον, καὶ ἀγόρασον· μόνον μὴ διασαλῇς, καὶ παρέλθῃ σοι ἡ τοιαύτη πραγμάτιος, καὶ ἐν ὑστέροις μεταγνώσεις πολλά· μίμησαι τὴν χήραν ἐκείνην ἥτις τὸν παράδεισον ἠγόρασε διὰ δύο λεπτά· * λοιπὸν, ἀγαπητὲ, μὴ ἐγκαταλείπῃς ἐνταῦθα τὸν πλοῦτόν σου, καὶ ἀπέλθῃς ἐκεῖ κενὸς, καὶ εὑρεθῇς ὡς μηδὲν ἔχων, λυπούμενος καὶ ἀδαιμονῶν· ἀλλὰ τοῦτον πρόπεμψον, καὶ ὅτε ἀπέλθῃς εὑρήσεις αὐτὸν ἐκεῖ, καὶ πολλή σοι εὐθηνία

* Luc. XXI. 2.

tur: miserere mei, et tuum largiendi propositum erga me propter Deum demonstra.

15. Haec audiens, non tamen pauperis misertus es. Quid ergo tibi prodest virginitas, chaumenia, ieiunium, si quidem contribulem tuum non es miseratus, neque fores ei patefecisti, neque pane eundem dignatus es? Idcirco non agnosceris, et nuptialis aulae ianua tibi praeclusa fuit. Et quemadmodum si quis lucernam incendat, oleo non immisso, ea extinguitur; ita quisquis est continens, nisi eleemosynam quoque largiatur, tenebrosus est totus, et in perditionis praecipitium decidit. Serat aliquis praeclaram arborem, nisi eam in aestus instantia irriget, flaccescit neque fructum effert. Ita se habent virginitas quoque et continentia, nisi oleo beneficentiae irrigentur. Magna sunt igitur eleemosynae praemia. Saepe studio tenêris eundi ad nundinas, et aliquid emere; unde factis impensis, fessus recedis. Nempe incipiente te negotium gerere, inter te et emptorem versantur iurationes, et contentiones. Nec nisi post peccatum, res demum conficitur, ut ait sapiens Salomon: nempe quod « inter venditionem et emptionem angustiabitur peccatum. » Postquam autem domum redieris, quod laboriose et aegre adquisivisti, inutile propemodum tibi evadit.

16. Age vero si libet, sine ullo itinere vel labore aut tempestatis discrimine negotiari potes. Esto domi suae sedens: venit qui tibi paradisum venditurus est; tu vero eme. Tantum ne titubes, neque haec tibi negotiatio elabatur; secus, magnopere te paenitebit in posterum. Viduam illam imitare, quae paradisum duobus quadrantibus emit. In summa, cave, dilectissime, ne heic opes tuas derelinquas, tu vero illuc proficiscaris vacuus, et nihil habere comperiaris, tristis et maerens. Illas, inquam, praemitte illuc, ut quando eodem tu veneris, eas invenias, ibique magnopere

(1) Tribuitur ab Eusebio Salomoni hoc dictum, quod est reapse Siracidae.

affluas. Neque deliberes dicendo: florida iuventa sum, liberos habeo; quomodo illos deseram egenos? Profecto hi mihi maledicerent. Postquam autem filios meos dotavero, et ad senectutem devenero, tunc animae quoque meae curam geram. Atqui ne ita, quaeso, deliberes: incerta est praesens vita, mors supervenit tanquam fur, te omnino solum nudumque corripiet, exiguo trium cubitorum loculo claudet, usque ad gloriosum Domini adventum. Tunc uniuscuiusque meritum patescet: non filii, non uxor, non amicorum aut cognatorum affectus, sed bona opera vi pollebunt, caritas erga Deum et eleemosyna. Idcirco et Salomon ait: « redemptio animae viri, divitiae suae. » Neque dixit, a filiis aut a cognatis aut ab uxore eum redimi, sed divitias loco esse redemptionis a peccatis multis. Quod si tu abieris, opesque tuas, ut dixi, heic reliqueris, alii eas partientur quos tu non speras. Neque vero expectes aquae guttulas quae labia tua humectent. Tunc enimvero quid tibi divitiae proderunt, aerumna ac labore, iniquitate raptuque adquisitae? Modo velis, potes opibus tuis paradisum coëmere: et quod tibi est inutile, fructuosum fiet, requiemque in discessu tuo nanciscêris. Sin contra, heic relinques, vindicabunt sibi luxuriosi homines, non sine pugna ac lite quis plura ferat. Tu interim flammis amburêris, nec quisquam bonorum tuorum heres (qui eorum animus ingratus est!) refrigeraturus tibi linguam accedet. O stultorum divitum iacturam! Congregaverunt multa, nihil lucrati sunt, ne aqualis quidem guttulae adiutorium experientur.

17. Sic etiam dives ille aquae guttulam optavit in igne positus, orabatque Abrahamum dicens: miserere mei, et mitte Lazarum ut labia mea refrigeret, quia ignis aestum non fero. Dives hic dum inter vivos ageret, purpura induebatur ac bysso, erantque ei equi plurimi frenis aureis ornatissimi, quorum sellae auro puro

γένηται· καὶ μὴ διακριθῇς καὶ εἴπῃς· ἀκμὴν νέος εἰμὶ, παῖδας ἔχω· πῶς αὐτοὺς καταλείψω πτωχούς· καὶ νά με καταροῦνται· ὅταν δὲ ἐκπροικήσω τὰ παιδία μου, καὶ φθάσω εἰς γῆρας, πρόνοιαν τότε ποιοῦμαι καὶ τῆς ψυχῆς μου· μὴ οὕτως λογίζου· ἄδηλος ὁ παρὼν βίος, καὶ ὡς κλέπτης ἐπέρχεται ὁ θάνατος, μονώτατον καὶ γυμνὸν αἴρων σε, καὶ ἐν οἰκίσκῳ μικρῷ τριῶν πηχῶν κατακλείει, ἕως τῆς ἐνδόξου παρουσίας τοῦ δεσπότου· καὶ τότε ὁ ἔπαινος ἑκάστου φανῇ· οὐ παῖδες, οὐ γυνὴ, οὐ φίλων ἢ συγγενῶν προσπάθεια, ἀλλ᾽ ἡ τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἰσχὺς, καὶ ἡ πρὸς θεὸν ἀγάπη καὶ ἐλεημοσύνη· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Σολομῶν εἶπε· * “ λύτρον ψυχῆς ἀνδρὸς ὁ ἴδιος πλοῦτος· ” καὶ οὐκ εἶπεν ὅτι διὰ παίδων ἢ συγγενῶν ἢ γυναικὸς λυτροῦται, ἀλλὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ εἴρηκε λυτρωτὴν ἐκ πολλῶν ἁμαρτιῶν· καὶ ἐὰν σὺ πορευθῇς, καὶ τὰ χρήματά σου ὧδε καταλείψῃς, ἄλλοι διαμερισθῶσιν οὓς οὐ προσδοκᾷς· καὶ σὺ οὐ προσδοκῇς ῥανίδας ὕδατος, ἵνα βρέξῃ σου τὰ χείλη· καὶ τότε τί σοι τὸ ὄφελος τοῦ πλούτου, ὃν μετὰ μόχθου καὶ κόπου καὶ ἐξ ἀδικίας καὶ ἁρπαγῆς ἐκτήσω; εἰ γὰρ θέλεις, μετὰ τοῦ πλούτου τὸν παράδεισον ἀγοράζεις· καὶ ὁ ἀνωφελὴς, ὠφέλιμός σοι γενήσεται, καὶ ἀνάπαυσιν εὕρῃς ἀποδημῶν· ἐὰν δὲ καταλείψῃς, ἐπιμοιράσουσιν ἄλλοι τοῦτον ὧδε σπαταλισαὶ, μαχόμενοι καὶ ἐρισάμενοι τὸ τίς πλεῖον ἄρῃ· σὺ δὲ φλογιζόμενος, καὶ ἐξ αὐτῶν τίς τῶν διαμερισθέντων σου τὰ χρήματα, ἀχαριστῶν σοι οὐκ ἔρχεται δροσίζων σου τὴν γλῶτταν· ὢ ζημίας τῆς γενομένης τῶν ἀφρόνων πλουσίων· συνῆγον πολλὰ, καὶ ἐκέρδαινον οὐδέν· καὶ οὐδὲ κἂν ῥανίδα ὕδατος ὠφελοῦνται.

ιζʹ. Οὕτως καὶ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος * ἐπεθύμησε σταλαγμοῦ ὕδατος ἐν τῷ πυρὶ ὑπάρχων, καὶ παρεκάλει τὸν Ἀβραὰμ λέγων· ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον ἵνα κατακρυάνῃ μου τὰ χείλη, ὅτι οὐχ ὑποφέρω τοῦ πυρὸς τὸν καύσωνα· ἐπειδὴ δὲ ὁ πλούσιος διάγων ἔνθεν, πορφύραν ἐνεδιδύσκετο καὶ βύσσον· καὶ ἦσαν αὐτῷ ἵπποι πλεῖστοι κεκαλλωπισμέ-

* Prov. XIII. 8.

* Luc. XVI. 24.

νοι χρυσοχάλινοι· αἱ σέλλαι αὐτῶν περιεσφάπτουσαι χρυσίου καθαροῦ· παῖδες προτρέχοντες καὶ ἀκολουθοῦντες, μανιάκια περιέχοντες ψέλια καὶ ὁρμίσκους· καὶ ἁπαξαπλῶς, ἐν μεγάλῃ φαντασίᾳ περιών· ἐν δὲ τῷ ἀρίστῳ αὐτοῦ διηκόνει δίσκον χρυσὸν καὶ ἀργυρὸν οἴνου εὐοσμίαν πολυτίμου, πολλῶν μαγγίπων περισπασμὸς, ἐν ποικιλίᾳ λευκότητος ἄρτων· μάγειροι θορυβαζόμενοι ἑψοῦντες φασιανοὺς, χῆνας, ταῶνας, πορφυρίωνας, πέρδικας, περιστερὰς, ὄρνεις, λαγωοὺς, καὶ τετραπόδων πλῆθος, καὶ στρουκτώρων πολλῶν διατρεχομένων· κλῖναι καὶ στρωμναὶ καὶ σινδόναι χρυσόραντοι, κοιτῶνες χρυσόῤῥαφοι, κατεστρωμένοι μαργάρων χρόας, αὐγαζόμενοι τῇ στιλβότητι· τῷ δὲ πλουσίῳ παρισταμένων πολλῶν ἐν φόβῳ καὶ ὑπηρετούντων, οἱ μὲν ἐπὶ πλονεξίᾳ στελλόμενοι, οἱ δὲ εἰς ἀγροὺς ἐπισκέπτειν, ἄλλοι εἰς κτίσματα οἰκημάτων, ἕτεροι τῶν βρωμάτων καὶ τῆς τραπέζης ἐπιμέλειαν ποιοῦντες· τούτου δὲ τρυφῶντος, ῥιπίζουσιν αὐτὸν οἱ ἀργυρόνητοι αὐτοῦ· καὶ ὑπνοῦντος αὐτοῦ, τῆς ἡσυχίας φροντίζουσι, τοῦ μηδένα φθέγγεσθαι ὅλως· τοιαύτη ἦν τοῦ πλουσίου ἡ ἔπαρσις καὶ ἡ φαντασία.

fulgebant: pueri praecedentes et subsequentes, collaria habentes, armillas, atque monilia: prorsus magna cum pompa dives ille incedebat. In eius autem prandio ministrabat lancibus aureis atque argenteis vini pretiosi fragrantiam servorum multorum sedulitas, cum candidi panis varietate. Coquorum item fervebat opus phasianos elixantium, anates, pavones, porphyriones, perdices, columbas, gallinas, lepores, et quadrupedum magnum numerum, structoribus mensarum multis discurrentibus. Erant et lecti, strata, sindones auro illusae, cubilia auro intexta, margaritarum sparsa coloribus, varioque rutilantia fulgore. Diviti autem multi aderant reverentissimi famuli, alii pecuniarum thesauris praepositi, alii agris inspiciendis, alii aedificiis exstruendis, alii rei cibariae mensaeque curam gerentes. Eo convivante, cum flabellis adstabant mancipia; dormiente autem, silentio invigilabant, ne quis omnino vocem tolleret. Talis erat superbia divitis atque pompa.

ιη'. Ἦν δέ τις πτωχὸς ὀνόματι Λάζαρος, καὶ ἐβέβλητο εἰς τὸν πυλῶνα τοῦ πλουσίου ἐκείνου ἑλκόμενος, καὶ ἐπιθυμῶν χορτασθῆναι τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἐκ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου· καὶ πρὸς εὐσπλαγχνίαν οὐκ ἐκαύθη, οὐκ ᾠκτείρησεν τὸν ἐν τοσαύτῃ ἀνάγκῃ βεβλημένον εἰς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ· οἱ δὲ κύνες ἐρχόμενοι καὶ βλέποντες αὐτὸν οὕτως ἑλκόμενον, καὶ τὸν ἰχῶρα τὸν ἀποῤῥέοντα ἀπὸ τῶν μελῶν αὐτοῦ, εὐσπλαγχνίαν ἐπιδεικνύμενοι, ὥσπερ γλώττῃ τινὶ καὶ σπόγγῳ ἀπέλιχον τὸν ἰχῶρα ἀπὸ τῶν μελῶν αὐτοῦ, καθὼς εὐάρεστοι τινὲς ἰατροὶ σπογγίζοντες, καὶ τοὺς μόλωπας θεραπεύοντες (1)· καὶ ἐκεῖνος οὐδὲ

18. Erat autem mendicus quidam nomine Lazarus, qui ad divitis illius ianuam iacebat ulceribus plenus, cupiens saturari micis quae de divitis mensa cadebant. Hic tamen nulla benignitate commotus, haud misertus est hominis tali cum necessitate ad eius fores proiecti. Canes interim ventitabant, qui illum adeo ulcerosum cernentes, cruoremque membris eius manantem, misericordiam prae se ferentes, linguis suis quasi spongia membrorum eius saniem lingebant, et tamquam benigni medici abstergebant, atque ita ulceribus medicinam faciebant. Dives contra, ne panis

(1) In catena ad Lucae evangelium cod. pal. vat. XX. f. 160. verba legebam Eulogii patriarchae alexandrini, catholici ac laudatissimi auctoris, quae a me praetermittenda heic non sunt. Τοῦ ἐν ἁγίοις Εὐλογίου Ἀλεξανδρείας. Ὅτι καὶ διὰ τῶν κυνῶν τὴν ὑπερβολὴν τῆς τοῦ πλουσίου ἀπηνείας ἐλέγχει ἡ παραβολή· οἱ μὲν γὰρ κύνες οἰκτείροντες αὐτοῦ τὴν πολλὴν ταλαιπωρίαν, ὅπερ ἐδύναντο ποιεῖν ἔπραττον περιλείχοντες καὶ οἷον ἀποσμήχοντες αὐτοῦ τὸ ἕλκος ταῖς γλώσσαις· ὁ δὲ καὶ τῶν κυνῶν περὶ τὸν ὁμόφυλον ἀπηνέστερος, καὶ δι' αὐτῶν ἠλέγχετο τῶν κυνῶν· διὰ τοῦτο κἀκεῖνον τὸ πῦρ ἀδυσωπήτως μετέρχεται. *Sancti Eulogii patriarchae alexandrini. Canum mentione summam divitis crudelitatem coarguit parabola. Nam canes misericordia erga gravem Lazari calamitatem commoti, quod poterant gratificabantur, illius ulcera lingentes ac veluti linguis suis*

quidem frustum misero largiebatur. O vecordia divitis! Canes Deum ignorantes, neque resurrectionem sperantes, pauperis curationi instabant: dives autem qui tremendo iudicio sisti se expectabat, pauperi misericordiam negabat! Nosti ergo divitis in hoc mundo gloriam honorem atque delicias, simulque pauperis molestias famemque: item quomodo dives iniustus fuerit, avarus, et luxu diffluens; pauper autem calamitosus. Quodnam alioqui dives detrimentum cepisset, si de superfluitate sua misericordiam pauperi foret impertitus? Certe etiamsi immortalis futurus esses, o homo, inclementer te gerere non deberes; quanto autem minus, cum sis mortalis, neque diem neque horam obitus tui scias?

19. Dum hic ita inclementer se gereret, contigit, ait scriptura, ut moreretur dives, et ad sempiternam poenam deferretur. Obiit item Lazarus, atque ab angelis in Abrahae sinum deportatus est. Quumque esset in igne dives, Lazarum vidit in sinu Abrahae requiescentem: eum scilicet a quo antea oculos avertebat, et quem pro incognito habebat, nunc cognovit, et cum clamore ait: miserere mei, pater Abraham, et mitte Lazarum ut labia mea di-

κλάσματος ἄρτου ἠξίωσεν αὐτῷ δοῦναι· ὢ τῆς ἀνοίας τοῦ πλουσίου· οἱ κύνες οἱ μὴ εἰδότες θεὸν, μήτε ἀνάστασιν προσδοκῶντες, πρὸς θεραπείαν τοῦ πένητος ἐπήγοντο· καὶ ὁ πλούσιος ὁ προσδοκῶν παραστῆναι τὸ φοβερὸν κριτήριον, τὸν πένητα οὐκ ἐλέησεν. Ἔγνως τοῦ πλουσίου τὴν ἐνταῦθα δόξαν καὶ τιμὴν καὶ τρυφὴν, τοῦ δὲ πένητος τὴν κόλασιν καὶ τὸν λιμόν· καὶ πῶς μὲν ὧδε ὁ πλούσιος ἦν ἀδικῶν καὶ πλεονεκτῶν καὶ ἐν τρυφῇ σπαταλῶν, ὁ δὲ πτωχὸς κακουχούμενος· τί δὲ καὶ ἔβλαπτε τὸν πλούσιον ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτοῦ, τοῦ οἰκτειρῆσαι τὸν πτωχόν; εἰ γὰρ καὶ ἀθάνατος ἔμελλες, ἄνθρωπε, ὑπάρχειν τὲ εἰς τὸν αἰῶνα, οὐκ ἂν τὴν ἀσπλαγχνίαν εἶχες· πόσῳ γε μᾶλλον ὅτι θνητὸς εἶς, καὶ οὐδὲ τὴν ἡμέραν ἢ τὴν ὥραν τῆς τελευτῆς σου ἐπίστασαι;

ιθ΄. Οὕτως διάγων ἀσπλάγχνως καὶ ἀνελεημόνως, ἐγένετο φησὶν ἀποθανεῖν τὸν πλούσιον καὶ ἀπενεχθῆναι εἰς κόλασιν αἰώνιον· ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ Λάζαρος, καὶ ἀπηνέχθη ὑπὸ ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον Ἀβραάμ· ὑπάρχων δὲ ἐν τῷ πυρὶ ὁ πλούσιος, ἴδε Λάζαρον ἀναπαυόμενον ἐν τοῖς κόλποις Ἀβραάμ· καὶ ὃν ἀπεστρέφετο τὰς ὄψεις αὐτοῦ, καὶ ἀνεγνώριστον εἶχεν, ἐγνώρισεν αὐτὸν, καὶ κράξας ἔλεγεν· ἐλέησόν με πάτερ Ἀβραὰμ, καὶ πέμψον Λάζαρον ἵνα βρέξῃ μου τὰ χείλη τῷ

abstergentes. At dives canibus erga contribulem suum durior ab his ipsis convincebatur. Merito igitur igni dives damnatus fuit.

Aliud quoque in eodem codice f. 154. comperi egregium Eulogii alexandrini fragmentum ad Lucae evang. cap. XVI. 9-12, quod est huiusmodi.

Εὐλογίου Ἀλεξανδρείας. Δέχεται καὶ ταῦτα διὰ τῶν πενήτων ὁ θεός· ἂν μόνον τοῦ λοιποῦ φυλαξώμεθα μὴ ἁμαρτάνειν· καλὸν γὰρ κἂν διὰ τῶν τῆς πλεονεξίας χρημάτων φίλους κτᾶσθαι τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ πενομένους, πλουσίους δὲ κατὰ θεόν· ἵνα ὅταν ἐκλίπωμεν, μηδὲν ἔχοντες ζωτικὸν δικαίωμα, δι' ὧν αὐτοὺς εὖ ἐποιήσαμεν, εἰς τὰς ἑαυτῶν ἡμᾶς σκηνὰς οἱ ἠλεημένοι ὑποδέξωνται· εἰ δὲ μηδὲ ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἤτοι τῆς πλεονεξίας, εὖ ποιεῖν θελήσαιμεν, πῶς ἂν πιστευθείημεν ὅτι εἰ προσῆσαν ἡμῖν ἐξ οἰκείων κόπων χρήματα, τούτοις ἂν τοὺς ἐνδεεῖς ἠλεήσαμεν; εἰ γὰρ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων καὶ ἃ χωρὶς κόπων πλεονεκτικῶς ἐκτησάμεθα, οὐ μετεδώκαμεν, ἃ καὶ οἰκεῖα δοκεῖ εἶναι, καὶ πόνων ἰδίων καρπὸς, πῶς ἂν τινι τούτων μεταδοῦναι πιστευθείημεν: *Haec quoque propter pauperes recipit Deus, modo deinceps a peccato caveamus. Pulcre enim fit, si etiam avaritia collectis opibus amicos nobis in hoc mundo comparemus, qui illis quidem egent, sed Deo sunt divites: ut cum defecerimus, nullam habentes vitae iustitiam, saltem ob collata in eos beneficia, recipiant nos in tabernacula sua, qui nostram misericordiam experti fuere. Sed si ne de mamona quidem iniquitatis, id est avaritiae, bene facere voluerimus; quis nobis credet, fore ut si partae propriis laboribus opes adessent, ex his egenos misericorditer solaremur? Nam si ne aliena quidem, et quae absque labore avare possidemus, nolumus communicare, quomodo ea quae propria videntur, nostrorumque laborum fructus, impertituri cuiquam credemur?* — Fragmentis his cumulare mihi placuit alias quas edidi Eulogii reliquias, nempe nobile de Trinitate segmentum Script. vet. T. VII. p. 177; et AA. class. T. X. p. 483. de Petro ap.; nec non de turturum oblatione p. 493; denique aliud brevius de paenitentia et baptismo in scholiis meis p. 104. ad commentarium Cyrilli in epistolas Pauli.

δακτύλῳ αὐτοῦ, ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ· ὦ πλούσιε, ὃς σεαυτὸν πλούσιον καὶ φρόνιμον ἐκράτεις, ἄφρων ὑπῆρχες τῶν ἀφρονεστέρων· ἔγνως ἄρτι τὸ τί σοι προεξένησεν ἡ ἀσπλαγχνία· ποῦ ὁ πλοῦτος; ποῦ ὁ ἄργυρος καὶ ὁ χρυσός; ποῦ ἡ φαντασία τῶν ἡδονῶν; ποῦ ὁ θόρυβος τῶν οἰκετῶν; ποῦ ὁ πολὺς καὶ ἄκαιρος δρόμος; καὶ ἄρτι ὡς εἷς τῶν ἀπόρων κράζεις, ἐλέησόν με· εἰ καὶ μὴ εἰς πῦρ ἐβλήθης, τότε γὰρ οὐκ ἐλέησας, οὐδὲ νῦν ἄρτι ἐλεηθείς· τί δὲ καὶ ἐπιζητεῖς τὸν Λάζαρον εἰς σωτηρίαν, λέγων πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐλεῆσαι σοι καὶ πέμψαι τοῦτον τὸν παρέχειν σοι σταλαγμὸν ὕδατος; ἀνωφελὴς λοιπὸν ἡ ἱκεσία σου· παρῆλθεν ὁ καιρὸς τοῦ ἐλέους· καὶ γὰρ ὧδε ἀνήλεος κρίσις ἐστὶ τοῖς μὴ ποιήσασιν ἔλεος· μηκέτι προσθήσεις τοῦ λέγειν, ἐλέησόν με πάτερ Ἀβραάμ, καὶ πέμψον Λάζαρον· οὐκ ἔστιν ὁδὸς αὐτόθι περᾶσαι· πῶς οὖν οὕτως ἔλεγες, ἀναίσθητε πλούσιε; ὃν κατανοῆσαι ὄμμασιν οὐ κατεδέχου, οὔτε ῥήματος αὐτοῦ ἀκοῦσαι, καὶ ἄρτι τὸν ἐπιθυμοῦντα χορτάζεσθαι ἀπὸ τῶν πιπτόντων ψιχίων τῆς τραπέζης, οὐκ ἐλέησας, τὸν Ἀβραὰμ αἰτεῖς ἀποστεῖλαι τοῦτον βρέξαι σου τὰ χείλη; πῶς δὲ καὶ πατέρα ἐκάλεσας τὸν Ἀβραάμ; τῶν γὰρ ἐν φωτὶ διαγόντων οἵτινες μιμηταὶ αὐτοῦ ἐγένοντο τῆς φιλοξενίας καὶ ἐλεημοσύνης, αὐτῶν ἐστὶ πατήρ· οὐδεμία οὖν κοινωνία φωτὶ σκότους· οὐ γὰρ εἶ ἄξιος τοῦτον καλέσαι πατέρα, ἀλλὰ κατὰ τὸν ἀνελεήμονά σου τρόπον υἱὸς εἶ σκότους καὶ γεέννης.

κʹ. Καὶ μὴ νομισάτω τὶς τὸν Ἀβραὰμ μὴ εἶναι πλούσιον· οὐκ ἂν εἶχε τιηʹ οἰκο-
* Gen. XIV. 14. γενεῖς*, καὶ ὕπαρξιν, καὶ κτήνη πολλὰ ἔχων; καὶ οὐδὲν ἔβλαψεν αὐτὸν ὁ πλοῦτος· ἀλλὰ μετὰ τούτου τοῦ πλούτου ἠγόρασε τὸν παράδεισον· καὶ ὅρα τοῦ πατριάρχου Ἀβραὰμ τὸ συνετόν· ἐν τῇ ὁδῷ ἦν, πήξας σκηνὴν, κἀκεῖσε παραμένων, ἵνα μή τις διαλάθῃ τοῦτον ἄμοιρος τῆς αὐτοῦ ξενοδοχίας γένηται· θαυμάσαι δὲ καὶ τούτου τὸ αἰδέσιμον ἔχω τῆς πολιᾶς· οὐκ ἐπέτρεψε τινὶ ἀπὸ τῶν αὐτοῦ δούλων τὴν διακονίαν τῆς ξενοδοχίας καταπιστεῦσαι, μήπως ὡς δοῦλος ὡς ῥάθυμος καθυπνεῖ, οἱ ξένοι παρέρχονται, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἑτοιμασθείσης

gito humectet, quia crucior in hac flamma. O dives, qui te divitem prudentemque reputabas, stultus reapse eras et insipientissimus. Vides nunc quid tibi inclementia profuerit. Ubi divitiae? ubi argentum et aurum? ubi voluptatum apparatus? ubi famulorum turba? ubi multus intempestivusque discursus? Nunc tu tamquam unus de miseris clamas, miserere mei. Nisi certe in ignem coniectus esses, uti tunc non es misertus, ne nunc quidem miserereris. Cur autem Lazari adiutorium imploras, Abrahamo dicens, ut tui miserens mittat hunc quô tibi aquae guttulam praebeat? Vana est iam deprecatio tua, misericordiae tempus praeteriit: nunc inexorabile iudicium de immisericordibus exercetur. Ne iam dicas: miserere mei, pater Abraham, et Lazarum mitte: non est hinc transitus ad vos. Cur autem sic loqueris, dure dives? Quem oculis respicere non ferebas, cuius verba audire nolebas, quem cupientem micis de mensa tua cadentibus satiari non es miseratus; nunc petis ab Abrahamo, ut ad labia tua irriganda mittatur? Cur item patrem vocas Abrahamum? Is enim in luce viventium, qui eum hospitalitate et eleemosynis imitati sunt, pater est. Nulla, inquam, societas est luci cum tenebris: non es dignus qui hunc patrem appelles; sed ob immisericordem morem tuum, tenebrarum atque gehennae filius es.

20. Nec vero quisquam putet Abrahamum divitem non fuisse. Nonne habuit vernaculos ·cccxviii·, et substantiam plurimam magnumque armentorum numerum? Attamen nihil ei divitiae nocuerunt: immo his paradisum sibi emit. Et videsis patriarchae Abrahami sollertiam. In via erat, fixo tabernaculo, ibique morabatur, ne quis se inscio transiens hospitio eius fraudaretur. Miror autem venerandam huius canitiem, qui non tulit commendare famulorum alicui hospitalitatis officium, ne forte si, ut pigri servi solent, obdormiret, peregrini interim praeterirent, pa-

ratoque apud eum hospitio carerent. Hoc in damni loco computat senex. Itaque ipse herus et ·cccxviii· famulorum dominus, in via vigilat ne quis praetereat; cunctos enim benigne curans prandio prope regali adhibebat. Neque is solus hospitii benignitatem praebebat, sed consentientem praeclaro suo proposito habebat uxorem Sarram. Angelos itaque hospitio exceperunt, et ventris sui fructum Isaacum promissum nacti sunt, et paradisum emerunt. Iamque vides, quod Abrahamo divitiae haud nocuerint. Nonne Iobus quoque dives erat? Is tamen petentibus opem non negabat, sed cunctis necessaria largiebatur, contubernales habens eleemosynam aeque et divitias. Ioacim pariter dives fuit, sed eleemosynam secum sociam habebat, cuius causa pater fieri dignus fuit semper virginis Mariae deiparae.

21. Neque soli qui ante legem vel in lege vixerunt, misericordes fuerunt, verum etiam nostro saeculo multi eleemosynae dandae studiosi fuerunt. Martyres itaque fuerunt divites, sed divitias suas distribuerunt, nudique ad certamen cucurrerunt. Idem praestitere ascetae, qui opes suas cum pauperibus negotiati sunt, et paradisum sibi compararunt. Neque viri tantummodo, verum etiam feminae, eleemosynam de suis opibus fecerunt. Tabitha quantas eleemosynas viduis largiretur, ex apostolorum actibus audimus. Eubula pariter dives erat, sed eleemosynis simul fa-

ξενοδοχίας ἀποστεροῦνται· ζημίαν ἡγεῖται ὁ γέρων· ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος καὶ δεσπότης τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ δούλων ἐκαθέζετο ἐπὶ τῆς ὁδοῦ γρηγορῶν μὴ παρελθεῖν τινά, καὶ πάντας καλῶς ἀποθεραπεύων ηὐφραίνετο ὡς ἐπὶ βασιλικῷ ἀρίστῳ κληθέντας· καὶ οὐ μόνος ἦν ὁ ἐπιμελούμενος τῆς ξενοδοχίας τὴν ἐλεημόσυνην, ἀλλὰ καὶ τὴν Σάῤῥαν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα συγγνώμονα καλῆς (1) αὐτοῦ προαιρέσεως ἔσχεν· καὶ ἀγγέλους ἐξένησαν, καὶ καρπὸν κοιλίας τὸν ἐξ ἐπαγγελίας Ἰσαὰκ εὗρον, καὶ τὸν παράδεισον ἠγόρασαν. Καὶ ἴδε πῶς αὐτὸν οὐκ ἔβλαψεν ὁ πλοῦτος· οὐκ ἦν καὶ ὁ Ἰὼβ πλούσιος; ἀλλὰ τοῖς δεομένοις ἐκ τούτου οὐ καθυστέρει *, ἀλλὰ τοῖς πᾶσιν * Iob. XIX. 12. seq.
ἐχορήγει τὰ δέοντα, σύνοικον ἔχων τὴν ἐλεημοσύνην μετὰ τοῦ πλούτου· ὡσαύτως καὶ ὁ Ἰωακεὶμ πλούσιος ἦν (2), ἀλλὰ καὶ τὴν ἐλεημοσύνην ἐπεσπᾶτο, καὶ δι' αὐτῆς ἠξιώθη γενέσθαι τῆς ἀειπαρθένου πατὴρ καὶ θεοτόκου Μαρίας.

κα'. Καὶ οὐ μόνον εἰσὶν οἱ πρὸ νόμου, καὶ οἱ ἐν νόμῳ γεγονότες ἐλεήμονες, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς πολλοὶ τὴν ἐλεεμοσύνην ἠγάπησαν· οἱ μάρτυρες οὖν ἦσαν πλούσιοι, ἀλλὰ τὸν πλοῦτον αὐτῶν διένεμον (3), καὶ γυμνοὶ πρὸς τὴν ἄθλησιν ἔδραμον· ἀλλ' οὖν καὶ οἱ ἀσκηταὶ τὸ αὐτὸ ἐποίησαν (4), καὶ ἀντήλλαξαν τὸν πλοῦτον αὐτῶν μετὰ τῶν πενήτων, καὶ ἠγόρασαν τὸν παράδεισον. Οὐ μόνον ἄνδρες ἀλλὰ καὶ γυναῖκες, ἐκ τῶν πλουσίων τὴν ἐλεημοσύνην, ποιήσαντες· * ἡ Ταβιθά, ἣν * cod. ποιήσαντες.
ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων * ἀκούομεν, πόσας ἐλεημοσύνας ἐποιεῖτο ταῖς χήραις· ὡσαύτως καὶ ἡ Εὐβούλα (5) πλουσία ἦν, ἀλλὰ καὶ * Act. IX. 36.

(1) Cod. tantum συγκαλῆς, quod mendum putavi ex suppressis in medio syllabis natum.

(2) Opinio haec quod Deiparae pater sanctus Ioacim dives fuerit, de protevangelio Iacobi manat apud Fabric. cod. apocryph. N. T. tom. I. cap. I. et IV. Et quidem cap. I. diserte: ἦν Ἰωακεὶμ πλούσιος σφόδρα, *Ioacim valde dives erat;* quae traditio, quamquam ex apocrypho libro deducta, multorum graecorum scripta occupavit. Ceteroqui pseudo-evangelium Iacobi noverunt patres antiqui Origenes, Epiphanius, Eustathius antiochenus, Andreas cretensis, aliique.

(3) Puta SS. MM. Iohannem et Paulum in Iuliani imp. tyrannide.

(4) Antonius videlicet, Arsenius, aliique innumeri.

(5) Respicit ad I. Cor. IX. 5, ubi sorores, id est piae mulieres, dicuntur apostolis, et quidem ipsi Petro, in ipsorum per orbem itineribus ministrasse. Quum autem de hac nominatim Eubula sedulo quaesierim apud varios auctores patresque, qui de illo Pauli ad Corinthios loco verba fecerunt, nec non in Sanctorum historiis, nomen hoc piae mulieris Petro singulariter devotae ac munificae, nondum mihi occurrit. Quo fit pretiosior haec ab Eusebio nostro tradita notitia. Profecto Eubula, cuius Petrum alimentarium fuisse apparet, Romanorum praesertim benivolentia et obsequio, cum Pudentiana et Praxede, digna censebitur.

ἐλεημοσύνην πολλὴν εἶχε, καὶ τῷ κορυφαίῳ Πέτρῳ διακονοῦσα· οὐκ ἦν καὶ ἡ ὁσία Μελάνη (1) πλουσία σφόδρα; ναὶ λέγω πλουσία· ἀλλὰ καὶ τὴν μετάδοσιν τῆς ἐλεημοσύνης πλουσιωτέραν εἶχε· καὶ γὰρ καθεξῆς τῶν ἐν πλούτῳ γενομένων ἐφ᾽ ἡμᾶς μαρτύρων καὶ δικαίων τὰ κατορθώματα τῆς ἐλεημοσύνης αὐτῶν διηγήσασθαι, μακρόν ἐστι τὸ λέγειν· καὶ γὰρ μέχρι τοῦ παρόντος εἰσὶ τινὲς οἱ ἀγαπῶντες ποιεῖν τὴν ἐλεημοσύνην διαπαντός· ὡσαύτως εἰσὶν οἱ πλείους, οἱ ποθοῦντες πλουτεῖν ἐκ τόκου καὶ ἀδικίας, οἱ καὶ τὴν ἐλεημοσύνην μὴ ποιοῦντες καὶ μισοῦντες, καθὼς ὃν ἀνωτέρω εἰρήκαμεν πλούσιον· διὰ τοῦτο ἤκουσεν, ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου· ἀπήλαυσας τὸν πλοῦτον σου μόνος· οὐ γάρ τινι τῶν μὴ ἐχόντων παρεῖχές τι, ἀλλὰ μόνος ἧς τρυφῶν καὶ σπαταλῶν· καὶ ὁ πένης καὶ τῶν πιπτόντων ψιχίων ἐκ τῆς τραπέζης σου ἐστερεῖτο ἐπιθυμῶν· λοιπὸν οὐκέτι σου μερὶς ἐστὶν ἐν τοῖς σωζομένοις· τῶν γὰρ ἐλεημόνων ἐκληρώθη ὁ παράδεισος.

κβ'. Καὶ οὐκ ἦν ὁ πατριάρχης Ἀβραὰμ μαλάξαι αὐτοῦ τὴν ὀδύνην· οὐ προσέθηκε πόνον, οὐκ ἔπληξεν αὐτὸν λόγοις, οὐκ ἠρνήσατο τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ πραείᾳ τῇ φωνῇ καὶ ἐλεεινῷ τῷ προσώπῳ ἀπόκρισιν ἐδίδου αὐτῷ τοιάνδε· " τέκνον, μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ ὁ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά· νῦν δὲ ὅδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι· καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται, ὅπως οἱ θέλοντες διαβῆναι ἐντεῦθεν πρὸς ὑμᾶς, μὴ δύνωνται, μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσι· ", ταύτην δὲ τὴν ἀπόκρισιν ὁ πλούσιος παρὰ τοῦ πατριάρχου ἤκουσε· καὶ οὐδὲ κἂν τοῦ μικροῦ σταλάγματος ἐδέξατο· διὸ καὶ ὀδυνώμενος ἐν τῇ φλογὶ ἔλεγε· εἰ δυνατόν ἐστιν, πάτερ, ἀπελθεῖν καὶ διαμαρτυρεῖν τοὺς ἀδελφούς μου, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τοῦτον βασάνων· ἔμαθον ὃ ἔπαθον· τί μοι τὸ ὄφελος τοῦ πλούτου ἐγένετο; οὐδέν· ἀλλὰ πρόξενος πυρὸς αἰωνίου· εἰ γὰρ καὶ αὐ-

ciendis dedita, et coryphaeo Petro ministrans. Nonne et sancta Melania dives admodum erat? utique, aio, dives; sed tribuendis eleemosynis ditior erat. Sed longum esset martyrum atque iustorum singillatim usque ad nos eleemosynarias virtutes narrare. Namque et hodierno tempore nonnulli sunt qui perpetuas eleemosynas largiri gestiunt: quamquam maiore numero sunt qui ditescere cupiunt ex usuris et iniquitate, quorum animus ab eleemosynis faciendis abhorret, haud secus quam ille a nobis supra memoratus dives. Idcirco audiit: recepisti bona in vita tua. Divitiis tuis solus es fruitus, nemini egenti dedisti, sed solus luxui deliciisque indulsisti: pauper interim micis etiam de mensa tua cadentibus privabatur, quas discupiebat. Superest igitur, ut portio tibi cum salvis nulla sit: namque hominum eleemosynae faciendae studiosorum hereditas paradisus est.

22. Neque vero patriarcha Abrahamus divitis dolorem lenire potuit; quamquam calamitatem non gravavit, neque verbis illum vulneravit, neque humanae naturae oblitus est; sed miti voce et clemente vultu hoc ei responsum reddidit: « fili recordare quod tu bona tua receperis in vita tua, et Lazarus similiter mala: nunc autem hic recreatur, tu vero cruciaris. Et praeter haec omnia, inter vos et nos vorago magna constituta est; ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque isthinc ad nos commeare. » Hoc audiit dives a patriarcha responsum: neque tamen vel unam guttulam impetravit. Quamobrem crucians in flamma aiebat: an fieri potest, o pater, ut aliquis abeat ad rem testandam fratribus meis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum? Scio quid patiar. Quid mihi divitiae profuerunt? nihil; immo ignem aeternum promeruerunt. Profecto si ipsi quoque aures obstruent, quo-

(1) Videsis quae de Melania diximus in praevio monito p. 500.

minus evangelicos sermones audiant Domini et prophetarum eius atque apostolorum, sine dubio flammis mecum addicentur.

23. His hactenus dictis, carissimi, praesentem sermonem peroravi; ut saluti nostrae consulentes, studeamus singuli placere Deo, partim oratione ac ieiunio, partim eleemosyna et caritate. Neque tamen divitias reas agamus; non enim divitiae ducunt hominem, sed homo divitias quô vult perducit; haeque fiunt ei fructuosae, uti scriptum est. Bonae sunt divitiae recte administrantibus eas: sicut etiam paupertas bona est recte tolerantibus eam. Nam si bona sit voluntas hominis, divitiae recte ab eo administrantur: sin prava sit eius voluntas, fit homo immisericors, atque ita divitiae in malum cedunt. Hoc enim in divitiis interest, quod bene dispergentibus inter egenos, paradisum comparant; male autem utentibus et cumulantibus atque in hoc mundo relinquentibus, causa fiunt ignis aeterni. Et si iustus vix salvatur, impius et peccator ubi parebunt? Rogo itaque vos, fratres, quamdiu paenitentiae tempus habemus, pro salute nostra certemus. Etiamsi enim ego indignus sum qui salutem consequar, vos tamen amittere nolim promissa vobis bona, quae scilicet paravit Dominus noster diligentibus eum!

τοὶ τὰ ὦτα βύουσι τοῦ μὴ ἀκοῦσαι τὰς εὐαγγελικὰς ἐξηγήσεις τοῦ δεσπότου καὶ τῶν προφητῶν αὐτοῦ καὶ ἀποστόλων, πάντως οὗτοι ἐνθάδε καταδικασθήσονται σὺν ἐμοὶ φλογίζεσθαι.

κγ'. Τούτων οὕτως ῥηθέντων, ἀγαπητοί, διῆλθον τὸν παρόντα λόγον· ἵνα τῆς σωτηρίας ἡμῶν πρόνοιαν ποιησώμεθα, καὶ ἕκαστος σπουδάσῃ ἀρέσαι θεῷ, ὁ μὲν διὰ προσευχῆς καὶ νηστείας, ὁ δὲ διὰ ἐλεημοσύνης (1) καὶ ἀγάπης· καὶ μὴ αἰτιάσθω τίς τὸν πλοῦτον, οὐ γὰρ ἄγει ὁ πλοῦτος τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἄνθρωπος τὸν πλοῦτον ὅπου θέλει ἄγει, καὶ ὀφέλιμος αὐτῷ γίνεται καθὼς γέγραπται· * (* Prov. XIII. 8.) καλὸς ὁ πλοῦτος τοῖς καλῶς αὐτὸν διοικοῦσιν· ὥσπερ γὰρ καὶ καλὴ πενία τοῖς καλῶς αὐτὴν ὑπομένουσιν· ἐκ γὰρ προαιρέσεως ἀγαθῆς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ πλοῦτος καλῶς παρ' αὐτοῦ διοικεῖται· ἐκ δὲ τῆς κακῆς προαιρέσεως ἔρχεται καὶ εἰς ἀσπλαγχνίαν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὁ πλοῦτος αὐτῷ κακὸς γίνεται· δύο γὰρ διαφορὰς ἔχει ὁ πλοῦτος, τοῖς μὲν σκορπίζουσι τοῦτον καλῶς τοῖς ἐνδεέσι, πρόξενος παραδείσου ὑπάρχει· τοῖς δὲ κακῶς χρωμένοις, καὶ ἐπαξοῦσι τοῦτον, καὶ ὧδε καταλιμπάνουσι, πρόξενος πυρὸς αἰωνίου ἐστίν· καὶ εἰ ὁ μὲν δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται; (* I. Petr. IV. 18.) διὰ τοῦτο παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἕως ὅτε ἔχομεν καιρὸν μετανοίας, ἀγωνισόμεθα τοῦ σωθῆναι· εἰ γὰρ καὶ ἐγὼ ἀνάξιός εἰμι τοῦ σωθῆναι, κἂν ὑμεῖς μὴ ἀποτύχητε τῶν ἐπηγγελμένων ὑμῖν ἀγαθῶν,

1 In calce saltem praeclari huius de eleemosyna sermonis, tamquam in angulo collocare liceat, Anastasii (quicumque demum ex tot Anastasiis est) fragmentum ad Luc. XVI. 9, ex paulo ante citato codice sumptum, in quo item eleemosyna commendatur.

'Αναστασίου. Οὐ καθὰ νομίζουσι τινὲς τὸν ἀπὸ ἀδικίας συναγόμενον πλοῦτον, μαμωνᾶν φησι τῆς ἀδικίας· οὐ γὰρ ἂν ὁ δίκαιος ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν ἐδίδαξεν· ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ τὴν χρείαν ἡμῖν ἀποκείμενον· ὁ γὰρ εὐπορῶν θρέψαι ἢ σῶσαι τὸν ἀπὸ λιμοῦ ἢ χρέους ἢ αἰχμαλωσίας ἀπολλύμενον, καὶ μὴ βοηθῶν, οὗτος ὡς ἄδικος καὶ φονεὺς δικαίως κατακριθήσεται· ὡς καὶ πάλιν τοὺς ἀνελεήμονας ἐλέγχων λέγει· εἰ ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν δώσει; καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ ἀλλότριον μὲν καλεῖ τὴν τῶν χρημάτων περιουσίαν· οὐ γὰρ συγγεγέννηται ἡμῖν, ἀλλ' ἔξωθεν προσγίνεται· λέγει δὲ· εἰ ἐν τοῖς ἔξωθεν προσγινομένοις καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν οὖσιν, οὐκ ἐγένεσθε πιστοί, πῶς ἂν λάβοιτε τὸ ἀληθινὸν καὶ τὸ ἡμέτερον, τουτέστι τὸ θεόσδοτον χάρισμα· Nequaquam, ut nonnulli existimant, divitias iniquitate collectas, dicit Dominus mamonam iniquitatis; nemo enim iustus iniquitatem umquam docuit; sed copias usui nostro superfluas ac repositas dicit. Nam cui facultas suppetit nutriendi vitamque conservandi eius qui fame aut aere alieno aut captivitate perit, neque tamen opem fert, hic tamquam iniquus et homicida iuste condemnabitur. Sicut et mox immisericordes reprehendens ait: si in iniquo mamona fideles non fuistis, quod verum est quis credet vobis? et reliqua. Alienum autem mamonam appellat divitiarum superfluitatem: neque enim hae congenitae nobis fuerunt, sed extrinsecus proveniunt. Dicit ergo: si in his quae ab extrinseco accidunt, et supra usum nostrum sunt, non fuistis fideles, quomodo accipietis verum et nostrum, id est divinitus datum beneficium?

ὧν προητοίμασεν ὁ δεσπότης ἡμῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· οἷς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι πρεσβείαις τῆς ἀχράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῶν φωτοειδῶν ἀγγέλων καὶ πάντων τῶν ἁγίων· ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ προσκύνησις μετὰ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

Quae utinam nos omnes consequi digni simus precibus immaculatae dominae nostrae deiparae semperque virginis Mariae, splendidorumque angelorum, et sanctorum omnium. Quoniam ipsum decet gloria, honor, et adoratio, cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΜΟΝΑΧΟΥ (1)

ΠΕΡΙ ΑΣΤΡΟΝΟΜΩΝ (2).

EUSEBII EPISCOPI ET MONACHI

DE ASTRONOMIS.

α'. Ἡμερῶν διελθουσῶν οὐκ ὀλίγων, προσελθὼν ὁ Ἀλέξανδρος (3) λέγει τῷ μακαρίῳ Εὐσεβίῳ τῷ ἐπισκόπῳ. Κύριε, ἤκουσα παρά τινων ὅτι κατὰ ἄστρον γεννᾶται ἄνθρωπος· καὶ ὅτι ὅσοι ἀστέρες εἰσὶν ἐν τῷ οὐρανῷ, τοσοῦτοι καὶ ἄνθρωποι εἰσὶν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ὅταν ἀποθάνῃ ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἀστὴρ αὐτοῦ ἐκλείπει· καὶ ὅταν γεννηθῇ ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἀστὴρ αὐτοῦ προστίθεται, ἐπειδὴ οὔτε τὸ γεννηθῆναι ἐκλείπει, οὔτε τὸ ἀποθανεῖν. Ὁ δὲ μακάριος ἤρξατο λέγειν· ὢ πόση ἄνοια ἔγκειται ἐν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ πόσα ἁμαρτάνουσιν οἱ ταῦτα λέγοντες· εἰ γὰρ κατὰ ἄνθρωπον ἀστέρες ἐσκευάσθησαν ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτε Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα ἦσαν ἐν τῷ παραδείσῳ, δύο ἀστέρες ἦσαν ἐν τῷ οὐρανῷ, πῶς ἀγνοοῦσι παντελῶς οἱ μηδὲν ἐπιστάμενοι; εἶτα ὅτε ὁ κατακλυσμὸς ἐπελθῇ τῇ οἰκουμένῃ, καὶ πάντες

1. Diebus haud paucis transactis, accedens ad beatum Eusebium episcopum Alexander ait. Audivi, domine, a nonnullis sub suo quemque hominem astro nasci; et quotquot astra in caelo sunt, totidem esse in terra homines; ita ut moriente homine, astrum simul eius desinat: nascente autem homine, astrum eius pariter adiiciatur; quandoquidem neque generatio cessat neque obitus. Tum vir beatus sic dicere orsus est. O quanta est hominum dementia! quamque graviter errant qui ita loquuntur! Nam si pro numero hominum astra in caelo creata essent, quo tempore Adamus atque Eva in terrestri paradiso erant, duo tantummodo astra in caelo extitisse, quomodo ignorant hi qui alioqui nihil omnino sciunt? Deinde cum diluvium orbi supervenit, omnesque in aquis suffocati sunt,

(1) Eusebium ante episcopatum fuisse monachum, patet ex eius vita auctore Iohanne notario quam nos edidimus. Immo et alibi interdum monachi titulo simul praeditum, diximus in praef. tomi IX. Spicil. rom. p. 3.

(2) Conferendus est sermo hic praesertim cum Eusebii eiusdem sermone VI. a nobis pridem edito in Spicil. rom. T. IX. p. 664. Diximus de hoc sermone περὶ ἀστρονόμων ibidem in praef. p. 10. Iam ne de antiquitate dubitemus, citantur huius sermonis sub Eusebii nomine partes abs Ioh. damasceno in parallelis p. 316. et 391; immo etiam ab antiquiore Iohanne monacho in suis aeque parallelis p. 783; et quidem non sine minutis additamentis, quae in codice parisiaco sermoni deerant, a nobis autem inserta fuerunt.

(3) Alexander hic loquitur cum Eusebio etiam in aliis aliquot sermonibus, quos edidimus; deque eo dictum fuit in graeca vita Eusebii, nostrisque praefationibus.

Noë cum septem tantum animabus incolumi, octo ne sola in caelo astra fuerunt? Defecerunt ne omnia reliqua, mansitque inornatum caelum? Iam si pro hominum numero sunt astra in caelo, cur ex his nonnulla proprio nomine appellantur? Quomodo ploas, quod dicitur plaustrum, septem habet astra; quorum Mazuroth etiam, quod dicitur hexastricum, sex habet astra, quin umquam horum deficiat numerus? Alia quoque sunt apparentia astra, quae nulla temporum successione desinere scimus. Igitur si pro hominum numero astra sunt, quomodo nullum umquam astrum defecit? Item quomodo scripturarum doctrinam nemo considerat! Nonne audisti dicentem Davidem: « lunam et stellas quas tu fundasti? » Porro stellae ab initio fundatae dicuntur, non quod immobiles sint, sed quia perpetuo manent in caelo. Revera non sunt immobiles, sed unaquaeque cursum suum perficit, prout ei constitutum fuit. Valde igitur peccant, qui sic loquuntur.

2. Quidam astris maledicunt, siquando homini alicui irascuntur, aiuntque: vae astro tuo. Alii dicunt: ille bono astro genitus fuit, ideoque res eius cum astro concordant. Atqui vae iis qui haec dicunt! Vae iis qui solem venerantur lunamque et stellas! Multos enim adorare solem eique supplicare scio. Nam sole oriente orant dicentes: miserere nostri. Neque hoc tantum heliognostae et haeretici faciunt, verum etiam christiani, fide omissa, haereticis admiscentur. Cur caeli, solis, lunae, stellarumque relicto auctore, creaturas adoras? Non est creaturae serviendum prae creatore. Scriptum est enim: dominum Deum tuum adorabis, et illi servies. Maledictus quisquis solem adorat et lunam ac stellas, et quicquid aliud factum est, loco factoris. Multi alia quoque in caelo imagi-

πνικτῷ θανάτῳ παρεδόθησαν, καὶ Νῶε μετὰ τῶν ἑπτὰ ψυχῶν διεσώθη, ὀκτὼ μόνον ἀστέρες ἦσαν ἐν τῷ οὐρανῷ; καὶ ἐξέλειπον οὖν πάντες, καὶ ἀκόσμητος ἔμεινεν ὁ οὐρανός; καὶ εἰ κατὰ ἄνθρωπον οἱ ἀστέρες ἐν τῷ οὐρανῷ εἰσὶν, πῶς τινὲς αὐτῶν κατ᾽ ὀνομασίαν εἰσί; πῶς ἡ πλωὰς *, ἡ λεγομένη ἅμαξα, ἑπτὰ ἔχει ἀστέρας. καὶ οὐδέποτε ἐκλείπει ὁ ἀριθμὸς τῶν ἑπτὰ ἀστέρων; καὶ ὁ Μαζουρὼθ (1) ὁ λεγόμενος ἑξάστερος, ἓξ ἔχει ἀστέρας, καὶ οὐδέποτε ἐκλείπει ὁ ἀριθμὸς τῶν ἓξ ἀστέρων; καὶ ἄλλοι δὲ φανεροί εἰσιν, οὓς οἴδαμεν κατὰ διαδοχὴν ὅτι οὐδέποτε ἐκλείπουσιν· εἰ οὖν κατὰ ἀριθμὸν τῶν ἀνθρώπων εἰσὶν ὁ ἀστέρες, πῶς τούτων οὐδεὶς ἐξέλιπε ποτέ; ὢ πῶς οὐδεὶς κατανοεῖ τὴν τῶν γραφῶν διδαχήν· οὐκ ἤκουσας τοῦ Δαβὶδ λέγοντος * “σελήνην καὶ ἀστέρας, ἃ σὺ ἐθεμελίωσας;” οἱ ἀστέρες ἐξ ἀρχῆς τεθεμελιωμένοι δὲ λέγονται, οὐχ ὅτι ἀκίνητοι εἰσὶν, ἀλλὰ πρὸς τὸ διαμένειν ἀεὶ ἐν τῷ οὐρανῷ· οὐκ εἰσὶ δὲ ἀκίνητοι, ἀλλ᾽ ἕκαστος αὐτῶν δρόμον τελεῖ καθὼς προσετάχθη· μεγάλως οὖν ἁμαρτάνουσιν οἱ ταῦτα λέγοντες.

[* ita cod.] [* Ps. VIII. 4.]

β'. Εἰσί τινες καταρώμενοι τοὺς ἀστέρας ὅταν κατά τινος ὀργίζονται, καὶ λέγουσιν, οὐαὶ τῷ ἄστρῳ σου· ἄλλοι δὲ λέγουσι, καλῷ ἄστρῳ ἐγεννήθη, διὸ καὶ συναστρεῖ αὐτῷ τὰ πάντα· καὶ οὐαὶ τοῖς ταῦτα λέγουσιν· οὐαὶ τοῖς προσκυνοῦσι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας· πολλοὺς γὰρ οἶδα τοὺς προσκυνοῦντας καὶ εὐχομένους εἰς τὸν ἥλιον· ἤδη γὰρ ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, προσεύχονται καὶ λέγουσιν, ἐλέησον ἡμᾶς· καὶ οὐ μόνον ἡλιογνῶσται (2) καὶ αἱρετικοὶ τοῦτο ποιοῦσι, ἀλλὰ καὶ χριστιανοὶ, καὶ ἀφέντες τὴν πίστιν, τοῖς αἱρετικοῖς συναναμίγνυνται· τί ἀφεὶς τὸν ποιητὴν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης καὶ τῶν ἀστέρων, τοῖς κτίσμασι προσκυνεῖς; οὐ δεῖ λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα· γέγραπται γάρ· * κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ λατρεύσεις· ἐπικατάρατος προσκυνῶν τὸ ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς

[* Deut. VI. 13.]

(1) Videtur hebraicum מַזָּרוֹת apud Iob XXXVIII. 32, quod idem est ac מַזָּלוֹת 4. Reg. XXIII. 5.

(2) Animadverte vocabulum ἡλιογνῶσται; immo etiam sectam peculiarem superstitiosorum.

ἀστέρας, καὶ εἴ τι ἕτερον ποίημα παρὰ τὸν ποιητήν· πολλοὶ καὶ ἕτερα τινὰ φαντάζονται ἐν τῷ οὐρανῷ· πολλοὶ μυθολογοῦσι τὴν σελήνην κατέρχεσθαι καὶ εἰς ζῷον μεταβάλλεσθαι· ὅταν γὰρ ἐξαιματοῦται (1), λέγουσι πλανώμενοι, ὅτι ἄνθρωπος κατήγαγεν αὐτὴν καταγοητεύσας (2)· καὶ οὐαὶ τοῖς τοῦτο λέγουσι· τίς ἠδυνήθη καταγοητεύσας ἀναβαίνειν εἰς οὐρανόν; ἠβουλήθη καὶ Σίμων ὁ μάγος ἀνελθεῖν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀλλὰ πεσὼν διεῤῥάγη· μὴ γένοιτο τοιοῦτον τί γενέσθαι, ἀλλὰ συστήματα καιρῶν εἰσὶ καὶ πολέμων· οὐδεὶς γὰρ δύναται σαλεῦσαι ἄστρον οὐρανοῦ, οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα, ἃ ὁ θεὸς τῇ ἰδίᾳ δυνάμει ἐθεμελείωσεν.

nantur. Multi lunam fabulantur ad nos descendere, et in animal immutari. Nam cum cruenta videtur, aiunt vaniloqui hominem aliquem eam de caelo deduxisse veneficiis. Sed vae haec dicentibus! Quis enim fascinaturus conscendere in caelum queat? Voluit et Simon magnus in caelum ascendere, sed lapsu diruptus est. Longe abest, ut quicquam huiusmodi umquam contingat; sed sunt potius complicatae vices temporum ac bellorum. Nemo certe potest caeli astra sive parum sive magnopere commovere, quae Deus virtute sua stabilivit.

γ'. Πολλοὶ λέγουσιν ὅτι νεφέλας καὶ τοὺς ἀπελαύνουσι γόητες, καὶ τοῦτο ματαιολογοῦσι· τίς δύναται πρόσταγμα θεοῦ ἀποστρέψαι γοητείᾳ; καὶ γὰρ νέφη κατὰ προσταγὴν τοὺς ὑετοὺς ἐκχέουσιν ἐπὶ τὴν γῆν, πῶς δύναται ἄνθρωπος πρόσταγμα θεοῦ ἀποστρέψαι;
* Exod. VII. seq. ἄκουσον τῆς γραφῆς· * ὅτε ἠβουλήθη ὁ θεὸς ἐξαγαγεῖν τοὺς Ἰουδαίους ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐποίησε διὰ Μωϋσέως πολλὰ σημεῖα καὶ τέρατα· καὶ ἐποίησαν δὲ οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν Αἰγυπτίων κατὰ φαντασίαν, καὶ ἠπάτησαν τὸν Φαραώ· ἐξέτεινε δὲ Μωϋσῆς τὴν ῥάβδον, καὶ ἰδοὺ τὰ νέφη συνέτρεχον, καὶ ὁ οὐρανὸς συνεσκεδάννυτο, καὶ ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ προέβαινον, θάνατος ἠπειλεῖτο τοῖς Αἰγυπτίοις, χάλαζα κατήρχετο, καὶ οὐχ ὑπελείπετο ἔτι ζῆν τὰ ἐν τῷ πεδίῳ· εἰ δυνατοὶ ἦσαν οἱ φαρμακοὶ ἀπελάσαι νέφη, διὰ τί ὅτε ἐπηνέχθη ἡ χάλαζα οὐκ ἠδυνήθησαν ἀποστρέψαι τὸν ὑετὸν καὶ τὴν νεφέλην; πάντα οὖν κατὰ προσταγὴν θεοῦ γίνεται· ὁ ἥλιος οὐχ ὅτε θέλει ἀνατέλλει, ἀλλ᾽ ὅτε προστάσσεται· εἰ γὰρ ἔμελλεν ὅσην ἔχει θέρμην ἐκπέμπειν ἐπὶ τὸ τῆς γῆς χωρίον, οὐχ ὑφίστατο τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος· πῦρ γὰρ ἐστὶν καὶ οὐδὲν ἕτερον· ἡ σελήνη οὐχ ὅσον θέλει αὔξει, ἀλλὰ μέτρῳ καὶ σταθμῷ καθὼς προσετάχθη· ἡ γῆ οὐχ ὅτε θέλει
* cod. θέλη pro θεος. καρποφορεῖ, ἀλλ᾽ ὅτε θεὸς * προστάσσεται·

3. Multi dicunt nubes et pluvias ab incantatoribus dispelli; in quo item stulte loquuntur. Quis Dei iussum potest praestigiis ullis avertere? Nunc quia nubes Dei iussu pluvias in tellurem effundunt, quomodo poterit homo mandatum Dei impedire? Audi scripturam. Cum Deus voluit Iudaeos ex Aegypti regione educere, multa per Moysem patravit signa atque prodigia. Idem porro secundum phantasiam magi quoque Aegyptiorum fecerunt, et Pharaonem deceperunt. Sed extendit Moyses virgam, et ecce nubes conglobabantur, et caelum permiscebatur, et fulgura ac tonitrua procedebant, mors Aegyptiis impendebat, grando ruebat, nihil iam in agris vitale supererat. Si malefici poterant nubes dispellere, cur cum grando ruebat non potuere pluviam nubesque dissipare? Cuncta igitur Dei iussu eveniunt. Sol haud cum vult exoritur, sed cum iubetur. Nam si is forte quantum habet calorem in regionem terrestrem iacularetur, haud iam hominum genus subsisteret: totus enim igneus sol est. Luna item haud quantum vult crescit, sed certa mensura ac pondere, prout iubetur. Tellus haud pro suo libito fructificat, sed cum Deus praecipit.

(1) Errat heic Damasceni latinus interpres p. 391. dicens: *cum sese praestigiator cruentat* etc. Non enim homo sed luna cruenta apparet, prout Act. II. 20. Recte tamen idem interpres p. 784.

2) Virgilius in pharmaceutria: *carmina de caelo possunt deducere lunam.*

Prorsus nihil absque Dei iussu fit, sicut ipse dixit: ne passer quidem sine patre vestro in laqueum cadet.

4. Sunt etiam nonnulli qui aiunt scriptum esse de homine, quicquid ipse pravi bonive acturus est. Quamobrem hi cum in pravum aliquid decidunt Satanae vel propriae voluntatis impulsu, dicere solent: vae scripto de me! Atqui vae potius ita loquentibus! Novi item multos qui dicunt, homines vi fati mori, aut in flumine, aut praecipitio, aut alio modo quolibet. Sed in hoc pariter fatue loquuntur et peccant. Nam Deus libero praeditum arbitrio fecit hominem, eique tum lucis viam tum tenebrarum, atque emolumentum vel damnum inde manans ostendit, ore prophetae dicens: si volueritis et audieritis me, bona terrae comedetis: quod si nolueritis neque auscultaveritis mihi, inquit, equidem vos non cogo. Nam quod necessitate cogente fit, lucrum non habet. Poterat sane Deus te vel invitum efficere bonum; sed tamen quod involuntarium est, caret mercede. Si scriptum esset, ut bene vel male ageremus, profecto haud dixisset: si volueritis et audieritis me; sed agesis, dixisset, scriptis obsequere. Atqui tantummodo dixit: si volueritis et audieritis me. Ego, inquit, terminos tibi non constitui, bonum vel malum tibi non decrevi, liberum tibi arbitrium contuli; quod vis age; scriptum non est, ut bene vel male agas. Certe si is scripsisset ut ego peccarem, idque reapse agerem, cur me damnaret? nam iussui eius haud queo resistere. Quis me reum ageret Dei constituta exsequentem? Ne tibi fucum facias, o homo. Numquam Dei voluntate male agit homo: nam quae eveniunt homini tentationes, a maligno hoste sunt. Quod si mihi non credis, audi dicentem apostolum: nemo tentatus dicat se tentari

καὶ ἅπαξ οὐδὲν παρεκτὸς προστάγματος θεοῦ γίνεται· καθὼς εἶπεν, ὅτι οὔτε στρουθίον εἰς παγίδα (1) πεσεῖται ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν.

δʹ. Εἰσί τινες λέγοντες, ὅτι γεγραμμένον ἐστὶ περὶ τοῦ ἀνθρώπου ὅσα δεῖ αὐτὸν ποιῆσαι πονηρὰ καὶ ἀγαθά· ὅθεν καὶ ἐμπίπτοντες εἰς κακὰ ἐκ τοῦ Σατανᾶ καὶ ἐκ τῆς ἰδίας προαιρέσεως, συνήθως λέγουσιν, οὐαὶ τῷ γραπτῷ μου· καὶ οὐαὶ τοῖς ταῦτα λέγουσιν· οἶδα πολλοὺς λέγοντας, ὅτι κατὰ δοτὸν ἀποθνήσκουσιν ἄνθρωποι, ἐν ποταμῷ ἢ ἐν κρημνῷ, ἢ οἱῳδήποτε τρόπῳ· καὶ τοῦτο ματαιολογοῦσι, καὶ ἁμαρτάνουσι λέγοντες· ὁ γὰρ θεὸς ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον αὐτεξούσιον, καὶ ἔδειξεν αὐτῷ τὴν ὁδὸν τοῦ φωτὸς, καὶ τοῦ σκότους καὶ τὸ κέρδος, καὶ τὴν ζημίαν, λέγων διὰ τοῦ προφήτου· * ἐὰν θέλητε καὶ εἰσ- * Is. I. 19.
ακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε μηδὲ εἰσακούσητέ μου, φησὶν, ἐγὼ οὐκ ἀναγκάζω ὑμᾶς· τὸ γὰρ ἐξ ἀνάγκης γινόμενον, κέρδος οὐκ ἔχει· ἠδύνατό σε ὁ θεὸς καὶ ἄκοντα ποιῆσαι καλὸν, ἀλλὰ τὸ ἀκούσιον ἄμισθόν ἐστιν· εἰ ἦν γεγραμμένον τὸ ποιεῖν ἀγαθὸν καὶ πονηρὸν, οὐκ ἔλεγεν ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου· ἀλλὰ τοῦτο ἔλεγεν δεῦρο, ἐξακολούθει τοῖς γεγραμμένοις· ἀλλὰ μονοτρόπως εἶπεν· ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου· ἐγὼ, φησὶν, ὅρους σοι οὐκ ἔθηκα, οὐκ ἔταξα ἐπὶ σοὶ καλὰ καὶ κακὰ, αὐτεξούσιόν σε ἐποίησα· ὃ βούλει ποίει· οὐκ ἔστι γεγραμμένον ποιεῖν καλὰ καὶ κακά· ἐπεὶ εἰ ἔγραψέ με ποιεῖν ἁμαρτίαν, καὶ ποιῶ αὐτὴν, ἵνα τί με κρίνει; τῷ γὰρ προστάγματι αὐτοῦ ἀντιστῆναι οὐ δύναμαι· ἢ τίς κρίνει με τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηροῦντα; μὴ πλανηθῇς, ὦ ἄνθρωπε· οὐδέποτε ὁ θεὸς θελητής ἐστι κακοῦ ἀνθρώπων· οἱ γὰρ ἐπερχόμενοι τῷ ἀνθρώπῳ πειρασμοὶ, ἐκ τοῦ πονηροῦ εἰσίν· εἰ δὲ ἐμοὶ οὐ πείθεις, ἄκουε τοῦ ἀποστόλου λέγοντος· * μη- * Iac. I. 13.
δεὶς πειραζόμενος λεγέτω ὅτι ἀπὸ τοῦ θεοῦ πειράζομαι· ὁ γὰρ θεὸς ἀπείραστός (2) ἐστι

(1) Matth. X. 29. passim quidem εἰς τὴν γῆν, *in terram*. Sed εἰς παγίδα, *in laqueum*, habent apud Scholzium Clemens, Chrysostomus, Iuvencus, quorum auctoritates Eusebius noster nunc cumulat.

(2) Passivo sensu intellexit etiam interpres syriacus. In labbeanis glossis ἀπείραστος *intentatus*, quod congruit cum latino vulgato, mutato tamen *or* in *us*.

κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα· ἕκαστος δὲ πειράζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας· ἐὰν δὲ ποιῇς ἀγαθὸν, τῇ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ ἐπίγραψον· ἐὰν δὲ πονηρὸν, τῇ τοῦ διαβόλου πονηρίᾳ· ἡ ἀγαθὴ ὁδὸς παρὰ τοῦ κυρίου κατευθύνεται τῷ ἀνθρώπῳ· ἡ πονηρὰ, ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ.

ε'. Δύο εἰσὶν ὁδοί· εἰς οἵαν ἀρέσκεται ἄνθρωπος, ἐν αὐτῇ βαδίζει· ἐὰν ἐστὶν ἡ πρόθεσις τινὸς πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θέλει τῇ ἀγαθῇ ὁδῷ βαδίσαι, εὐθέως ἀποδίδωσιν ὁ θεὸς τὴν χεῖρα, καὶ κατευθύνει αὐτοῦ τὴν ὁδὸν, καὶ τὰ διαβήματα κατορθοῦνται, καὶ ὁ βίος αὐτοῦ γίνεται ἐν ἀγαθῇ πολιτείᾳ, καὶ πληροῦται
Ps. XXXVI. 23. ἐν αὐτῷ τὸ ῥητὸν τοῦ Δαβίδ· * "παρὰ κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει σφόδρα." Ποίαν ὁδὸν θέλει ὁ θεὸς πορευθῆναι τὸν ἄνθρωπον; ἢ πάντως τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν, τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον· ἡ γὰρ πλατεία καὶ εὐρύχωρος ὁδὸς, τοῦ Σατανᾶ ἐστιν ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν. Τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ τὰ μίλια εἰσὶ ταῦτα· πρὸ πάντων ἀγάπη, ἐλεημοσύνη, παρθενία, ἀφιλαργυρία, ἀφθονία, ἀοργησία, ἀμνησικακία, νηστεία, εὐχὴ, ἀγρυπνία, χαμευνία, ψαλμῳδία, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, τὰ ἀπάγοντα εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. Τῆς πλατείας καὶ εὐρυχώρου τὰ μίλια εἰσὶ ταῦτα· πλεονεξία μήτηρ τῆς εἰδωλολατρείας, μνησικακία, φθόνος, φόνος, μοιχεία, πορνεία, ἔρις, καταλαλιὰ, κατηγορία, ὀργὴ, μέθη, κραιπάλη, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, τὰ ἀπάγοντα εἰς τὴν ἀπώλειαν. Τὸν πορευόμενον τὴν στενὴν ὁδὸν ὁδηγεῖ ὁ θεὸς εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον.

ϛ'. Ἀλλ' ἀντιλέγουσι τινὲς λέγοντες, ὅτι οὐ θέλει τις δίκαιος εἶναι καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν; πολλοὶ, φησὶν, ἠθέλησαν δικαιοπραγῆσαι, καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐκτελέσαι· διὰ τί τούτους ἀφῆκεν ὁ θεὸς ἀπολέσθαι; διὰ τί οὐκ ἐβοήθησεν αὐτοῖς; εἰ τοῖς βουλομένοις *, φησὶν, εἰς ἀγαθὸν ἐπιδίδωσιν ὁ θεὸς τὴν χεῖρα, διὰ τί τούτοις οὐκ ἐβοήθησεν; ἀλλ' ἄκουσον τί λέγει ἡ γραφή· * οὐχ ὡς ἄνθρωπος, ὄψεται ὁ θεός· ἄνθρωπος εἰς πρόσωπον, θεὸς εἰς καρδίαν· σὺ τὸ πρόσωπον

* cod. βαλλομένοις.

* I. Reg. XVI. 7.

a Deo; Deus enim intentabilis malis est, et ipse neminem tentat; sed unusquisque tentatur a concupiscentia sua. Iam si bonum egeris, Dei benignitati adscribe: sin autem malum, diaboli malitiae imputa. Nam bona via dirigitur homini a Domino, mala a Satana.

5. Duae viae sunt: utram mavult homo, in ea graditur. Si cuius propositum ad Deum tendit, vultque bona via pergere, statim ei Deus manum tendit, eiusque iter dirigit; ideoque gressus eius prosperi fiunt, vita ipsius bonis moribus ornatur, in eoque Davidis dictum completur: « a Domino gressus hominis diriguntur, et viam eius volet nimis. » Quanam via vult Deus hominem incedere? nempe angusta et aspera via, quae ad vitam aeternam ducit. Nam lata et spatiosa via Satanae est, et in perditionem ducens. Angustae et asperae viae miliaria veluti haec sunt: in primis caritas, eleemosyna, virginitas, liberalitas, nullius rei invidentia, lenitudo, iniuriarum oblivio, ieiunium, preces, vigiliae, chaumenia, psalmodia, et his similia, quae ad vitam aeternam deducunt. Latae vero ac spatiosae miliaria haec sunt: avaritia idololatriae parens, animus ultor, invidia, caedes, adulterium, scortatio, contentio, obtrectatio, criminatio, ira, ebrietas, crapula, et his similia, quae ducunt in perditionem. At enim illum, qui angusta via graditur, ducit Deus ad vitam aeternam.

6. Sed contradicunt ita nonnulli: quis nolit esse iustus, et in regnum introire? Profecto multi recte agere voluerant, neque tamen propositum perficere valuerunt. Cur hos Deus perire sivit? Cur his opem non tulit? Si volentibus, inquam, ad bonum tendere Deus manum porrigit, cur his reapse non est auxiliatus? Sed audi quid scriptura dicat: non sicut homo, Deus videbit; homo faciem, cor Deus. Tu faciem consideras, resque exteriores spectas;

Deus corda scrutatur, et mentes inspicit. Cave existimes cunctos secundum Deum vivere: pauci immo sunt qui ad Dei regulam mores componunt, sed ut hominibus placeant ita se gerunt, cilicium publice gestant, coma sunt intonsa, iactanter incedunt, nempe apud homines bona sua opera ostentantes, et sancti vocari volunt, atque ab omnibus adorari. Tu exteriora tantum consideras, illosque omnia secundum Deum agere existimas, nec quid in eorum corde lateat pervides: at Deus cordium renumque scrutator, cursum illorum probe novit, eosque prolabi sinit, ut ipsorum consilia revelentur. Nam qui ut hominibus placeant, virtutes in vita exercent, hi lapsibus corruunt. Secus vero qui secundum Deum pergunt ascetae, numquam a Deo deseruntur, sicut ait propheta: « iunior fui, etenim senui, et non vidi iustum derelictum. »

7. Multi monachi ad nuptias lapsi divertunt, prave intelligentes apostoli dictum, recte ab eo prolatum. Ait enim: « si se non continent, nubant. » Neque sciunt, post promissiones Deo factas, iam non dici nuptias, sed perpetuam fornicationem. Nam postquam ipsi Deo voverunt mundi renunciationem, si retro convertantur, haud iam sit coniugium, sed tota vita crimen, copula damnabilis, filii nothi, nuptiae illegitimae. Nemo quippe qui manum suam ad aratrum miserit, et retro respexerit, regno caelorum aptus est. Non enim, ut ipsi putant, his qui renunciarunt dixit apostolus, ut deserto post renunciationem monasterio, nuptiis copulentur; sed qui non se continent, nubant. Videlicet, ut ante quam renunciet, unusquisque se probet, animamque suam exploret, num corporis necessitates perpeti possit et scandala a maligno daemone obiicienda, et aestum cupiditatum: quo facto, tum demum iugum subeat renunciationis. Quod si se

κατανοεῖς καὶ τὰ ἔξωθεν πράγματα βλέπεις, ὁ θεὸς τὰς καρδίας ἐρευνᾷ καὶ τὰς διανοίας κατανοεῖ· μὴ νομίσῃς ὅτι πάντες κατὰ θεὸν πολιτεύονται· ὀλίγοι εἰσὶν οἱ κατὰ θεὸν πολιτευόμενοι, ἀλλὰ κατ' ἀνθρωπαρέσκειαν ταῦτα ποιοῦσι, καὶ προβάλλουσι σακκοφορίαν, καὶ κομῶσι τὰς κεφαλὰς, καὶ περιπατοῦσιν ἐπιδεικτικῶς, ἐπιδεικνύμενοι τοῖς ἀνθρώποις τὰ κατορθώματα ἑαυτῶν, καὶ θέλουσι κληθῆναι ἅγιοι, καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ πάντων· κατανοεῖς σὺ τὸ ἔξωθεν μόνον, καὶ νομίζεις αὐτοὺς κατὰ θεὸν πάντα ποιεῖν, καὶ οὐκ οἶδας τί κέκτηται αὐτῶν ἡ καρδία· ὁ δὲ κύριος ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς, οἶδεν αὐτῶν τὴν ὁρμὴν, καὶ ἀφίησιν αὐτοὺς ἐκπεσεῖν, ἵνα φανερωθῶσιν αὐτῶν τὰ βουλεύματα· οἱ γὰρ κατ' ἀνθρωπαρέσκειαν μετερχόμενοι τὸν βίον τῶν ἀρετῶν, οὗτοι καὶ σφάλμασι περιπίπτουσιν· οἱ γὰρ κατὰ θεὸν προβαλλόμενοι ἀσκῆσαι, οὐδέποτε ἐγκαταλιμπάνονται ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθὼς εἶπεν ὁ προφήτης *, * Ps. XXXVI. 25.
ὅτι " νεώτερος ἐγενόμην, καὶ γὰρ ἐγήρασα, καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον. "

ζ'. Πολλοὶ δὲ τῶν μοναχῶν σφαλέντες εἰς γάμον προτρέπονται, κακῶς ἐκλαμβάνοντες τὸ τοῦ ἀποστόλου ῥητὸν, τὸ καλῶς εἰρημένον· φησὶ γάρ· * " εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμείτωσαν· " καὶ οὐκ οἴδασιν ὅτι μετὰ * I. Cor. VII. 9.
τὰς συνθήκας τὰς εἰς θεὸν, οὐ λέγεται γάμος, ἀλλὰ διηνεκὴς μοιχεία· μετὰ γὰρ τὸ συνθέσθαι αὐτοὺς τῷ θεῷ περὶ τῆς ἀποταγῆς, καὶ πάλιν εἰς τὰ ὀπίσω στραφῆναι, οὐκ ἔστι γάμος, ἀλλὰ καὶ ὁ βίος ἔγκλημα, ἡ κοίτη ἐν κατακρίσει, καὶ τὰ τέκνα νόθα, καὶ ὁ γάμος ἐν παρανομίᾳ· οὐδεὶς γὰρ ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετος ἐστὶν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· * οὐ γὰρ ὡς ὑπολαμβάνουσιν, ὅτι τοῖς * Luc. IX. 62.
ἀποταξαμένοις εἶπεν ἀπόστολος ἀφιέναι τὴν τάξιν τῆς ἀποταγῆς καὶ τὸ μοναστήριον, καὶ γάμῳ ζευγνῦσθαι· ἀλλὰ τοῦτο εἶπεν, εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμείτωσαν· ἵνα πρὸ τοῦ ἀποτάξασθαι, δοκιμάσῃ ἑαυτὸν, καὶ νοήσῃ τὴν ἰδίαν ψυχὴν, εἰ δύναται ὑπενέγκαι τὰς ἀνάγκας τοῦ σώματος, καὶ τὰ σκάνδαλα τὰ ἐπερχόμενα ἐκ τοῦ πονηροῦ, καὶ τὸν καύσωνα·

καὶ τότε ὑπεισελθὼν τῷ ζυγῷ τῆς ἀποταγῆς· εἰ δὲ ταῦτα οὐκ ἐγκρατεύεται, καὶ γινώσκει ἑαυτὸν εὐάλωτον ὑπάρχειν, ἐν τούτῳ γαμησάτω· κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι; καὶ μὴ δυνάμενον φυλάξαι ἑαυτὸν, ἐμπεσεῖν εἰς τὰ καταχθόνια τοῦ ᾅδου· ταῦτα εἰδὼς καὶ ἀκούων, ὀφείλεις ἀποτασσόμενος πολὺ δοκιμάσαι ἑαυτὸν, καὶ μετὰ πολλῆς σκέψεως ὑπεισελθεῖν τῷ ζυγῷ τῆς ἀποταγῆς, ἵνα ἕως τέλους βαστάσας τὸν χρηστὸν ζυγὸν τῆς ἐγκρατείας, τύχοις τῆς ἐπουρανίου βασιλείας· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα κράτος τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

in his non continet, seque facile victum iri agnoscit, tali rei conditione nubat. Melius est enim nubere, quam uri: ne dum semet custodire nequit, in inferni profunda ruat (1). His auditis et cognitis, quicumque renuntiaturus es, multum debes te ipsum probare, nec nisi post multam considerationem iugo te renunciationis submittere: ut deinde usque ad obitum portans praeclarum continentiae iugum, caelesti regno potiaris. Quod utinam omnes consequamur gratia et benignitate domini nostri Iesu Christi, cui una cum Patre et sancto Spiritu gloria, potestas, honorque nunc sit et semper et in saecula saeculorum. Amen.

(1) Vides mirabilem ecclesiae in doctrina de religioso caelibatu constantiam. Vides item genuinam paulini textus intelligentiam, quam ante hos annos propugnavit egregie etiam Cardinalis Gottus colloquio tertio adversus Piceninum.

EPIMETRUM.

De Eusebio emeseno, et quomodo is ab Eusebio alexandrino distinguendus omnino videatur, satis ut spero disserui in superiore monito p. 499-500. Nunc lectores admonere placet, vidisse me in bibliotheca vaticana latinum codicem pervetustum, saeculi ferme XI, homilias continentem XXXIV, hoc titulo: *incipit liber domni Eusebii, qui translatus est* (cod. *quem translatum est*) *ex hebraeo in latinum.* Hae porro homiliae, duabus exceptis XIV. et XV., leguntur omnes sub Eusebii gallicani nomine in Patrum bibliotheca lugdunensi T. VI. Ubi tamen in editione p. 631. G. lacuna est, in nostro codice f. 49. b. ea sic expletur: *iterum virginitas fecundetur, iterum humana condicio ex incorruptione nascatur, ut homo gloriosam ac virgineam nativitatem* etc. At secunda ibidem lacuna, non potest ope codicis expleri, quia folium excidit. Iam duarum codicis homiliarum, quas in editione desiderari dixi, quaeque in festo paschali recitatae fuerunt, rationem ego postea, si operae pretium fuerit, habiturus sum, cum latinorum Patrum homilias alias, quas ex codicibus colligo, typis committam. Dicuntur itaque hae Eusebii homiliae ex hebraeo (id est syriaco) translatae. Et revera Eusebium (qui fuit postea emesenus episcopus) natum in Mesopotamia, et in schola Syrorum edessena eruditum, narrant nobis Socrates hist. II. 9., et Sozomenus III. 6. Denique de harum latini nunc sermonis homiliarum crisi verba facere heic non interest, quarum certe non unus auctor fuit; et si quidem emesenus non est negandus, ne gallicanus quidem aliquis est excludendus; quam iamdiu controversiam docti homines pertractaverunt.

DE SERMONE
SANCTI ALEXANDRI PATRIARCHAE ALEXANDRINI
EDITORIS MONITUM.

Dixi in Spicilegio romano T. III. p. 694, *ex orientalibus bibliothecae vaticanae codicibus multa excitari scripta veterum posse, quae omnino desideramus. Et quidem praeter lauta illa, quae loco citato edidi patrum fragmenta, maiora indidem iam antea extuleram, Zachariae videlicet melitenensis capita historica, Ebediesu et Abulpharagii tractatus canonicos, Armeniorum etiam canones, Severi antiocheni sermones aliquot, et nuper S. Cyrilli contra Synusiastas et Diodorum ac Theodorum reliquias. Iam vero inter prima illa, quae memoravi, codex vaticanus arabicus* 101. *bonam mihi particulam suppeditaverat sermonis S. Alexandri patriarchae alexandrini* (1); *quem sermonem deinde integrum in syriaco vat. codice* 368. *nactus sum, id quod olim in Scriptorum vet. tom. V. p.* 42. *significavi. Nunc ecce post alexandrini Cyrilli graeca scripta sermonem hunc Alexandri syriace simul atque latine (quandoquidem graeca verba desideramus) operam mihi suam commodantibus Matthaeo Sciakuano et Francisco Mehasebo Maronitis litteratissimis, in lucem exire iubeo, ne tantae antiquitatis, auctoritatis, famaeque episcopi diutius os conticescat.*

Porro rei verae testimonia sunt, primo quidem fragmenta illa ex codice arabico, quae Alexandri archiepiscopi alexandrini nomen gerunt (Spicil. rom. T. III. p. 699.*) quaeque in integro sermone eidem auctori inscripto, nunc suis recitata locis seriatim apparent. Deinde Sabariesus syrus auctor apud Assemanum Bib. or. T. III. p.* 543, *recitat ex Mokaffaei chronico arabico, Alexandri nostri fragmentum, quod pariter (mirabile dictu!) in sermone integro nostro n.* 5. *occurrit. Quamquam vero Mocaffaeus Alexandrum dicit papam* romanum, *is quidem manifestus error ab Assemano in indice p.* 658. *recte corrigitur, qui legendum suadet* alexandrinum. *Deinde (praeter quam quod scribentibus menda multa obrepere solent) rei veritatem nunc syriacus codex nos docet, qui Alexandro alexandrinae urbis antistiti hunc sermonem inscribit. Tum satis est exploratus mos orientalium romanos nominandi quotquot imperio romano suberant, et graeca, nedum latina, lingua utebantur. Quin et ipsum byzantinum imperium constanter romanum appellant, ut ipsi quoque byzantini historici solent, qui ita in libris suis ambitiose loquuntur, postquam Constantinopolis novae Romae nomen invasit. Locus igitur a Mocaffaeo relatus ita se habet: « Alexander romanus patriarcha inquit: manus quae Adamum creavit, ipsa clavis in cruce perforata est. Os quod in Adamum spiraculum vitae inspiravit, acetum bibit. Pes qui clavis confixus fuit, terram fundavit. » Haec, inquam paulo quidem liberius, sine dubio tamen ex hoc nostro sermone n.* 5. *sumpta vides. Verumtamen qui ibidem multo uberior locus praecedit, et a nobis virgulis distinctus fuit, is cum arabica sermonis interpretatione, in Spicilegio nostro edita, evidentius adhuc atque adamussim congruit. Ceteroqui non est mirandum, si qui sermo ex graeco in syriacum, ex hoc in arabicum, idioma transiit, paucas aliquot varietates in his transfusionibus passus sit. Quin adeo sermonis huius duae videntur extitisse apud Alexandrinos sive apud orientales, editiones; quandoquidem in codice syr. vat. post integrum sermonem, aliud attexitur eiusdem fragmentum, non sine paucis variis lectionibus. Ut vero existimem, interpretationem arabicam ex secunda syriaca esse derivatam, utor hoc indicio, quod arabicum codicis* 101. *fragmentum cum illo posteriore syriaco magis congruit, quam cum priore. Itaque etiamsi decreveram additamentum illud omittere, quia valde simile sermoni integro videbatur; attamen quia postea comperi, partem arabicam cum hac potius parte syriaca conspirare, ne mei argumenti vim ullatenus infirmarem, hanc quoque syriacam repetitionem minoribus saltem formis imprimendam curavi.*

1) Idem hic codex habet fragmenta SS. Iulii et Silvestri pontificum romanorum, quae ego graece edidi Script. vet. T. VII. p. 134, et 169. col. 2. v. 1-15.

Age vero edendi sermonis huius grata opportunitas adest, quia hoc tempore ex Anglorum typis prodeunt magni Athanasii festales epistolae seu orationes (graece deperditae) in syriaco pariter codice inventae: quibus hic iure meritoque comes fiet Alexandri sermo. Fuit quippe Alexander Athanasii a pueris educator, quem familiarem semper, adolescentem senex, et carissimum habuit, mensae etiam quotidianae participem, et fidelem librarium: eundem ipse diaconum ordinavit, secumque ad nicaenum concilium duxit, ut illic operam sibi navaret, συναγωνιζόμενον αὐτῷ ἐκεῖ, *ut diserte ait Socrates hist. lib. I.* 15: *quem denique moriens saepe nomine compellavit, atque ut sibi successor fieret, alexandrinum clerum enixe rogavit, quod reapse cum infinita rei christianae utilitate contigit: ita ut Athanasium talem tantumque episcopum, Alexandri curis acceptum referamus. Iam ut Alexander Athanasium adolescentem omni officio complexus est, ita idem Alexander antea iuvenis Petro episcopo martyri familiaris apprime fuerat, atque ab eo successor post Achillam eiusdem fratrem designatus. Namque ut legitur in Petri vita a nobis edita Spicil. T. III. p.* 682, *martyr inclytus in carcere positus, et iam pro fide plectendus, ambos illos alexandrinae sedi post se destinavit episcopos dicens: « te quidem Achillam primum, Alexandrum vero secundum. Et mox: » osculantes Petri manus ac pedes Achillas atque Alexander, conversi in lacrymas singultu amarissimo quatiebantur. »*

Alexandri graphicam imaginem Gelasius cyzicenus nobis exhibet in sua nicaeni concilii historia lib. II. 1. « Ὑποδέχεται τὴν τῆς ἱερωσύνης ἀρχὴν τῆς αὐτόθι τῶν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας Ἀλέξανδρος, ἀνὴρ τίμιος ἐν πᾶσι παντὶ τῷ τῆς ἐκκλησίας κλήρῳ καὶ λαῷ, μεγαλοπρεπὴς, εὐμετάδοτος, εὔλαλος, ἐπιεικὴς, φιλόθεος, φιλάνθρωπος, φιλόπτωχος, χρηστὸς, προσηνὴς πρὸς πάντας, εἴ πέρ τις ἄλλος. » *Suscepit sacerdotii principatum ibidem in alexandrina ecclesia Alexander, vir undequaque venerabilis universo clero ac populo, magnificus, liberalis, facundus, aequus, religiosus, benignus, pauperum amator, bonus, lenis ad omnes, si quis alius. » Is autem etsi Arium lenitate sua aliquamdiu studuit emendare, postea tamen pertinacia eius ac vafritia cognita, tribus eum conciliis fortissime condemnavit, dioecesano alexandrini cleri, provinciali episcoporum Aegypti, tertio demum nicaeno oecumenico, cui primus post romanos legatos subscripsit, ibique ob venerandam suam senectutem, dignitatem ac famam, visus est quodammodo conventus totius dominator ac rector, ut ait synodica concilii epistola:* Ἀλέξανδρος κύριος καὶ κοινωνὸς τῶν γεγενημένων τυγχάνων. *Quamobrem a Theodoreto quoque hist. I.* 2. *dicitur evangelicorum dogmatum strenuus propugnator:* Ἀλέξανδρος ὁ γενναῖος τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων γενόμενος πρόμαχος. *Reapse quicquid hactenus scriptorum Alexandri extabat, ab historicis ecclesiasticis conservatum, id Arium eiusque alumnos oppugnat; duas intellige epistolas, quarum prior prorsus insignis, tractatus plenissimi instar est, et omni laude maior. Atqui hae duae ex septuaginta supersunt; tot enim ab eo scriptas testatur Epiphanius haer. LXIX.* 4: « Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος γράφει ἐπιστολὰς ἐγκυκλίους, αἵ τινες παρὰ φιλοκάλοις ἔτι σώζονται, ὡς τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα. *Alexander episcopus scribit epistolas encyclicas, quae adhuc » apud studiosos servantur, numero fere septuaginta. » Unius ex his fragmenta tenuia citantur a Maximo opp. T. II. p.* 152. 155. *Utinam hae in codicibus saltem syriacis conspiciendas se darent, quod nuper felicissime accidit athanasianis! Nunc in tanto scriptorum Alexandri naufragio, sermonem saltem unum in populi concione habitum libenti animo excipiamus, in quo praeter cetera utilia, Christi divinitas passim praedicatur. Neque abest eloquentia (quam ei tribui a Gelasio diximus) nitida scilicet, popularis, et ore episcopali digna.*

Sermonem hunc Alexandri suppeditavit codex syriacus vat. membraneus, vetus, chaldaicis litteris duplici in laterculo exaratus. Habuit is sexaginta homilias (quarum nunc novem ob amissa folia desunt) patrum orthodoxorum Greg. nysseni, Greg. theologi, Basilii, Amphilochii, Ioh. chrisostomi, Procli, Isaaci (unum etiam Eusebii alex., nam mendum est in catalogo, alio nomine substituto, de die dominica.) Inter hos vigesimum locum tenet Alexandri hic sermo; quem auctor graece scripserat, Syri et Arabes, ut demonstravi, in linguas suas transtulerunt; de cuius sinceritate testimonia praedicta codicum et auctorum dubitare nos nullo modo sinunt.

ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܥܠ ܢܦܫܐ ܘܦܓܪܐ ܘܥܠ ܚܫܗ ܕܡܪܢ.

S. ALEXANDRI EPISCOPI (1) ALEXANDRIAE

SERMO DE ANIMA ET CORPORE

DEQUE PASSIONE DOMINI.

1. Verbum, quod sine invidia de caelo demittitur, cordibus nostris irrigandis idoneum est, si nos virtuti eius parati fuerimus, non dicendo tantummodo verum etiam auscultando. Nam sicut imber sine terra fructus non gignit, neque terra sine imbre; ita ne verbum quidem sine auditu fructificat neque auditus sine verbo. Porro verbum tunc fit fructuosum, cum id pronunciamus; auditus pariter, cum auscultamus. Igitur cum verbum vim suam expromit, vos quoque haud invide aurem praebete: et cum ad audiendum acceditis, omni vos invidia et incredulitate expurgate. Pessimae res invidia et incredulitas, quarum utraque iustitiae adversatur: etenim invidia caritati opponitur, fidei incredulitas: haud secus quam amaritudo dulcedini, luci tenebrae, bono malum, vitae mors, veritati mendacium. Age vero quicumque his repugnantibus virtuti vitiis abundant, ii mortui quodammo-

ܡܠܬܐ ܡܢ ܕܠܐ ܚܣܡܬܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܟܕ
ܡܫܬܕܪܐ ܡܫܟܚܐ ܗܝ ܕܬܫܩܐ ܠܠܒܘܬܢ.
ܐܢ ܗܘ ܕܐܦ ܚܢܢ ܡܫܟܚܝܢ ܢܗܘܐ ܠܘܬ
ܚܝܠܗ ܕܡܠܬܐ. ܠܘ ܓܝܪ ܟܕ ܗܘ ܕܐܡܪ
ܚܝܠܐ. ܐܠܐ ܟܕ ܗܘ ܕܫܡܥ. ܐܝܟܢܐ
ܓܝܪ ܕܡܛܪܐ ܠܐ ܟܕ ܦܐܪܐ ܝܗܒ ܡܢ ܐܪܥܐ.
ܐܦܠܐ ܐܪܥܐ ܝܗܒ ܡܢ ܡܛܪܐ. ܗܟܢܐ ܐܦܠܐ
ܡܠܬܐ ܝܗܒܐ ܦܐܪܐ ܝܗܒ ܡܢ ܡܫܡܥܬܐ.
ܐܦܠܐ ܡܫܡܥܬܐ ܝܗܒ ܡܢ ܡܠܬܐ. ܡܠܬܐ
ܓܝܪ ܝܗܒܐ ܗܝ ܕܢܐܡܪ. ܡܫܡܥܬܐ ܕܝܢ
ܗܝ ܕܢܫܡܥ. ܟܕ ܝܗܒܐ ܗܟܝܠ ܡܠܬܐ
ܚܝܠܐ. ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܕܠܐ ܚܣܡܬܐ ܗܒܘ
ܡܫܡܥܬܐ. ܟܕ ܩܪܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܕܟܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܢܦܫܟܘܢ ܟܠܗ ܚܣܡܐ ܘܠܐܗܝܡܢܘܬܐ. ܒܝܫܬܐ
ܓܝܪ ܗܢܝܢ. ܚܣܡܐ ܘܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܘܬܪܬܝܗܝܢ
ܠܟܐܢܘܬܐ. ܚܣܡܐ ܓܝܪ ܠܚܘܒܐ ܣܩܘܒܠ ܘܠܗܝܡܢܘܬܐ
ܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܘܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܡܪܝܪܘܬܐ
ܠܚܠܝܘܬܐ ܘܢܗܘܪܐ ܚܫܘܟܐ. ܘܛܒܬܐ ܘܒܝܫܬܐ.
ܘܚܝܐ ܘܡܘܬܐ. ܘܫܪܪܐ ܘܕܓܠܘܬܐ. ܘܡܛܠ ܗܢܝܢ
ܕܓܠܘܬܐ. ܐܝܠܝܢ ܗܟܝܠ ܕܡܬܚܠܦܝܢ ܡܢ
ܗܠܝܢ ܕܠܥܘܩܒܠ ܚܝܠܐ ܐܬܝܗܘܢ. ܐܝܠܝܢ

(1) Ita in cod. *episcopi*, ut est etiam in magna eius epistola dogmatica, non *archiepiscopi*, ut deinde appellati fuerunt praesules alexandrini; vel potius hic titulus pro libito variat in codd.

ܓܝܪ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܚܣܡܐ ܘܠܐ ܡܗܝܡܢܘܬܐ ܣܢܝܢ
ܠܚܘܒܐ ܘܠܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܕܥܒܕܝܢ
ܗܢܝܢ ܒܥܠܕܒܒܐ ܐܬܚܫܒܘ ܕܐܠܗܐ ܀

ܟܕ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܗܟܝܠ ܚܒܝ̈ܒܝ
ܕܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܚܣܡܐ ܘܠܐ ܡܗܝܡܢܘܬܐ
ܒܥܠܕܒܒܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܕܙܕܝܩܘܬܐ.
ܠܗܘ ܢܥܗܕܘܢ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܕܟܐܢܘܬܐ.
ܘܒܚܘܒܐ ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܐܚܘܕܘ. ܕܒܐܝܕܝܗܘܢ
ܗܘܐ ܦܘܪܩܢܐ ܠܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ ܡܢ ܫܘܪܝܐ
ܘܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ. ܗܢܘ ܕܝܢ ܦܐܪܐ
ܕܚܘܒܐ. ܠܘ ܒܠܚܘܕ ܒܡܠܬܐ ܐܠܐ ܘܒܥܒܕܐ
ܥܒܕܐ ܕܝܢ ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܕܒܐܠܗܐ ܢܟܦܬܐ.
ܗܐ ܓܝܪ ܐܦ ܗܘ ܡܪܢ ܚܘܒܗ ܕܠܘܬܢ
ܚܘܝ ܗܘ. ܠܘ ܒܠܚܘܕ ܒܡܠܬܐ.
ܐܠܐ ܘܒܥܒܕܐ. ܕܝܗܒ ܢܦܫܗ
ܦܘܪܩܢܐ ܚܠܦܝܢ. ܘܐܦ ܕܠܐ ܗܘܐ
ܐܝܟ ܥܠܡܐ ܗܘܝܢ ܒܡܠܬܐ ܐܠܐ ܘܒܥܒܕܐ.
ܠܥܠܡܐ ܓܝܪ ܒܡܠܬܐ ܚܕܐ. ܠܢ ܕܝܢ
ܒܡܠܬܐ ܘܒܥܒܕܐ. ܠܘ ܓܝܪ ܣܦܩܬ
ܠܗ ܠܐܠܗܐ ܗܝ ܕܢܐܡܪ. ܢܥܒܕ ܒܪ ܐܢܫܐ
ܒܨܠܡܢ ܘܒܕܡܘܬܢ ܕܝܠܢ. ܐܠܐ ܘܥܒܕܐ
ܒܬܪܗ ܢܩܦ. ܐܠܗܐ ܓܝܪ ܢܣܒ ܥܦܪܐ ܡܢ
ܐܪܥܐ. ܘܓܒܠܗ ܠܒܪ ܐܢܫܐ
ܒܨܠܡܗ ܘܒܕܡܘܬܗ ܘܢܦܚ ܒܗ ܢܦܚ
ܒܗ ܢܫܡܬܐ ܕܚܝܐ ܕܢܗܘܐ ܐܕܡ ܠܢܦܫܐ
ܚܝܬܐ ܀

ܘܟܕ ܗܟܝܠ ܐܬܪܟܢ ܒܪܢܫܐ ܠܡܘܬܐ ܟܕ
ܛܥܐ ܩܕܡ. ܐܠܨܐ ܗܘܐ ܕܬܘܒ ܠܦܘܪܩܢܐ
ܘܬܬܘܒ ܡܢ ܕܪܝܫ ܐܠܘܦܐ ܗܘ ܕܝܠܗ
ܘܬܬܚܕܬ ܠܦܘܪܩܢܐ. ܐܬܚܙܝ ܗܘܐ ܓܝܪ
ܨܘܪܬܐ ܕܡܬܚܒܠܐ ܗܘܬ ܬܚܝܬ ܐܪܥܐ.
ܡܦܚܬܐ ܕܝܢ ܗܝ ܕܗܘܬ ܐܝܟ ܢܫܡܬܐ ܕܚܝܐ ܕ
ܡܦܪܫܐ ܗܘܬ ܡܢ ܦܓܪܐ ܡܬܛܠܛܠܐ

do sunt: namque invidi et increduli caritatem fidemque oderunt; quod qui faciunt, hostes Dei constituuntur.

2. Quum vos itaque, fratres carissimi, homines invidos atque incredulos iustitiae hostes esse sciatis, ab his videlicet cavete: fidem caritatemque amplectimini, quarum ope salutem consecuti sunt quotquot ab orbis initio usque ad hodiernam diem sancti homines extiterunt. Caritatis autem fructum haud verbis tantum exserite, verum etiam operibus, id est pia propter Deum patientia. Ecce enim Dominus ipse suam erga nos caritatem ostendit, non verbis tantummodo sed etiam opere, quoniam semet pro salute nostra pretium tradidit. Praeterea nos haud quemadmodum mundus reliquus, verbo creati fuimus, sed simul opere. Quippe mundum unius verbi vi Deus fecit existere; nos tamen verbi pariter operisque efficaciâ produxit. Etenim Deo haud satis fuit dicere: faciamus hominem ad imaginem similitudinemque nostram, sed opera verbum statim subsecuta est: nam sumpto de humo pulvere, hominem ex eo formavit, imagini suae similitudinique conformem, in eumque inspiravit vitae spiraculum, ut fieret Adam anima vivens.

3. Sed enim cum subinde homo errore suo se inclinasset ad mortem, necesse fuit ut illa forma denuo ad salutem ab eodem artifice suo reformaretur. Etenim forma quidem sub terra putris iacebat; verumtamen inspiratio illa, quae instar spiraculi vitae fuerat, corpore separata tene-

broso loco detinebatur, qui infernus vocitatur. Discidium ergo erat animae a corpore; illa ad inferos relegata, hoc in pulverem resoluto: magnumque erat intervallum, quominus invicem convenirent; quia carne soluta, corpus corrumpitur; ligata anima, cessat eius actio. Sicut enim tradito in vincula rege, ruit civitas; capto duce, dissipatur exercitus; gubernatore depulso, mergitur navigium; ita vinculis animae iniectis, corpus eius dilapsum est, ceu sine rege civitas; membra eius dissoluta, veluti fit in exercitu duce amisso, atque in mortem demersa, quod navi usuvenit gubernatore destitutae. Anima igitur hominem dirigebat, quamdiu corpus supererat; ceu rex urbem, dux exercitum, navim gubernator. Attamen ei regendo impotens fuit, ex quo ipsa immobiliter alligata fuit, atque in errorem demersa; propterea quod a recta via declinavit, tentatores sectata est, fornicationi, idolorum cultui, cruentis caedibus, operam dedit: quibus facinoribus proprium destruxit hominem. Sed ipsa demum in infernum delata, illic ab improbo tentatore detenta fuit. Ceteroquin illa, ceu rex lapsam urbem restituit, dux dispersum exercitum colligit, nauta fractam navim reparat; sic, inquam, anima corpori adhuc suppetias ferebat, ante quam illud in pulverem solveretur, nondum ipsa vinculis alligata. Sed postquam anima non materialibus vinculis, sed peccatis alligata fuit,

ܠܗ ܠܡܥܒܕܢܘܬܐ ܐܝܟ ܒܛܝܠܬܐ. ܗܝܕܝܢ
ܟܕ ܠܐ ܐܬܡܨܝܬ ܫܒܩܬܗ ܠܦܓܪܐ ܕܝܠܗ
ܒܗܢܐ ܥܠܡܐ. ܗܝ ܕܝܢ ܟܕ ܐܬܪܟܢܬ
ܠܫܝܘܠ. ܗܘܬ ܟܘܒܫܐ ܠܡܘܬܐ. ܠܟܠܗܘܢ
ܓܝܪ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܗܘܬ ܡܬܒܣܪܢܝܬܐ ✣

ܟܕ ܐܢܫܐ ܢܦܩ ܡܢ ܦܪܕܝܣܐ ܠܐܬܪܐ ܗܢܐ.
ܐܝܟܐ ܕܥܘܠܐ ܘܙܢܝܘܬܐ ܓܘܪܘܬܐ ܘܐܬܝܬܘܬܐ
ܘܩܛܠܐ ܘܕܡܐ ܕܗܘܝܢ ܐܬܟܢܫܘ ܠܒܪܢܫܐ.
ܩܛܠܘܗܝ ܓܝܪ ܐܬܟܢܫܘ ܠܡܘܬܐ ܕܝܠܗ ܠܒܪܢܫܐ
ܐܦܠܝܢ. ܐܝܟܢܐ ܕܠܘܩܒܠ ܢܚܣܢܘܢܗ.
ܐܠܝܨ ܗܘܐ ܡܢ ܟܠ ܒܪܢܫܐ. ܘܠܐ ܠܘܝܐ
ܘܠܐ ܡܥܕܪܢܐ. ܘܒܠܝܐ ܗܘܐ ܠܗ ܢܝܚܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ.
ܐܡܬܝ ܓܝܪ ܛܒܐ ܠܒܪܢܫܐ. ܒܟܪܣܐ ܕܐܡܗ.
ܐܠܐ ܗܘܐ ܟܢܝܫܐ ܗܘܐ ܠܡܝܬܐ. ܘܐܠܐ ܟܕ
ܕܡܬܪܒܐ ܚܠܒܐ ܒܬܕܝܐ. ܐܠܐ ܘܠܐ ܡܕܡ
ܐܬܒܣܡ. ܐܠܐ ܟܕ ܡܬܬܠܡܕ ܒܛܠܝܘܬܐ.
ܐܠܐ ܐܦ ܗܝ ܡܫܬܟܚܐ ܐܝܟܢܐ ܡܫܬܟܚ
ܠܡܣܩܘܬܐ ܕܪܓܝܓܬܐ. ܘܐܠܐ ܟܕ ܣܐܒ.
ܐܠܐ ܐܦ ܗܝ ܕܝܢ ܡܬܬܐܢܚ ܗܘܐ ܡܫܬܠܛ
ܣܝܒܘܬܐ ܘܡܣܟܝܢ ܣܘܟܝܗ ܕܡܘܬܐ. ܡܢܐ
ܓܝܪ ܐܚܪܢܐ ܣܝܒܘܬܐ ܐܠܐ ܐܢ ܣܘܟܝܗ
ܕܡܘܬܐ. ܒܪܡ ܟܠܗܘܢ ܡܝܬܝܢ ܗܘܘ
ܥܠܡܐ. ܛܠܝܐ ܘܣܒܐ. ܙܥܘܪܐ ܘܪܘܪܒܐ.
ܟܠ ܓܝܪ ܡܫܘܚܬܐ ܕܦܓܪܐ ܠܐ ܡܬܦܨܝܐ
ܘܡܬܦܨܝܐ. ܐܝܟܢܐ ܗܟܝܠ ܡܬܥܝܩ ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ.
ܐܠܗܝ ܕܝܢ ܚܙܬܐ ܕܡܘܬܐ ܥܩܬܐ ܝܠܕܐ.
ܚܙܝܢܢ ܓܝܪ ܒܒܪܢܫܐ ܕܡܝܬ ܦܪܨܘܦܐ ܫܚܠܦܐ. ܐܣܟܡܐ ܡܝܬܐ.
ܦܓܪܐ ܡܚܝܠܐ. ܦܘܡܐ ܫܬܝܩܐ. ܓܠܕܐ ܩܪܝܪܐ.
ܥܝܢܐ ܡܬܟܪܝܢ. ܗܕܡܐ ܠܐ ܡܬܬܙܝܥܝܢ.
ܦܓܪܐ ܕܝܢ ܫܕܝܐ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܒܣܪܐ ܡܫܪܝܐ.
ܥܪܩܐ ܩܪܝܪܐ. ܓܪܡܐ ܡܬܦܪܕܝܢ.

ideoque ad agendum facta impotens, tunc corpus suum in terra destituit, atque in infernum depressa, scabellum mortis effecta est, et cunctis despicabilis.

4. Exivit de paradiso homo ad eam regionem, quae iniustitiae, fornicationis, adulteriorum, cruentarumque caedium sentina erat, ubi etiam exitium nactus est: etenim omnia ad necem eius conspirarunt, et vix huc ingressum pessumdederunt. Carebat interim quolibet solatio homo, omnique ope et quiete. Quandonam enim bene homini fuit? Num materno in utero? Atqui ibi conclusus, parum a mortuo differebat. An dum sinûs lacte nutriretur? Ne tum quidem gaudium ullum persensit. An potius dum adolesceret? Atqui tunc maxime impendebant pericula, propter iuveniles cupiditates. Num denique dum senesceret? Enimvero tunc ingemiscere coepit, senii pondere pressus et mortis expectatione. Quid enim aliud senectus est, nisi mortis expectatio? Reapse terricolae omnes moriuntur, iuvenes ac seniores, parvuli adultique: nulla enim corporum statura a morte eximit. Cur ergo maerore tanto angitur homo? Nimirum mortis aspectus tristitiam parit: spectamus enim in homine extincto faciem mutatam, figuram emortuam, corpus macie constrictum, os taciturnum, frigidam cutem, oculos depressos, artus immotos, cadaver humi abiectum, carnes dilapsas, gelidas venas, ossa

albida, articulos resolutos, omnia in pulverem redigi, hominem diutius non existentem. Quid ergo homo est? Flos inquam temporarius, qui in materno sinu non apparet, iuventute vigescit, senio in mortem marcidus abit.

5. Age vero post hoc omne mortis servitium, et hominis corruptelam, visitavit Deus creaturam suam, quam ad imaginem similitudinemque propriam formaverat; idque egit, ne haec perpetuum mortis ludibrium foret. Misit ergo Deus de caelo incorporeum filium suum, ut in virgineo sinu carnem sumeret; atque ita aeque ac tu, homo factus est, ut hominem perditum salvificaret, eiusque omnia sparsa membra colligeret. Etenim Christus, dum hominem personae suae copulavit, id adunavit quod separatione corporis mors disperserat. Passus est Christus, ut nos aeternum vivamus. (1) « Secus enim » cur Christo moriendum erat? Numquid morte dignum commiserat? » Cur carnem sibi induit, qui gloria » convestiebatur? Cumque Deus esset, cur homo est factus? Et cum is » in caelo regnaret, cur in terram se » demisit, et in virginis utero incarnatus est? « Quaenam, oro, necessitas Deum coëgit in terram » descendere, carnem adsumere,

ܘܦܫܚܐ ܦܫܝܢܐ ܘܒܪܢܫܐ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ. ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ. ܗܒܒܐ ܕܙܒܢܐ ܐܡܪܢܐ. ܕܒܟܪܣܐ ܠܐ ܡܬܚܙܐ. ܕܒܛܠܝܘܬܐ ܢܥܒܐ. ܒܣܝܒܘܬܐ ܡܬܡܚܠ ܥܡ ܡܘܬܐ܀

ܒܬܪ ܗܟܝܠ ܟܠܗ ܗܢܐ ܫܥܒܕܘܬܗ ܕܡܘܬܐ ܘܡܬܚܒܠܢܘܬܐ ܕܒܪܢܫܐ. ܣܥܪ ܐܠܗܐ ܠܒܪܝܬܗ ܕܒܠܡܗ ܒܨܠܡܗ ܘܒܕܡܘܬܗ ܕܝܠܗ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܓܝܪ ܐܦ ܥܒܕܗ ܕܠܐ ܬܗܘܐ ܠܥܠܡ ܘܡܘܬܐ ܐܡܛܠܬܗ. ܫܕܪ ܐܠܗܐ ܠܒܪܗ ܡܢ ܫܡܝܐ ܠܐ ܡܬܓܫܫܢܐ ܘܢܠܒܫ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܒܟܪܣܐ. ܘܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܐܟܘܬܟ. ܘܢܦܪܘܩ ܠܒܪܢܫܐ ܕܐܒܝܕ ܗܘܐ. ܘܟܠܗܘܢ ܠܗܕܡܘܗܝ ܕܡܒܕܪܝܢ ܗܘܘ. ܗܘ ܓܝܪ ܡܫܝܚܐ ܟܕ ܚܒܪ ܠܒܪܢܫܐ. ܗܘܐ ܟܢܫ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܘܬܐ ܒܪܫܗ ܕܦܓܪܐ ܒܕܪܘ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܓܝܪ ܚܫ ܡܫܝܚܐ ܕܢܚܐ ܚܢܢ ܠܥܠܡ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܡܢܐ ܐܦ ܡܝܬ ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ. ܠܡܢܐ ܓܝܪ ܚܘܒܐ ܕܡܘܬܐ ܥܒܕ ܗܘܐ. ܠܡܢܐ ܕܝܢ ܠܒܫ ܦܓܪܐ. ܟܕ ܓܝܪ ܡܫܒܚ ܗܘܐ ܒܫܘܒܚܐ. ܠܡܢܐ ܕܝܢ ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܟܕ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܐܠܗܐ. ܠܡܢܐ ܕܝܢ ܡܠܟ ܗܘܐ ܒܫܡܝܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܡܬܚܫܚ ܗܘܐ ܒܡܬܓܫܡܢܘܬܐ. ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܐܠܨܐ ܗܘܐ ܘܐܠܨܬܗ ܠܐܠܗܐ ܠܡ

(1) Sequentia, quae uncis inclusimus, edita iam a nobis fuerant sub eiusdem Alexandri nomine in Spicilegii rom. tomo III. p. 699, inter excerpta patrum ex codice arabico vaticano 101, quo continetur opus celebre monophysiticum, cui est titulus *fides patrum*. Constat ergo sermonem hunc graece ab Alexandro conscriptum, postea non in syriacam tantummodo sed etiam in arabicam linguam fuisse translatum. Porro hoc Alexandri, et aliis aliorum patrum similibus testimoniis abutebantur Monophysitae, ut unicam Christi naturam adstruerent; quia videlicet idiomatum (ut theologi loquuntur) communicationem ignorantes vel negantes, res passionesque humanas, divinae naturae proprias faciebant, quam ipsi solam in Christo agnoscebant, absorpta guttae instar, ut aiebant, humanitate ab oceano veluti deitatis.

» panniculis in praesepi involvi, lactante sinu ali, baptismum a famulo suscipere, in crucem tolli, terreno sepulcro infodi, a mortuis tertia die resurgere? » Quaenam eum, inquam, necessitas compellebat? Satis exploratum est, opprobria illum, hominis gratia esse perpessum, ut eum morte expediret, et ore veluti prophetae exclamasse dicentem: pertuli tamquam parturiens *. Re sane vera pertulit pro nobis dolores, ignominiam, cruciatus, necemque ipsam ac sepulturam. Sic enim ipsemet per prophetam ait: descendere me fecit in profundum *. Quis porro eum descendere fecit? impius nimirum populus. Aspicite, o homines, aspicite quam fecerit Israhel remunerationem! Benefactorem suum interemit, malum pro bono reddens, pro gaudio adflictionem, pro vita necem! Ligno suffixum necaverunt eum qui illorum mortuos suscitaverat, claudos sanaverat, leprosos mundaverat, caecos illuminaverat. Aspicite, o homines, aspicite omnes populi, prodigia nova! Ligno eum suspenderunt, qui terram expandit: (1) clavis eum confixerunt, qui mundi fundamenta stabilivit: circumscripserunt eum qui caelum circumscripsit: vinxerunt illum, qui peccatores absolvit: aceto potaverunt illum, qui iustitiae potum praebuit; felle eum paverunt, qui vitae cibum obtulit: manus pedesque eius corruperunt, qui illorum manibus pedibusque medelam fecit: illius oculos vi claudendos curarunt, qui visum ipsis resti-

* Is. XIII. 8.

* Ion. II. 4.

(1) Huc pertinet fragmentum quod Mocaffaeus, ut in monito dixi, ex Alexandri hoc sermone excerpsit.

tuerat: sepulcro eum tradiderunt, qui mortuos tum ante suam passionem tum etiam in cruce pendens suscitavit.

6. Etenim quum Dominus noster in cruce pateretur, monumenta dirupta sunt, patuit infernus, animae prosilierunt, mortui ad vitam sunt regressi, multique ex his visi sunt Hierosolymis, dum crucis mysterium perficiebatur: quo tempore Dominus noster mortem calcavit, inimicitiam dissolvit, fortes alligavit, crucisque trophaeum erexit, corpore suo in id sublato, ut corpus appareret sublime, mors autem sub carnis pede depressa. Tunc caelestes virtutes miratae sunt, angeli obstupuerunt, tremuere elementa, creatura omnis concussa est, dum mysterium novum spectaculumque terrificum in orbe editum cerneret. Plebs tamen universa mysterii inscia deridendo Christo exultabat; quamquam terra nutaret, quaterentur montes vallesque et pelagus, atque universa Dei creatura tumultu ferveret. Caeli luminaria expaverunt, sol fugit, luna disparuit, sidera lumen suum subtraxerunt, dies cessavit; templo excessit attonitus post velum discissum angelus, tenebrae tellurem obruerunt in qua Dominus eius oculos clauserat. Interim infernus luce splenduit, quoniam illuc astrum descendit. Ad inferos Dominus haud equidem corpore sed spiritu venit. Is videlicet operabatur ubique: etenim dum corpore mortuos suscitabat, spiritu animas liberabat. Nam corpore Domini nostri suffixo, sepulcra ut diximus aperta sunt, re-

ܟܕ ܢܦܫܬܐ ܠܥܠܡܐ ܡܬܗܦܟܢ ܗܘܝ. ܟܕ ܡܪܢ
ܙܟܝܗ ܠܫܝܘܠ. ܘܕܫܗ ܠܡܘܬܐ. ܘܒܗܬܗ
ܠܒܥܠܕܒܒܐ. ܢܦܫܬܐ ܡܢ ܢܦܩܝ
ܡܢ ܫܝܘܠ. ܡܝܬܐ ܕܝܢ ܐܬܚܙܝܘ ܡܢ
ܐܪܥܐ ܀

ܚܙܘ ܗܟܝܠ ܕܟܡܐ ܐܝܬܝܗ ܚܝܠܗ ܕܡܘܬܗ.
ܟܠ ܓܝܪ ܒܪܝܬܐ ܣܝܒܪܬ ܡܘܬܗ. ܐܦ ܠܐ
ܐܣܛܘܟܣܐ ܚܫܗ ܣܝܒܪܘ. ܐܦܠܐ ܐܪܥܐ
ܦܓܪܗ. ܘܠܐ ܫܝܘܠ ܪܘܚܗ. ܟܠܗܝܢ
ܓܝܪ ܐܬܕܠܚ. ܘܐܬܬܙܝܥܝ ܐܬܬܙܝܥ ܒܚܫܗ
ܕܡܫܝܚܐ. ܐܝܟ ܡܪܐ ܐܡܪ ܕܠܠܥܙܪ. ܘܦܘܩܘ
ܡܝܬܐ ܡܢ ܩܒܪܝܟܘܢ. ܘܦܘܩܘ ܡܢ
ܓܘܢܚܝܟܘܢ. ܡܫܝܚܐ ܓܝܪ ܡܩܝܡ ܐܢܐ
ܠܟܘܢ ܐܢܐ ܡܫܝܚܐ. ܗܝܕܝܢ ܐܪܥܐ ܠܐ ܣܝܒܪܬ
ܦܓܪܗ ܕܡܪܢ ܕܩܒܝܪ ܗܘܐ ܒܗ. ܐܠܐ ܥܒܕ
ܕܝܢ ܡܪܝ ܐܡܪܐ. ܘܫܒܘܩ ܚܘܒܝ ܠܚܛܗܝ ܡܢ
ܪܘܓܙܐ. ܐܫܠܐ ܠܝ ܘܫܘܙܒܝܢܝ. ܫܪܝܢܝ ܡܢ
ܠܘܛܬܐ ܚܕܐ ܕܩܒܠܬ ܕܡܐ ܕܙܕܝܩܐ ܘܦܓܪܐ
ܕܐܢܫܐ. ܐܦ ܕܝܢ ܘܕܩܒܠܬ ܦܓܪܟ ܕܝܠܟ
ܗܘ. ܡܢܘ ܕܐܪܐ ܗܢܐ ܐܬܡܗܐ. ܡܛܠ ܡܢܐ
ܡܪܐ ܢܚܬܬ ܠܐܪܥܐ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܒܪ ܐܢܫܐ
ܗܘ ܕܡܒܕܪ ܗܘܐ ܒܟܠ ܕܘܟ. ܒܟܠ ܕܘܟܐ
ܓܝܪ ܡܒܕܪ ܗܘܐ ܨܠܡܟ ܫܦܝܪܐ. ܐܠܐ ܐܢ
ܗܘ ܕܒܡܠܬܐ ܦܩܕ ܗܘܝܬ ܟܠܗܘܢ ܦܓܪܐ
ܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܩܕܡܝܟ. ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܝܬ
ܠܐܪܥܐ. ܘܒܥܝܬ ܗܕܡܐ ܕܓܒܠܬܟ. ܩܒܠ
ܒܪܢܫܟ. ܩܒܠ ܓܘܥܠܢܟ. ܩܒܠ ܨܠܡܟ.
ܩܒܠܝܗܝ ܠܐܕܡ. ܗܝܕܝܢ ܡܪܢ ܩܡ ܡܢ
ܡܝܬܐ ܠܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ. ܟܕ ܩܪܒܐ
ܠܝܕܥܬܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܠܒܪܢܫܐ. ܗܝܕܝܢ
ܟܠܗܝܢ ܡܪܕܘܬܐ ܕܟܐܢ ܐܢܫܐ ܐܬܦܩܕ
ܠܡܫܝܚܐ. ܟܕ ܓܝܪ ܐܬܝܠܕ ܘܪܒܐ

clusus infernus, mortui vitam receperunt, animae in mundum sunt remissae; quia Dominus inferos vicerat, mortem calcaverat, hostem pudore suffuderat; ideoque animae ex inferis prodierunt, mortuique in terris apparuerunt.

7. Cernitis itaque quanta Christi mortis vis fuerit! siquidem neque creatura occasum eius aequo animo tulit, neque eiusdem passionem elementa, neque tellus eius corpus retinuit, neque infernus spiritum. Cuncta in Domini passione turbata fuerunt atque convulsa. Dominus, ut antea Lazaro, inclamavit: exite de vestris tumulis mortui vestrisque loculis: etenim ego Christus resurrectionem vobis communico. Tunc enimvero terra corpus Domini nostri sepultum diutius continere non potuit; sed indulge, Domine mi, exclamavit iniquitatibus meis, irae me exime, maledicto absolve, quod iustorum sanguinem exceperim, nec non corpora humana, tuumque ipsum corpus obruerim. Quale demum hoc est mirum mysterium? Cur, Domine, in terram descendisti, nisi propter hominem ubique terrarum dispersum? quandoquidem omni loco pulcra imago tua disseminata erat. Quod si tu vel una vocula imperasses, cuncta se ilico corpora coram te stitissent. Nunc quia in terram venisti, figmentique tui membra quaesisti, hominem tuum suscipe, depositum recipe, imaginem tuam Adamumque tuum recupera. Tunc Dominus tertia ab obitu die resurrexit, hominem ad Trinitatis cognitionem perducens.

Tunc omnes humani generis nationes per Christum salvae extiterunt. Unus iudicium subiit, millia plurima absoluta fuerunt. Ille autem homini quem salvaverat similis factus, in caeli culmen conscendit, patri haud aurum argentumve aut pretiosos lapides, sed hominem oblaturus quem ad imaginem similitudinemque suam formaverat: atque hunc pater sua dextera extollens, sublimi solio collocavit, et populorum iudicem fecit, angelicorum exercituum ducem, cherubinorum aurigam, verae Hierusalem filium, virginis sponsum, per omnia saecula saeculorum. Amen.

ADDITAMENTUM IN CODICE CUM VARIA LECTIONE.

Igitur formam suam Deus visitare volens, quam ad imaginem ac similitudinem suam finxerat, postremis temporibus filium suum incorporeum unicumque in orbem terrarum misit, qui in virgineo sinu incarnatus, homo perfectus nasceretur, ut perditum hominem erigeret, dispersa eius membra recolligens. Secus enim, cur Christo moriendum fuit? Num ipse reus mortis erat? Cumque Deus esset, cur factus est homo? Cur ad terram descendit, qui in caelo regnabat? (1) « Quis Deum coëgit in terram se demittere, de sancta virgine carnem sumere, fasciis in praesepi involvi, lacte nutriri, in » Iordane baptizari, a populo illudi, ligno con» figi, in terrae sinu sepeliri, tertioque die ex » mortuis resurgere, redemptionis causa ani» mam dando pro anima, pro sanguine san» guinem, mortem pro morte obeundo? Nam » Christus moriens mortis debitum, cui homo » erat obnoxius, dissolvit. O novum mysterium atque ineffabile! iudex iudicatus est: is » qui a peccatis absolvit, ligatus fuit: illusum » ei fuit, qui mundum formaverat; extensus (in cruce) est, qui caelum extenderat: felle pa-

(1) Totus hic, quem virgulis distinguimus, locus extat, ut in monito diximus, ex eiusdem Alexandri nominatim sermone in arabicam linguam translato, apud nos Spicil. rom. T. III. p. 699. Et quidem nunc patet unum esse fragmentum, non autem in duo divisum, ut perperam fieri videbatur in codice arabico.

[illegible]

» stus ille est, qui manna cibi loco suppeditavit: sepulcro traditus, qui mortuos resuscitat. Obstupuere virtutes, mirati sunt angeli trepidarunt elementa, res creata universa concussa est, terra tremuit, eiusque fundamenta nutarunt: sol fugit, elementa subversa sunt, lux diurna recessit; quia Dominum suum crucifixum cernere non sustinuerunt. Creatura attonita dixit: quae est haec mysterii novitas? iudex iudicatur, et tacet; invisibilis cernitur, nec confunditur: capitur incomprehensibilis, nec indignatur: immensus mensura continetur, nec repugnat: impassibilis patitur, neque suam iniuriam ulciscitur: moritur immortalis, neque conqueritur: caelestis sepelitur, idque aequo animo fert. Quale hoc, inquam, mysterium est? Certe creatura stupore defigitur. » Cum autem Dominus de morte surrexit eamque conculcavit, cum fortem alligavit, hominemque liberavit, tunc omnis creatura propter Adamum mirata est iudicatum iudicem, visum invisibilem, passum impassibilem, mortuum immortalem, caelestem terra sepultum. Nam Dominus factus homo; damnatus est, ut misericordiam impertiretur; ligatus, ut solveret; comprehensus, ut liberaret; passus, ut passiones nostras sanaret; mortuus, ut vitam nobis redderet; sepultus, ut nos suscitaret. Etenim patiente Domino, passa est eius humanitas, quam similem homini habebat; atque illius passiones, qui ei similis erat, dissolvit; et moriens, mortem peremit. Idcirco in terram descendit, ut mortem persequens, rebellem hominum interfectricem occideret. Unus quippe iudicium subiit, myriades liberatae fuerunt: unus sepultus, myriades resurrexerunt. Hic est inter Deum et homines mediator: hic est omnium resurrectio et salus: hic est errantium dux, pastor hominum liberatorum, vita mortuorum, cherubinorum auriga, angelorum antesignanus, et rex regum; cui gloria in saecula saeculorum. Amen.

Timothei patriarchae alexandrini sermo quidam extat in codice arabico vat. CLXXII., ex graeco sine dubio translatus; quia numquam arabice Timotheus locutus est. Codicis descriptionem ex Assemani schedis sumptam habes in nostro volumine IV. Script. vet. p. 312; non sine mendo tamen Timotheus ibi dicitur patriarcha alexandrinus XXII., cuiusmodi potius fuit Timotheus senior orthodoxus, cui successit Theophilus magni Cyrilli patruus. Iam vero quum in hoc sermone Timotheus Cyrillum patriarcham memoret, immo se diserte Dioscori successorem adfirmet, sequitur ut is sine dubio Timotheus Aelurus sit, impius ille ac turbulentus, concilii chalcedonensis osor, ut etiam inventum eius ab Anglis scriptum demonstrat, qui sedem alexandrinam semel et iterum occupavit. Hunc ego sermonem quum merito aliquo historico commendari viderem, nolui negligere, praesertim quia et alibi (Spicil. rom. T. III. p. 708.) eiusdem Timothei oratiunculam edidi, quam partim Cosmas quoque indopleusta non indignam excerpto putaverat. Ceterum quia nonnulla in hoc sermone fabulosa propemodum videbantur, aut minutiora, quae mihi certe festinanti iniucunda erant, partes eius nonnullas levi ut reor dispendio praetermisi.

TIMOTHEI ALEXANDRINI

SERMO.

Sermo brevis quem dixit Timotheus Alexandriae patriarcha, de tempore quo magnum indictum fuit sanctum concilium, deque dedicatione magni monasterii sancti nostri patris Pachomii apud Fau, quod Dei voluntate, et Theodosio imperatore mandante aedificatum fuit a reverendo Poctore eremitarum praesule; quae dedicatio peracta fuit die quinta mensis athyr.

Hodie nobis adesto, o prophetarum vocalissime, et seraphinorum spectator, qui olim clamasti dicens *: « in die illa erit altare Domini in medio terrae Aegypti, et planta * Domini iuxta terminum eius. » Recte prorsus, o propheta sancte, universo orbi nunciasti altare hoc Domini, supra quod animae nondum tum creatae attollendae erant atque offerendae. Cur tu cetera, quae primis mundi saeculis altaria extiterunt, non memorasti? Minime, inquit propheta, quia in illis bruta animalia immolabantur; verumtamen in hoc nostro verus Dei agnus offertur, qui mundi peccata tollit. Planta autem est monasterium hoc Domino aedificatum, propter famulum eius Pachomium, qui ibi adest, atque innumerabilium dicatarum Deo animarum turbam ibidem facit consistere. Is enim primus, iuxta apostolorum doctrinam communis vitae genus, seu contubernium, instituit; primus ipse, planta fuit, via, rector, ac legislator monasteriorum quotquot in orbe sunt. Nam quod verbum dixit prophetae Deus de hoc monasterio, idem patri nostro sancto Pachomio dictum fuit, nempe tibi fundamentum fore, et sine fine nomen gloriosum.

* Is. XIX. 19.

* [illegible]

Nunc rem audite, carissimi, quam ego oculis vidi et manibus contrectavi. Quo tempore pater meus Cyrillus Alexandriae patriarcha erat, sanctus autem Poctor eremitas apud Taphnaiam regebat, illustris denique propheta Scianuthes eremitis aeque in Athriba monte praeerat; imperator Theodosius, hos ad concilium vocavit, quod insani Nestorii causa celebrandum curabat. Iam Poctor lectis, quas acceperat a sancto Cyrillo et ab Imperatore, litteris magnopere doluit, quia ante id tempus nulli ipse concilio interfuerat. Cunctis itaque convocatis fratribus ait: audite, fratres mei benedicti: vocat me ad concilium Imperator; vos interim institutum servate, in lege ac mandatis Domini ambulate, prout patres nostri iusserunt; et preces pro nobis fundite, ut nos Deus restituat vobis incolumes etc.

Quum vero ad patris nostri Scianuthae

monasterium sanctus Poctor venisset, ab illis monachis receptus, eisdemque comitantibus nave inscensa, Alexandriam descenderunt; quo ingressi, adventum suum sancto Cyrillo patriarchae nunciarunt, qui magnopere visis illis laetatus est, mutuisque osculis salutarunt. Porro et ipse negotiis expeditis, navim simul conscendit, quam Deo favente intra paucos dies Constantinopolim appulerunt: urbemque ingressi, extra palatii portam substiterunt, quasi abiectae conditionis homines, nemine invento qui Imperatorem de ipsorum adventu certiorem faceret. Interim elato supercilio Imperatorem frequenter adibat Nestorius, opibus suis fidens: donec infimum quendam, qui Imperatorem adibat, cernens Poctor, rogavit ut sibi admissionem a principe impetraret: quo reapse rem significante, mandavit Imperator ad se homines introduci; quibus conspectis, de sella consurgens osculum dedit, iussitque secum sedere; hique vicissim Imperatori regnoque eius benedixerunt.

Deinde Imperator introductis ad se sancto patriarcha Cyrillo et sancto Scianuthe, reverenter cum iis de fide verba fecit, aitque se illos ad hoc concilium vocasse, ut Nestorii negotium atque dicta examinarent. Interim, venerandi patres, apud me esse sinite reverendum Poctorem; vos vero, episcopi, cum Nestorio Ephesi congregemini, qua ex urbe actiones vestras synodicas ac disputationes ad me mittetis, quarum mihi reverendus Poctor explanator erit. Tunc Poctori Imperator palatii partem tamquam eius suique monasterii propriam adsignavit. Sanctus vero Cyrillus cum Scianuthe ad concilium prout Imperator iusserat perrexerunt; ibique multis exantlatis laboribus, Nestorium impium excommunicarunt Deo volente, faventibus sancti Poctoris precibus, Christi demum praecipuo auxilio. Tum sanctus Poctor operam dedit ut Imperator Nestorium exulem relegaret in Aegyptum in loco cui nomen Sansalge; quem ille incoluit, donec ulceribus blasphemiae eius adversus Christum dominum vindicibus, horrenda morte periit.

Post haec postulavit ab Imperatore sanctus Poctor, ut sibi opem conferret ob aedificandam apud suum monasterium amplam ecclesiam, quae regni eius monumentum esset; quandoquidem aula, inquit, in qua fratres orantes conveniunt, angusta est. Item petiit arcem fieri adversus barbaros munimentum; agrum quoque sibi dari serendis oleribus, quia his unice fratres vescerentur; fossam denique circumduci, et in platea palaestram effici. Cui annuens Imperator *etc. Sequitur aedificationis descriptio; post quam sic pergit narratio.* Aedificio incepto, liminibusque superioribus positis atque columnis, mortuus est religiosus imperator Theodosius; cui Marcianus successit; eratque eo tempore magna fames, et in ecclesia perturbatio. Tunc in exilium pulso patriarcha (Dioscoro) apparuit sancto Poctori angelus Domini, monuitque ut sumpto pane, patriarcham inviseret, et moerentem cum filiis suis solaretur. Sine mora igitur ad exulis patriarchae stationem accessit; eoque salutato, postea de more venit ad metropolim: cui illic demortuo datus est successor in monasterio Mardarius. Deinde vita excessit reverendissimus pater meus Dioscorus in exilio; cuius me successorem, meritis licet contrariis, in sede alexandrina crearunt. Exin obiit imperator Marcianus, regnavitque post eum Leo; moxque intra paucos dies ecclesiae tempestas quievit.

Sanctus autem senex Mardarius ecclesiae aedificium absolvit die xx. mensis thoth; neque Alexandriam tantummodo venit, nobisque rem significavit, verum etiam Constantinopolim usque ad Imperatorem perrexit, quem ita adfatus est: en Deo tuaque maiestate favente, templo coronidem imposuimus, quod imp. Theodosii iussu, et sancti Poctoris cura coeptum fuerat.

λ′. Οὕτω μὲν οὖν Ἄρειος κατασκευάσας τὸν τοῦ θεοῦ λόγον κτιστὸν, οὐκ ἔγνω πεποιηκὼς ἄλογον τὸν πατέρα· πᾶν γὰρ ᾧ φυσικῶς μὴ πρόσεστιν λόγος, ἄλογος φύσει πάντως ἐστίν· ἔπειτα ψυχῆς νοερᾶς ἐστερημένην αὐτῷ σάρκα διδοὺς, φύσει παθητὸν αὐτὸν δείκνυσι, καὶ θνητὸν, καὶ τὸ πάθος ἀκούσιον, ὡς τῆς μηδὲν ἐχούσης ἑκούσιον ἀψύχου σαρκὸς κινητικόν· ἡ γὰρ ἀνόητος σὰρξ πάσης ἠλλοτρίωται κατὰ φύσιν θελήσεως, εἴπερ οὐδέν ἐστι θέλησις ἢ νοῦς περί τι κινούμενος, ἢ ψυχῆς νοερᾶς αὐτεξούσιος κίνησις· ἧς γυμνῶν τοῦ κυρίου τὴν σάρκα, πτηνοῦ τινος ἢ χερσαίου ἢ νηκτοῦ ζώου ταύτην πεποίηται· καὶ σαφέστερον εἰπεῖν, οὐδὲ τούτων τινὸς, εἴπερ οὐδενὸς ζώου ψυχῆς ἐστέρηται σάρξ.

(1) Non comperiebam fragmentum hoc, sive inter tria citata a Theodoreto in dialogo de immutabili, sive in editione maur. Athanasii T. I. part. 2, neque in altera Montfauconii, Bibl. nov. PP. T. II.

(2) Id est quando sputo caecum illuminavit, leprosum manu extenta mundavit etc.

Ex Leontio adversus Monophysitas, apud nos Script. vet. T. VII.

P. 127. λα'. Ἀθανασίου. Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, εἷς ὢν καθ' ὕπαρξιν ἀνελλιπῆ τὰ ἑκάτερα.

P. 132. λβ'. Ἀθανασίου ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι. — Ἀναισχυντία σαφῶς τὸ μὴ διχῶς νοεῖν τὸν Χριστὸν θεϊκῶς τε καὶ ἀνθρωπίνως.

31. Athanasii. Deus et homo idem (Christus) personaliter unus, utraque subsistentia praeditus.

32. Athanasii in explanatione verborum: amen amen dico vobis, ante quam Abraham fieret, ego sum. – Manifesta impudentia est illorum, qui duplici notione Christum considerare nolunt, id est divinitus et humanitus.

Ex Anastasio contra Monophysitas apud nos Script. vet. T. VII.

P. 204. Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἐκ τοῦ λόγου εἰς τὸ κύριος ἔκτισέ με, καὶ κατὰ Ἀρειανῶν.

λγ'. Καὶ γοῦν ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐρχόμενος, ἐκτενῶς προσεύχεται, καὶ τὸ γόνυ κλίνει, λέγων· πάτερ, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα γενέσθω, ἀλλὰ τὸ σόν· ἴδιον αὐτοῦ θέλημα λέγων τὸ τῆς σαρκός· ὅτι περ καὶ αὐτὴν τὴν ἡμετέραν σάρκα ἐν ἑαυτῷ οἰκειώσατο.

Sancti Athanasii, ex sermone in illud: Dominus creavit me. Et contra Arianos.

33. Propterea cum ad crucem venturus esset, enixe orabat, flexoque genu dicebat: pater, transeat a me calix iste. Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat; propriam scilicet dicens carnis voluntatem; quandoquidem ipsam nostram sibi propriam fecerat carnem.

Ex Eutychii patriarchae sermone paschali a nobis edito.

Τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ἐν τῷ εἰς τοὺς βαπτιζομένους λόγῳ.

λδ'. Ὄψει τοὺς λευίτας φέροντας ἄρτους, καὶ ποτήριον οἴνου, καὶ τιθέντας ἐπὶ τὴν τράπεζαν· καὶ ὅσον οὔπω ἱκεσίαι καὶ δεήσεις γίνονται, ψιλός ἐστιν ὁ ἄρτος καὶ τὸ ποτήριον· ἐπ' ἂν δὲ ἐπιτελεσθῶσιν αἱ μεγάλαι καὶ θαυμασταὶ εὐχαί, τότε γίνεται ὁ ἄρτος, σῶμα· καὶ τὸ ποτήριον, αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ πάλιν. Ἔλθωμεν ἐπὶ τὴν τελείωσιν τῶν μυστηρίων· οὗτος ὁ ἄρτος καὶ τοῦτο τὸ ποτήριον, ὅσον οὔπω εὐχαὶ καὶ ἱκεσίαι γεγόνασι, ψιλά εἰσιν· ἐπ' ἂν δὲ αἱ μεγάλαι εὐχαί, καὶ αἱ ἅγιαι ἱκεσίαι ἀναπεμφθῶσι, καταβαίνει ὁ λόγος εἰς τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον, καὶ γίνεται αὐτοῦ σῶμα (2).

Athanasii magni, ex sermone ad baptizatos.

34. Videbis levitas panes vinique calicem ferentes, mensaeque imponentes. Et quamdiu quidem preces et invocationes nondum sunt peractae, nihil aliud nisi panis calixque est. Verum enimvero postquam peractae fuerint magnae miraeque preces, tunc panis fit corpus; calix autem, domini nostri Iesu Christi sanguis. Et rursus. Veniamus ad mysteriorum perfectionem. Hic panis et hic calix ante preces et invocationes nihil ultra naturam propriam habent: verumtamen ubi magnae preces sanctaeque invocationes editae fuerint, descendit Verbum in panem et calicem, et corpus eius conficitur.

(1) Non legitur hic locus in Athanasii sermone ad recenter illuminatos seu baptizatos opp. ed. ven. T. II. p. 395. Nec mirum; multi enim alii necessario extiterunt Athanasii sermones de hoc argumento singulis annis recurrente, quo tempore, id est paschali, solebant episcopi erudire catechumenos, et mox baptizatos sublimiorum mysteriorum doctrina imbuere.

(2) S. Augustinus in sexto sermone, ex vindobonensi bibliotheca edito, qui est de sacramento altaris, cum Athanasio adamussim consentit sic. *Hoc quod videtis, carissimi, in mensa Domini, panis est et vinum; sed iste panis et hoc vinum, accedente verbo fit corpus et sanguis Verbi.*

MONITUM.

Quo ego tempore dogmaticam Photii ad Armeniorum patriarcham epistolam, mihi a doctis PP. Mechitaristis traditam, edidi (Spicil. rom. T. X.) memini me adnotare in praevio monito p. 442, *sanctum Germanum I, qui Constantinopoleos patriarcha anno Christi* 715. *processit, et anno* 730. *ea dignitate se abdicavit, litteras pariter de fide orthodoxa ad Armenios dedisse, quae in libris editis non apparent. Etenim eius rei testimonia, ut cit. loco dixi, Galanus protulerat in suo de conciliatione ecclesiae armenae cum romana opere T. III. p.* 77, *ex Armeniorum menologio; cuius verba, etsi aliquantum prolixa, nunc recitare necesse est. « Stephanus siuniensis episcopus ad Graecos pro- » fectus, attulit inde secum tres libros, qui fidei veritatem explicabant. Porro sanctus Germanus » Constantinopoleos patriarcha epistolam Armeniis destinavit, per quam ita eos monebat: quare vos » non adseritis duas in Christo naturas, nec chalcedonense concilium recipitis? Haec quidem scri- » psit, et per Stephanum misit ad Armenios. Ut vero pervenit Stephanus ad Papchenem Armenio- » rum patriarcham, ostendit ei Germani litteras; quibus lectis, praecepit ipsi Stephano dominus » Papchen, ut Germani litteris responderet, et scripsit vir eruditissimus Stephanus, compositione ac » ordine quidem peregregio, plurimas sacrarum scripturarum et sanctorum patrum sententias con- » firmandi causa allegans: quae omnia ubi legerunt Graecorum sapientes, hisce scriptis consentien- » tes, veram rectamque Armeniorum fidem haeresique immunem laudaverunt. »*

Pergit p. 79. *dicere Galanus, teste gravissimo utens Nersete lamproniensi, religiosam eo tempore pacem sub praedictis Graecorum et Armeniorum patriarchis inter duas ecclesias coaluisse. Papchenem tamen patriarcham, pro Iohanne Ozniensi, in menologio temere fuisse scriptum, longe facilius ego crediderim, quam de duplici, qui numquam auditus est, Papchene cum Galano suspicer. Re quidem vera Iohannem ozniensem, non Papchenem, contemporalem cum Germano patriarchatum gessisse, fasti Armeniorum certissimi docent. (Serposius compend. hist. T. II. p.* 41.*) Sed enim quolibet demum modo hic anachronismus in menologii narrationem irrepserit, culpa quidem urgebit auctorem: verum enimvero Germani epistola, quam prae manibus nunc habemus, revocari in dubium nequit. Ecce enim apud eundem Galanum p.* 341. *ex Armeniorum concilio tarsensi novum testimonium accedit. Quippe ibi Armenii Graecos sic alloquuntur: « patres vestri ac nostri singulis » temporibus ad pacem conciliandam impenso labore incubuerunt; ut venerabilis, strenuus, ac pro- » bus patriarcha vester Germanus, qui litteras ad Armenios misit, spiritali caritate ac fide ortho- » doxa plenas. » Quod autem in praedicto Armeniorum menologio Stephani quoque responsum laudetur, patriarchae sui iussu exaratum, quod tamen ex relatis a Galano partibus pessima haeresi redundans apparet; id posteriorum interpolatione haereticorum factum esse cl. Sukias Mechitaristarum abbas et archiepiscopus (prospect. litt. armen. p.* 48.*) cum Iohanne Vanagano narrat: sive ea fraus menologio obtrusa fuerit, insertis laudibus auctoris haeretici, ut vult Galanus; sive ipsa potius Stephani epistola violata sit, ut Sukias credit. Denique Stephanum hunc siuniensem inter illustres Armenios ponit etiam Samuel aniensis in chronico ad annum* 772, *paulo tamen ut videtur serius, nisi forte extremum vitae Stephani annum designat chronographus.*

Sed ut ad Germanum redeam, equidem dum illud in Spicilegio monitum scriberem, illa tantum quae apud Galanum sunt testimonia noveram de Germani ad Armenios epistola. Postea vero feliciter mihi contigit, ut in adnotationibus, quas edito a se Iohannis ozniensis contra phantasticos sermoni attexuit vir cl. I. B. Aucherus, Mechitaristarum familiae decus, bene inquam mihi evenit, ut breve lemma ex supradicta Germani inedita epistola citatum legerem; ex quo statim specimine iudicavi, scriptum hoc Germani apud venetos Mechitaristas, qui pervetustis egregiisque codicibus abundant, armeniace saltem servari; ideoque cupiditate incensus sum, ut vel id plenius cognoscerem, vel etiam largientibus dominis, cum eruditorum coetu in his meis voluminibus communicarem.

Hoc vero negotium mihi benigne expedivit, pro suo eximio erga omne litterarum genus amore ill. ac rev. archiepiscopus siracensis Odoardus Hurmutius, qui acceptum a sodalibus suis epistolae exemplar fidelissime mihi interpretatus est, atque ut latinis litteris typisque consignarem perlibenter annuit.

Tertium hoc itaque venerandi Germani scriptum in lucem effero; videlicet post luculentam eius de vitae termino disputationem, quam ex vetusto codice vaticano sumptam, inter Photii amphilochianas quaestiones edidi (Script. vet. T. I. ed. 2.); postque egregium illud de haeresibus synodisque opusculum, quod item ex vetusto codice columnensi vat. erutum, septimo Spicilegii rom. voluminі inserui, diversum plane ab illo paris ferme tituli, quod sub falso Germani nomine Moynius vulgaverat. Atque haec ego memoro, haud aedepol ut meas reculas recinam, sed ut eruditos tempestive admoneam, siquando Germani scripta colligere volent, et cum paucis eiusdem epistolis copulare, quae ante secundam nicaenam synodum ab editoribus conciliorum poni solent. Utinam vero et ille liber Germani emergeret, de futurae vitae retributione, quem a stilo et recto dogmate generatimque ab optimo scribendi genere Photius dilaudat cod. 233! *Certe haec sunt genuina Germani I. scripta, ut illa etiam a nobis edita: nam disputationem de vitae termino habebat idem Photius, et cum amphilochianis suis collocabat: opus de haeresibus atque synodis narrat ipse Germanus se sub primordiis Iconoclastarum composuisse: denique epistolam ad Armenios monumenta vetera priori huic Germano dant, non iuniori: etenim tarsense saeculi XII. concilium in quo illa commemoratur, ante iuniorem Germanum fuit, qui saeculo XIII. vixit, id est quinque post priorem saeculis. Nihilominus et Labbeus et Konigius, et alii interdum bibliographi, scripta secundi Germani, quae levioris profecto frugis sunt, priori incaute adscripserunt; quod ne diutius, invita veritate fiat, docti homines postea cavebunt. (Postremo optandum superest, ut alicunde se exserat magni etiam Cyrilli ad Armenios epistola, quam Photius in sua ad eosdem memorat cap.* 13, *Spicil. rom. T. X. p.* 456, *quae in libris editis hoc certo titulo inscripta non occurrit!) Germani hanc epistolam versari totam in refutando eutychiano Armeniorum errore, per se patet: quamobrem nullum eius a nobis fieri summarium oportuit* (*). *Utiliter vero conferetur cum Thomae patriarchae hierosolymitani ad eosdem Armenios dogmatica item epistola, quae extat in Tomo XV. operum Iacobi Gretseri inter Abucarae opuscula n. IV.*

(*) De argumento eodem placet heic epimetron quoddam attexere in vacuo paginae spatio, ne res a me in codicibus observata pereat. In vaticano igitur lat. codice 1267. f. 51. b. et seq. (itemque in codice 1195.) legebam sermonem quendam contra haereses eutychianam ac nestorianam inscriptum S. Cyrillo (at in cod. 1195. inscriptum S. Augustino) cuius sermonis priorem partem reapse comperi sumptam ex epistola Cyrilli tertia ad Nestorium (ed. Aubert. T. V. part. 2. p. 22. et seq.) nempe illud excerptum quod post S. Leonis epistolam 165. (ed. Baller. T. I. col. 1397.) legitur inter dogmatica testimonia. Codex tamen vat. bonas habet varietates v. gr. 1. ed. *lumen de lumine,* at cod. *lumen verum de lumine vero.* 2. ed. *ad unitatem,* cod. *et unitatem.* 3. ed. *Christum unum et dominum confitemur,* at cod. *Christum unum et Deum confitemur.* 4. ed. *necesse est enim discernere, et dicere hominem separatim fuisse,* at cod. *nec enim fas est discernere, et dicere hominem separatim fuisse.* 5. ed. *participationem,* at cod. *participatum,* substantive. Tum fragmentum in codice concluditur his, quae desiderantur in editione Leonis, verbis, neque tamen graece desunt. *Haec igitur pro caritate in Christo scribo, quaerens tamquam fratrem et contestans coram Christo et electis angelis, ut ecclesiarum pax salva servetur, et concordiae caritatisque vinculum indissolubile maneat sacerdotibus Dei.* Utinam vero Aubertus Cyrilli editor hoc apud Leonem excerptum novisset! ita enim latinam suam interpretationem fecisset meliorem.

PRO DECRETIS CONCILII CHALCEDONENSIS

EPISTOLA GRAECORUM AD ARMENIOS

QUAM CONSTANTINOPOLI DETULIT STEPHANUS SIUNENSIS EPISCOPUS ANTE SUAM AD EPISCOPATUM ADSUMPTIONEM.

1. « Christus est pax nostra, qui fe- » cit utraque unum, et medium parietem » maceriae solvens, inimicitias in carne
* Ephes. II. 14. » sua *. » Visum nobis est ab hoc apostolico effato nostram hanc epistolam exordiri, quam ad vestram pietatem mittimus: nostra quippe omnis voluntas, et ipsius epistolae argumentum, ad pacis adeptionem tendit; pacis eius videlicet, quae de
* Ioh. XIV. 27. hoc mundo non est, prout Dominus dixit *, nec visibilibus rebus consentanea; pacis inquam illius, quam ipse de caelo detulit, quamque suis discipulis discedens largitus est; quam denique a nobis erga omnipotentem patrem servari vult, prout ipse in
* Ioh. XVII. 20. sua ad patrem prece dicebat *: « non pro » his autem rogo tantum, sed et pro eis » qui credituri sunt per verbum illorum » in me: ut omnes unum sint, sicut tu » pater in me, et ego in te; ut et ipsi in » nobis unum sint: ut credat mundus, » quia tu me misisti. » Exemplar se fidelibus suis proponit, ut eum imitantes, eodem pacis tenore invicem copulemur. Sane illi qui eius documenta pensi habuerunt, nihil pacis bono antetulerunt; nihil vicissim aspernati magis sunt, quam ea quae paci adversantur, et verborum opinionumque dissensum pariunt: pro certo habentes, nihil omnino prodesse vel miracula edere, vel sinceram virtutem cum corporis castigatione coniunctam, vel proprii patrimonii largitionem, vel denique ipsum martyrium, absque caritate (1). Porro caritas, prout eam egregie describit divus
apostolus * « non gaudet super iniquitate, * I. Cor. XIII. 6. » congaudet autem veritati, non cogitat » malum » de proximo, nedum de Deo, quia id adversari virtuti iudicat.

2. Nos itaque a Domino petimus, ut divinam in nobis germinare caritatem faciat, atque ut pravarum praeiudicia opinionum avertat . . . (2) verba apud vestram pietatem facimus, insinuare conantes post Christi discipulorum exempla piam persuasionem, aequam spem, atque in Christo fidem. Quod si nos propheta monet * * Ps. XXXIV. 14 ut fratrem appellemus atque reputemus eum qui nos odio prosequitur, quanto magis in fratrum loco habendi sunt illi spiritalique amore diligendi, qui hostili adversus nos animo nequaquam sunt? Deo autem confidimus, cui nostri omnes actus cogitationesque patent, fore ut quandoquidem hunc sermonem, et laudata in eo testimonia nonnisi mutuae monitionis causa scribimus, ea vobis grata accidant; neque enim gloriam nostram sed ipsius Domini quaerimus.

3. Quicumque spiritalis mercedis causa se in ecclesia laboribus occuparunt, rei cuilibet orthodoxam fidem praeferendam putarunt; quam quidem veram sapientiam divina scriptura lignum vitae appellat *. * Prov. III. 18. Reapse quaenam maior sapientia est, quam recta circa Deum ac res divinas sententia? ita ut absque errore de creatis rebus opinemur, ex sanctae scripturae regula; namque ea vera scientia est in paradisi medio a Deo plantata; ubi quamquam obrependo

(1) Ita etiam S. Ioh. chrysostomus homil. I. in S. Romanum M. edit. Maurin. T. II. p. 612. Item S. Augustinus de bapt. contra Donat. lib. IV. 17.

(2) Heic unus versiculus in codice legi nequit.

callidus serpens noxium venenum suum vomere satagat, fraudemque sub pietatis specie inspirare, prout primis parentibus fecit, quos Deo similes fore spondebat; is nihilominus ab eo qui flammeum ibi gladium rotat, depelletur. Quippe hoc a Deo beneficium ministris suis conceditur, cuius ope calliditas serpentis infringitur, atque impedimentum tollitur, si quis eius fructus gustandi cupidus fuerit, qui fidelibus reservatur ut eo copiose fruantur; modo manum ei intendere velint, id est sincere et enixe veram scientiam quaerere, quam quisquis adsequitur, salvus fit.

4. Nos itaque dum Deo preces offerre non desinimus, sub huius mysticae arboris umbra iacere curamus (1), eiusque semper fructus colligere, ut eos non praesentibus tantum, verum etiam absentibus suppeditemus; sicut vestrae quoque pietati non sine iustis causis porrigendos putamus. Etenim religiosus sacerdos Stephanus in hanc regiam a Deo custoditam urbem delatus...(2). Qui non confitetur Dei Verbum passum ac mortuum, factumque primogenitum mortuorum, quamvis idem, quatenus Deus, vita ac vivificans sit, anathema esto (3).

5. Profecto quaelibet clandestina nestorianae malitiae insinuatio hisce anathematismis, ante quam radices agat, evellitur: atque his propositionibus, quas nos illi obiicimus a vera doctrina dictatis, scandalum praecavetur cunctorum fidei orthodoxae amatorum, ne quis temere attemptet inconsutilem Christi vestem discerpere, id est sanam fidei eius doctrinam. Nam contra hanc Nestorius . . . (4) haud potuit heterodoxus fraude sua praevalere, dum omni studio quaereret, quominus veritatem fateri victus cogeretur. Atqui si haec catholicae professionis vocabula usurpare voluisset, nequaquam ex Dei ecclesia pulsus fuisset; sed eum beatus Cyrillus veluti collegam et coëpiscopum excepisset; prout in sacris ruis epistolis scriptum reliquit (5).

6. Quamobrem nos horum vim articulorum quasi sacrum fundamentum praeiacientes, et omnia legitimi sensus vocabula producentes, his super aedificare nitimur: « (6) Nam duas confitentes naturas » in unigenito Dei filio, domino ac ser- » vatore nostro Iesu Christo, simili nobis » per omnia facto, excepto peccato, nihil » aliud dicimus aut intelligimus, nisi quod » ipse Deus quum esset, et patri consub- » stantialis, homo factus est, vereque ho- » minibus consubstantialis » mediator inter Deum et homines, naturam sibi humanam una cum deitate copulans, haud sublata ne post unionem quidem distinctione naturarum, sed una conservata semper persona atque hypostasi divinae veritatis incarnatae, quae perfecte homo facta est. Etenim ante unionem, id est ante quam unigenitum Dei Verbum naturae nostrae copularetur, profitemur unam fuisse eius naturam, id est divinam, utpote patri et spiritui sancto consubstantialem: duas autem eius naturas dicimus, postquam nostram adscivit substantiam: ita ut eum perfectum in deitate, itemque perfectum in humanitate et sciamus et proclamemus: velut etiam unum filium agnoscimus Iesum Christum ex duabus iisdem naturis; adeoque unum Verbum divinum incarnatum, iuxta illius (Cyrilli) sensum admittimus ac profitemur. Nec vero cum incarnatum dicimus, substantiam aliam intelligimus, quam

(1) Utuntur haec eadem locutione Graeci in alia epistola ad Armenios, cuius nos excerpta protulimus in Spicil. rom. T. X. p. 446.

(2) Heic deest folium in codice.

(3) Est duodecimus Cyrilli anathematismus in calce epistolae ad Nestorium, Opp. T. V. part. 2. p. 77.

(4) Heic duo versiculi sunt in codice oblitterati.

(5) Epist. III. ad Nestorium opp. T. V. part. 2. p. 25.

(6) Quem tractum virgulis distinguimus eum laudavit ex ms. cl. Aucherus in adnot. ad Iohannis Ozniensis sermonem p. 33.

Dei Verbi naturam a Cyrillo adsertam (1): etenim haud duas dicimus incarnatas naturas, sed unam, id est illam divini Verbi incarnatam, corpore adsumpto et anima ac mente. Tum utriusque simul naturae proprietates profitentes, nihil aliud intelligimus, nisi quod adsumptum a divino Verbo corpus, in naturam divinam haud transiit, corporis natura dimissa; neque deitas adsumpto corpore spirituque et anima rationali, hisque ad personam suam adplicitis, in corporis naturam conversa est, nec de sua gloria quicquam amisit aut demutavit. Ita nos opinari ac profiteri sancti patres erudiunt, atque in primis sapiens Cyrillus in suo de ambarum naturarum, divinae nempe et humanae, unione tractatu (2), in quo demonstrat nullam esse factam unionis causa alterationem, quia unaquaeque natura suas incolumes retinuit proprietates. Sic videlicet magister Cyrillus magnusque doctor Athanasius, eadem hac locutione utentes docent, quorum testimonia postea proferemus.

7. Ergo duas intelligimus credimusque in unigenito Dei Verbo, domino nostro Iesu Christo, naturas; eo sensu, quo concilii chalcedonensis patres DCXXXVI. intellexerunt ac professi sunt: sic adamussim, inquam, confitemur eundem nostrum Servatorem, dominum atque Deum, perfectum in deitate, et perfectum in humanitate; quia unum ex duabus naturis profitemur, ex divina scilicet et humana. Huic nostrae fidei testimonium dat quintum sanctum concilium, quod post supradictum, in hac regia nostra a Deo custodita urbe congregatum fuit: cuius in decretis scriptum comperimus (3), quod « si quis naturas duas » profitendo, haud intelligat unum dominum Iesum Christum, Deum et hominem; neque praedictis verbis denotare » velit naturarum differentiam, quarum inconfusa et ineffabilis unio peracta fuit, » Verbo haud ad carnis naturam translato, » neque carne vicissim ad Verbi naturam » (etenim ambae naturae in substantia sua » permanentes, personaliter tantum coaluerunt); et quod causa praedictae locutionis usurpandae nulla fuerit alia, » quam mysterii numerique agnoscendi naturarum, quae in eodem unico Verbo incarnato domino nostro Iesu Christo subsistunt; neque mente (4) tantummodo,

(1) Quomodo intelligenda sit Cyrilli ad Sucensum locutio *una Verbi incarnata natura*, exponit accurate prae ceteris S. Maximus Opp. T. II. pp. 273. 286. 335. Videsis etiam Photium Bibl. p. 801.

(2) Utrum hic sit deperditi operis cyrilliani titulus, an potius notus ille v. gr. *de incarnatione*, haud satis mihi constat.

(3) Est canon septimus concilii II. constantinopolitani, seu quinti oecumenici; qui canon videtur mihi paulo clarior in hoc Germani nostri contextu, quam in graeco proprio apud Concil. Zattae T. IX. p. 382.

(4) Magnopere animadvertenda est haec dogmatici canonis constantinopolitani locutio, quae negat intelligendas Christi naturas post unionem, mentis tantum phantasia seu theoria. Ecce enim apud Theoriani disputationem a nobis Script. vet. T. VI. editam in Armeniorum epistola p. 320. legitur: ἔμεινεν ἀμετάβλητος καὶ ἄτρεπτος τῶν φύσεων ἡ φανέρωσις, πλὴν μόνῳ νῷ θεωρουμένη: *mansit non mutata neque conversa naturarum manifestatio* (vel *apparentia*), *sed tamen mente tantum spectabilis.* Quod Armeniorum dictum refutat Michaël patriarcha constantinopolitanus tom. cit. p. 332, volens omnino dici *manere duas naturas*, non autem *mente spectari*, ut dogma tutius pronuncietur. Videant, oro, lectores totum hunc Michaëlis locum, qui dignus profecto cognitu est. Item syrus patriarcha monophysita tom. cit. p. 392. scribit: τὰς φύσεις τηρεῖσθαι ἐν γνώσει, *naturas* (Christi post unionem) *conservari, mentis nostrae vi spectatas.* Porro his locutionibus ἐν γνώσει vel θεωρίᾳ, vel ἐπινοίᾳ adversatur docte etiam Leontius cum scholio (apud nos Script. vet. T. VII. p. 57.) quia nempe Monophysitae οὐκέτι τὴν διαίρεσιν λέγουσι κἀτ' ἐπίνοιαν, ἀλλ' αὐτὰς τὰς φύσεις μόνῃ τῇ ἐπινοίᾳ ψυλῇ θεωρεῖσθαι διϊσχυρίζονται: *haud iam distinctionem dicunt fieri cogitatione, sed ipsas naturas cogitatione tantummodo spectari contendunt.* Sic fere etiam Monophysitarum adversarius Ephraemius apud Photium cod. 229. p. 786. Summa rei est, ut ait praedictus Michaël graecus patriarcha, oportere duas Christi naturas simpliciter dicere, non autem ambigua periphrasi loqui Idem Ephraemius apud Photium cod. 229. p. 820: οὐ μίαν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐπὶ Χριστῷ, ἀλλὰ δύο φύσεις ἐν τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει κηρύττουσι: *non unam patres nostri in Christo, sed duas naturas in hypostatica unione praedicant.*

» unitarum naturarum distinctionem esse » intelligendam quae nihil ob unionem » amiserunt, quia unus est ex duabus (1), » et duae in uno; si quis, inquam, plu- » rali hoc numero abutitur, ut naturas di- » visas suadeat, vel singulas in propria per- » sona distinctas, hic anathema sit. »

8. Quum nos itaque duas in Christo Iesu naturas iuxta catholicum congregatorum Chalcedone patrum sensum profiteamur, persuadere nobis haud possumus, quin ii a Deo sint condemnandi qui contradicunt, neque admittunt et sine haesitatione profitentur dictam locutionem. Nam sancti patres haud simpliciter dixerunt, se duas agnoscere in Christo Iesu naturas, sed omnem aditum Nestorio obstruxerunt: atque ita nos profiteri docuerunt unigenitum Dei Verbum, ut nemo secundum illius impietatem dicere auderet Iesum Christum dominum per homonymiam tantum ac dignitatem Deo Verbo aequalem, ceteroqui seorsum ab eo qui de Davidis stirpe est. Qua credita ab eo unigeniti Verbi divini in duo divisione, quum illius heterodoxa sententia revelata fuisset, patres ut se contra eundem munirent, diserte in primis professi sunt natum de patre secundum deitatem ante omnia saecula; de virgine autem deipara secundum humanitatem; quod ille deiparae vocabulum, ceu suae opinioni contrarium, ne audire quidem sustinuit, sed aures obturavit magis quam ii qui sanctum Stephanum interimendi causa circumsistebant; immo magis quam serpens aures obstruit ne periti incantatoris vocem auscultet; id est salutarem traditionem, quam vir beatus in prima sua ad Nestorium epistola scripserat, pro Iesu Christi divinitate, deiparam simul appellans sanctam virginem . . . (2).

9. Item in sua ad orientales epistola idem beatus Cyrillus sic ait: haud oportuit eos ignorare decretum, quod nempe omni ad synodum nostram venturo, fatendum foret sanctam virginem esse deiparam (3). Quod si duarum naturarum locutio scandalo multis est, propterea quod ea Nestorius prave usus fuit, hi velim sciant, dictam locutionem a sanctis quoque patribus fuisse usurpatam (4): neque orthodoxa vocabula pie iam adhibita, esse reiicienda, postquam illis alii abusi sunt. Namque et Ariani, male ob suam credendi rationem, nonnullas sacrae scripturae voces interpretantes, ita conati sunt sanam sanctissimae Trinitatis fidem corrumpere: neque idcirco post eos quisquam iis vocabulis usurpandis abstinuit.

10. Admirabilis praeterea Cyrillus eidem Nestorio in ephesino concilio contradicens, in quo nonnulli locutionem illius tamquam veterem doctrinam defendebant, testimonia magni theologi Gregorii in medium adtulit, quae sunt huiusmodi (5): « qui duos filios introducit, unum de Deo » patre, alterum de Maria, non vero uni- » cum solumque, is ab adoptione exclu- » detur, quam Deus fidelibus orthodoxis » promisit. Naturae duae sunt, quia Deus » et homo, veluti anima et corpus se ha- » bent: non autem filii duo, nec dii duo: » neque pariter duo homines, quamquam » a Paulo interior exteriorque homo ap- » pellantur. » Idem denuo Cyrillus in sua priore ad Succensum epistola duas in Christo Iesu naturas professus est dicendo (6): « quantum cogitatione adsequi possumus,

(1) Ita locutum est ephesinum concilium: *unus ex ambabus naturis Christus*. Leo papa in celebri epistola adhuc evidentius *unus Christus in naturis duabus*, cui dicto chalcedonenses patres adprobantes succlamaverunt.

(2) Tres deinceps versiculi legi nequeunt in codice.

(3) Hoc dicit in primo anathemàte opp. T. VI. p. 159.

(4) Idem ait Cyrillus etiam lib. I. adv. Nestorium p. 6.

(5) Concil. ephes. act. I. col. 1192. ed. Zattae T. IV.

(6) Opp. T. V. part. 2. p. 133.

» et intellectuali oculo rationem incarnationis subiicere, duas dicimus unitas naturas, unum nihilominus Christum et filium ac dominum, hominem factum, divinumque Verbum incarnatum. » Neque tamen aliud hac locutione docere volumus, nisi quantum a quinto concilio didicimus, nempe ut duarum unitarum tantummodo naturarum distinctionem profiteamur. Quam rem idem Cyrillus in sua quoque ad Eulogium epistola dicit (1): « Nestorius » dum duas carnis ac deitatis distinctas naturas profitetur, quatenus alia est divini » Verbi, alia carnis natura, haud tamen » nobiscum illarum unionem confitetur. » Tum adhuc enucleatius subdit: « nos vero » eas confitemur unitas, unum filium, unum » dominum, unum Christum, uti patres » nostri dixerunt, unam Verbi incarnatam » naturam (2). » Igitur extra omnem controversiam patet, haud sublatam fuisse ab unione distinctionem; quô fit ut duas naturas dicamus; unam vero Verbi divini, quia eadem Unigeniti natura, secum sub sua persona coniunctam habet naturam humani corporis animati et intellectualis.

11. Multa alia hac super re dici possent ad orthodoxae nostrae et immaculatae fidei confirmationem, eorumque refutationem, qui haud sano sed pessimo consilio conantur invehere schisma in ecclesiam Dei. Verum sufficiant quae hactenus dicta sunt, ut multiloquium vitemus, a Sa-
* Prov. IX. 9. lomone edocti qui ait *: « da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia. »

12. Deinceps vero oportet ut de operationibus quoque et voluntatibus (Christi) dicamus (3); spiritale nimirum talentum mensae vestrae argentariae tradentes, ut postea Dominus sortem suam a vobis cum usura possit recipere, neque nos ceu pigrum illum servum condemnet. Duas ergo dicimus in Christo Iesu operationes fuisse; nempe ipsum et qua Deum et qua hominem egisse intelligimus: qua Deum, res divinas; qua hominem, res humanas; sed tamen ambas operationes perfecisse coniunctim, non seorsum separatimque (4); atque ita factis se confirmasse, cuiusmodi reapse erat, Deum verum et hominem verum, non specie tenus. Neque nobis licet cum Hebraeis ei dicere: « quia tu homo » quum sis, facis te ipsum Deum *. » Et- * Ioh. X. 33.
enim ille supernaturalia sua demonstravit divina opera, aitque *: « si non facio ope- * Ioh. X. 38.
» ra patris mei, nolite credere; si autem » facio, et si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et credatis » quia pater in me est, et ego in patre. » Adversus autem haereticos illos, qui postea ad contemnendum incarnationis mysterium exorturi erant, veritatem is praemunivit, cum naturae suae, quotiescumque sibi libuit, permisit (velut ait etiam sanctus Nyssae episcopus Gregorius (5)) carnis illas adfectiones experiri, quae reprehensione carebant, nec non cruciatus; ut invicte confirmaret, se esse primogenitum in multis fratribus, nobisque corpore ac sanguine similem. Hinc etiam post re-

(1) Tom. V. part. 2. p. 137.

(2) Recole de hac celebri Cyrilli locutione quae diximus n. 6. adn. 1. Praeterea de concilii chalcedonensis doctrina, et contrario errore multa bona dicit Germanus noster etiam in tractatu, quem videsis, de haeresibus ac synodis a nobis edito Spicil. rom. T. VII.

(3) De duplici quoque operatione et voluntate Germanus op. cit. n. 45.

(4) Ita S. Leo PP. in sermone miscello, cuius partem ego legebam in cod. vat. 1267. f. 51. b. Extat autem sermo in append. n. 1. ed. Baller. T. I. Porro ubi in ed. col. 404. cap. 11. legitur: *quamvis* etc. *Verbi et carnis una persona sit, et utraque essentia communes habeat actiones, intelligendae tamen* etc. qui Leonis locus ad litteram sumitur ex serm. 13. de pass. cap. 4, et ex ep. 124. cap. 5, et denique ex ep. 165. cap. 6; et tamen in nostro vat. cod. plenior meliorque legitur sic: *licet* etc. *Verbi et carnis una persona sit,* QUAE INSEPARABILITER ATQUE INDIVISE *communes habeat actiones, intelligendae tamen* etc.

(5) Consonat cum Nysseno Basilius v. gr. epist. 161, aliique passim patres.

surrectionem, ut naturae suae veritatem rursus demonstraret, velut ait magnus sanctus Basilius (1), cibum quoque gustare dignatus est.

13. Iam vero aeternus Deus, qui universum mundi orbem complectitur, ut ait
* Is. XL. 12. Isaias *, nec famem experiri nec sitim potest: nihilo tamen minus is in corpore suo esurivit atque sitivit: cumque homo esset, tamquam Deus simul operabatur cum naturae divinae viribus. Id nos docet etiam sapiens Cyrillus in suo thesauro dicens: « unum nobis praedicant Christum divi» nae scripturae: namque unus est Deus » pater, unusque et solus dominus Iesus » Christus, qui uti Deus agnoscitur, quia » id egit quod solius Dei proprium est. » Quia vero semet fecerat hominem, se» cundum scripturam, opus fuit ut se ho» minem esse comprobaret; neque talis » videri poterat absque innoxiis corporis » adfectibus, rebusque aliis corpori con» sentaneis. Operabatur scilicet et loqueba» tur quantum homini congruit, ut se ho» minem factum demonstraret (2). » Tum paucis interiectis. « Quia Deus verus erat » cum carne, caroque vera cum deitate, » operabatur ut Deus, quatenus opus erat » ut Deus esse cognosceretur. Vicissimque » agebat et loquebatur, quatenus oporte» bat ut se verum hominem esse ostende» ret; mysterii sic veritatem prudente oe» conomia administrans. »

14. Nemo igitur ausit nos reprehendere, id est Dei ecclesiam, propterea quod his vocabulis utimur in catholicae fidei confessione. Cogitent potius fore se malitiae Arianorum consonos, qui ad suos errores orthodoxam patrum Nicaeae congregatorum dictionem distorquebant; qui, prout magnus ait Athanasius (3) post multam conquisitionem vocabulum ὁμοούσιος stabiliverunt, quod numquam Ariani pervertere potuerunt. Cum autem distorsit Nestorius nostrae fidei tesseram, in ecclesia Dei semper adhibitam, Cyrillus admirabilis personae unitatem illi opposuit.

15. Item cum senex malignus Eutyches semet extulit, dicens Deum quidem corpus nostro simile adsumpsisse, ceteroqui unam esse naturam post unionem delirans (4), patres ii qui Chalcedone convenerunt, Romaeque antistes beatus Leo, coacti sunt, ut illius insaniam refellerent, duas docere esse naturas in unigenito Verbo Dei; quae quum iuxta suas proprietates simul agerent, ambae quod proprium sibi erat tenebant; ut sic ex actuum distinctione, naturarum distinctio agnosceretur unius domini nostri Iesu Christi: etenim ex actibus natura dignoscitur, velut etiam beati Cyrillus et nyssenus Gregorius in scriptis suis tradiderunt.

16. Sed enim ne ad voluntatem quidem quod adtinet, veritas non est declaranda. Haud enim inconsiderate vel absque examine, duarum voluntatum locutionem admisimus (5), quum hac de re temporibus nostris commota quaestio fuisset; neque ecclesiae Dei praesidibus tacere liceret, neque inepte Dei potentis corpus rescindere huius dictionis divulgatione. Revera haud alienum a trita patrum via est, duas voluntates dicere; et deinde adfirmare unum id est primum atque praecipuum humanum actum in intellectu ac voluntate fieri. Iam quum nostram naturam divinum Verbum adsumpserit, ut eam sanitati restitue-

(1) Num intelligit Germanus locum epistolae Basilii ad Urbicium, quam primi nos, ex codice veneto exscriptam edidimus post Cyrilli commentarios in psalmos? Ibi nimirum agitur de Christo post resurrectionem comedente.

(2) Plura his certe similia dicit Cyrillus in thesauro assert. XXIV.

(3) Prolixe de hoc vocabulo Athanasius in libro de synodis.

(4) Concil. chalced. p. 1079. ed. venet. Coleti anni 1728. T. IV.

(5) Hinc rursus vides quam falso accusatus olim fuerit de monothelismo Germanus noster; qua ceteroqui criminatione satis eum iam purgaverat Henschenius bollandianus ad diem XII. maii.

ret atque instauraret, necesse fuit ut prae ceteris illam partem adsumeret, quae prima peccati vitio infecta universum hominem pessum dedit. Etenim Deus quidem initio Adamum naturaliter innocentem creaverat et libera cum voluntate. Quapropter inclytus Athanasius dixit (1), naturas duas ab ipsa voluntate in uno domino nostro Iesu Christo denotari. Etsi enim is voluntatem secundum humanum intellectum adsumpserat, ipsam tamen haud habuit contrariam, sed Deo prorsus conformem, et ad peccatum nullatenus pronam, quia numquam divina voluntas abs naturali aberat; immo haec talis prorsus apparebat, qualem in illo fore dixit propheta * (* Is. VII. 16.): « ante » quam puer malum bonumve sciat, ma- » lum respuet, bonumque eliget. » Ecce enim salutis nostrae causa sponte ad necem accessit, quamquam ei naturale erat nolle mori, quia vi congenita repugnat morti natura, prout creator initio constituit.

17. Dixi, nos hanc locutionem adscivisse a patribus nobis traditam; neque tamen ullam praeterea volo in mysterium invehere contrarietatem; absit. Nam etsi is moestus fuit, ignoravit (2), et passioni repugnantiam prae se tulit, haec tamen omnia cum Verbi consensu ac beneplacito in carne habitantis, et ob illius voluntatem, corpori accidebant: quia Verbum quatenus sibi libitum erat, corpori concedebat ut naturaliter ageret, sicut scriptum invenimus. Quippe natura comparatum est, ut homo mori nolit: et Adamum Deus ab initio naturaliter mortis metuentem fecit: alioquin haud ei profecto mortem esset interminatus dicens: quacumque die de arbore comederitis, cuius gustum vobis interdixi, sine dubio morte moriemini; nisi antea mortis horrorem illi indidisset. Iam vero Domini quoque anima a morte abhorrebat, sed ob oeconomiae rationem, id quoque spontaneum erat ac liberum. Hinc discipulis suis aiebat: desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum ante quam patiar * (* Luc. XXII. 15.). Et alibi * (* Ioh. XVIII. 11): calicem habeo quem oportet me bibere; quid autem volo praeter quam illum bibere? Et, baptismum habeo, quo me oportet baptizari; et quomodo angor usque dum perficiatur * (* Luc. XII. 50)? Ex his ergo discimus, ut doctus Cyrillus opinatur (3), quod Iesu Christi natura nostrae similis, naturalem repugnantiam sibi spontaneam fecerit, prout Deo conveniebat.

18. Atque ut summam praedictorum faciamus, paucisque rem concludamus, dicimus Deum factum esse hominem, non autem adsumptum ab eo hominem, ut Nestorius credidit (4). Etenim dictum fuit: et Verbum caro factum est (5), et habitavit in nobis; haud sane apparenter, neque tamquam umbram se exhibens, sed vere ac materialiter factus homo, ut hoc fructu universum hominum genus mundaretur. Eaque omnia possedit, quae pro nobis ob-

(1) Idcirco Eutyches in concilio chalcedonensi tomo praedicto p. 1019. citabat pro se non Cyrillum tantummodo sed etiam Athanasium.

(2) De scientia Christi, et de celebri loco quod ne filius quidem diem horamque iudicii futuri sciret, adi egregias explicationes Cyrilli apud nos in excerptis eius ad Matth. p. 482. Rursus eundem Cyrillum in comm. ad Lucam II. 52. Item nostrum Nicephorum antirrh. I. 50, et praesertim in apologetico maiore cap. 76. Denique Eulogium patriarcham alex. apud Photium cod. 230. p. 882.

(3) Hoc cum alibi, tum diserte dicit Cyrillus apud nos in comm. et Luc. p. 427. et in excerptis item apud nos p. 483.

(4) Recte ait, ut Nestorius credidit, qui pravum ei dicto sensum subiiciebat. Ceterum locutionem hanc, quod Verbum sibi adsumpserit hominem, impune dictam reperies in sensu orthodoxo apud veteres, puta apud S. Augustinum de vera relig. cap. XVI. apud S. Leonem PP. serm. 54; et quidem inter graecos etiam apud Athanasium, in fragmentis quae super edidimus p. 582.

(5) Pulcre Proclus constantinopolitanus in epistola dogmatica ad Armenios (Galland. Bib. T. IX. p. 687.) ait locutione *Verbum caro factum est*, nihil aliud significari quam τὸ ἀδιαίρετον τῆς ἄκρας ἑνώσεως, *summae unionis inseparabilitatem*. Et hoc contra Monophysitas.

* Hebr. VIII. 3. tulit, ut magnus inquit apostolus *. Idcirco quum Deus esset impassibilis, non recusavit fieri passibilis, ut idem et passus esset et non passus: passus carne, quam de sanctae virginis deiparae utero sumpsit, simulque expertus quidquid inculpabilium adfectionum habet natura, nec non cruciatus quos passionis tempore a crucifixoribus pertulit. Non passus autem, quatenus nihil divina natura patiebatur, dum eius non sine sponte propria corpus discruciabatur. Sic etiam corporaliter pendebat in cruce, in quam se propria potestate contulerat, ut ipse Dominus dixit *. * Ioh. X. 17. Obiit corpore, a neutra tamen humanitatis eius parte discessit deitas, quae tota inerat corpori exanimi in monumento iacenti, totaque simul perseverabat in eius anima ad inferas terrae partes descendente, ubi et iis qui in carcere erant spiritibus veniens praedicavit, ut apostolorum princeps narrat *. * I. Petr. III. 19.

19. Nemo igitur scandalum nostri causa patiatur, dum peccatis suis quaerit excusationes: neque is qui in peccato persistit, ecclesiam Dei vituperet, quasi ea divisionem in Christi mysterio doceat. Nemo nonnullas perperam intelligens patrum auctoritates, vel eas distorquens, perverse aliquid adversus veritatem concludat: idque iis praecipue dicitur, qui beatum Leonem romanum antistitem eiusque verba temere et inique scandalo habent (1). Epistolae eius testimonia deinceps recitabimus (2), rectam eorum exponentes sententiam, ut evidenter demonstremus orthodoxam illius fidem, atque ut eos pudore adficiamus, qui Leonem Nestorio favere praesumunt. Quod si forte vos (in Christo Iesu dico) contrarium aliquid intellectui vestro in nostro scripto deprehenderitis, ne quaeso id significare cunctemini, quidquid nempe vobis libuerit, magisque accuratam dubiorum vestrorum solutionem exquirite. Namque et magnus Athanasius aequum esse iudicavit, eos non repellere, qui quod dicunt, recto sensu explicant. Sic enim ipse docet in sua ad Eusebium, Lucinianum, et socios (3) epistola: « vos ergo, qui haec » omnia profitemini, ne quaeso illos qui » eadem profitentur damnetis; sed vocabula ab illis adhibita explicate; neque » his inconsideratis, auctores repellatis; » immo vero eos exorate, iisque suadete, » ut conciliare sententias velint. »

20. Quum ergo exploratum sit, coram tremendo Christi tribunali, ubi actus nostri omnes, verba, et cogitationes iudicabuntur, quidquid hactenus audientibus diximus prolatum iri, date operam, venerabiles Fratres, ut vinculum perfectionis * * Coloss. III. 14. pacisque concordiam teneatis, quò unum corpus esse possitis et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae: atque ut in uno Domino, una fide, uno baptismo glorificare Deum possimus patrem domini nostri Iesu Christi, eiusque unigenitum Verbum, et sanctum Spiritum, qui ex illorum substantia est; in eodem inquam ovili, in superna ecclesia primogenitorum in caelis conscriptorum; ubi habitant omnes qui eodem fruuntur domino nostro Iesu Christo, cui honor in aeternum. Amen.

(1) Reapse adhuc Armenii eutychiani, id est monophysismi adseclae, cogunt levitas ordinandos iurare in formulam, qua detestantur concilium chalcedonense et Leonem romanum. Videsis Le-Brunium expl. Miss. T. III. p. 16. Nec immerito. Etenim nemo saepius aut validius Leone Eutychem arguit in sermonibus atque epistolis.

(2) Desunt nunc (omissa ab amanuensibus) in calce praesentis epistolae haec testimonia sive auctoritates, quibus dogmatica scripta communiri solebant. Idem accidit epistolae Leonis PP. ad Flavianum, cui desunt testimonia (in codd. et in edd.) ab eo promissa. Item desunt testimonia in fine actionis IX. Leontii de sectis, quae nos tamen in vat. codice nuper invenimus.

(3) Non videbam huius tituli epistolam inter edita Athanasii scripta.

DE DOGMATICA PANOPLIA

MONITUM.

Chalcedonense concilium, definito contra Eutychianos aliosque haereticos duarum unitarum in Christo naturarum dogmate, contumacibus plurimis ansam obtulit discidium ab ecclesiae unitate faciendi; ideoque totus paene oriens cum Aegypto religiosis his turbis convulsus fuit. Rem prae ceteris lucide narrat chaldaeus Ebediesus in suo de veritate christianae religionis opere (quod nos edidimus Script. vet. T. X.) tract. III. cap. 4, *ubi agitur de sectarum divisione, qui locus non sine fructu a studiosis legetur. Exinde enim extiterunt* 1. *Orthodoxi, qui duas unitas Christi naturas, unamque personam;* 2. *Iacobitae qui naturam unam unamque personam;* 3. *Nestoriani, qui duas seorsum Christi naturas, duasque personas credunt. Porro ut multi rectam chalcedonensis concilii doctrinam oppugnare tunc coeperunt, ita non segnius orthodoxi scriptores ad illius defensionem certatim incubuerunt. Atque inter primos prodiens in aciem Ephraemius patriarcha antiochenus, pluribus editis scriptis, quorum ampla excerpta dat Photius codd.* 228. *et* 229, *chalcedonensem definitionem, atque epistolam Leonis romani fortiter defendit. Deinde Eulogius patriarcha alexandrinus non uno pariter scripto apologiam synodi et Leonis romani plenissimam fecit* (1); *cuius item copiosa excerpta Photius codd.* 225. 226. *et* 230, *nobis conservavit. Tertiam saeculo sexto defensionem praedicti concilii scripsit Leontius byzantinus, quae inter edita eius opuscula superest. Quartum pro eadem synodo tractatum saeculo item sexto Iohannis caesariensis habemus in codice vaticano syriaco* 140, *sumptum videlicet ex graeco auctoris textu qui periit. Ex hoc nos Iohannis caesariensis opere permulta excerpsimus S. Cyrilli ab eo citati fragmenta inedita, quae latine in hoc ipso volumine contexuimus. Quintum video pro concilio chalcedonensi opusculum Nicetae byzantini saeculo nono scriptum, in Allatii Graeciae orthodoxae priore tomo.*

Ego vero ante hos annos videram in codice vat. latino 7153, *qui ex miscellis scriptis conficitur, graecum insertum chartarum octo bombycinarum fragmentum, grandioris moduli, binis digestum laterculis; verumtamen non capite tantum, sed fine quoque truncatum. Etenim tres complectebatur quaestiones a XVI. ad XVIII, quae desinebat in mutilam Gelasii papae epistolam. Iamque ego fragmentum hoc spatiosum, cum interpretatione mea latina scholiisque, prelo supponebam, cum ecce bibliothecae vaticanae graecos aliquos codices nuper lustrans, praedicti tractatus partem ceteram, immo et multo maiorem, eadem plane manu scriptam in codice graeco vat.* 1904. *mirabundus nactus sum; nec nisi supino bibliopegi errore factum cognovi, ut quaternio ille a reliquo corpore avulsus inter latinos tam longe codices sub numero* 7153. *transferretur. Ergo rursus compositis huius Absyrti membris, tum operis titulum legi, tum etiam simul comperi quinque adhuc quaestiones in media operis lacuna desiderari, id est XI. XII. XIII. XIV. XV., quae ut aliquando pari casus felicitate emergant, optandum est. Et titulus quidem operis bis circa finem legitur* δογματικὴ πανοπλία, *ut suis locis adnotabimus: partes autem in medio scripto ut dixi adhuc hiant, in postremo tamen volumine coalescunt: namque et Gelasii epistola ab inventis postea foliis completur.*

Age vero dogmaticas panoplias in impressis libris duas habemus, primam Euthymii Zygabeni; alteram titulo aliquantum variantem, sed re parem, Nicetae nimirum choniatae thesaurum orthodoxae fidei, cuius quinque libros priores latine tantum gallus Morellius edidit, nos vero posteriorum librorum lautas partes in romano Spicilegio T. IV. graece protulimus. Attamen neutrum opus, sive Euthymii sive Nicetae, cum hac de qua loquimur panoplia conspirat. Iam quisnam fuerit huius

(1) Graviter erat Schottus Photii interpres in cod. 226. Dicit Photius Eulogium posuisse initio sui apologetici (vel sibi scopum fecisse) tomum (id est epistolam) Leonis PP., quem calumniis Acephali appetebant: προτίθεται δὲ αὐτῷ τοῦ ἐν ἁγίοις πάπα Λέοντος ὁ τόμος ἐπηρεαζόμενος μὲν καὶ συκοφαντούμενος ὑπὸ Ἀκεφάλων. Schottus autem hermeneuticae simul et chronologiae immemor (fuit enim Eulogius saeculo et amplius iunior Leone) sic perverse reddit: *inscribit vero librum primum pontifici Leoni, accusatus ac reprehensus ab Acephalis.* Mitto alias ibi falsissimas interpretationes, veluti ἀθώωσις τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, *absolutio a chalcedonensi synodo*, pro *defensio chalc. synodi.* Et Εὐλόγιος μονῆς ἡγήσατο τῆς παναγίας θεοτόκου: *Eulogius solius deiparae Virginis cultu adductus*, pro *Eulogius monasterii praeses fuerat sanctissimae Deiparae.* Mitto inquam cetera, ne extra meum propositum vager.

panopliae adversus Eutychianos auctor, quis facile divinet? Incipit in codice opus acephalum ab actione IV. cap. 6. operis Leontii de sectis. In calce autem nonae scribuntur Patrum testimonia, quae in editione Leontii promittuntur quidem sed tamen suppressa fuerunt. Nempe in codice nostro haec sunt. I. Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρείου α' λόγου. II. Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγȣ ἐκ τοῦ εἰς τὰ ἐπιφάνια λόγου. III. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ περὶ υἱοῦ β' λόγȣ. IV. Γρηγορίου Νύσσης ἐκ τοῦ κατὰ Ἀπολιναρίου συντάγματος. V. Ἀμβροσίου ἐπισκόπου Μεδιολάνων ἐκ τῶν πρὸς Γρατιανὸν τὸν βασιλέα. VI. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς τοῦ πρὸς Σαβηνιανὸν λόγου ὑποθέσεως. Hoc quidem ita se habet: οὐκοῦν ἐν τῷ τελείῳ τῆς θεότητος ὤν, ἐκένωσεν ἑαυτὸν καὶ ἔλαβε τὸ τέλειον τῆς κατ' ἄνθρωπον φύσεως ὁλοκλήρου· ὡς οὖν οὐδὲν ἐλλιπὲς τ[illegible]ῳ, οὕτως οὐδὲ τῷ καταρτισμῷ τῷ κατὰ ἄνθρωπον, ἵνα τέλειος ἐν ἑκατέρᾳ φύσει τυγχάνῃ. Huius graeci fragmenti sex tantum postrema vocabula dederamus nos ex Leontio, Script. vet. T. VII. p. 135., nunc vero totus locus apparet. Et quidem is sumitur ex Ambrosii epistola in maur. editione XLVI. 6. (quae ad Sabinum non ad Sabinianum scribitur) ubi disertis verbis sic Ambrosius: ergo cum esset in plenitudine divinitatis, exinanivit se, et accepit plenitudinem naturae et perfectionis humanae: sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis consummationi, ut esset perfectus in utraque forma. VII. Τοῦ αὐτοῦ ἑρμηνεύοντος τὴν ἔννοιαν τοῦ θείου συμβόλου. Hunc nos item adamussim Ambrosii locum iam protulimus ex Anastasio presbytero, Script. vet. T. VII. p. 7. VIII. Αὐγουστίνου. Ἐπίγνωθι διττὴν φύσιν τοῦ Χριστοῦ· τὴν θείαν δὲ λέγω τὴν συνυπάρχουσαν τῷ πατρὶ, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην, ἧς μείζων ἐστὶν ὁ πατήρ· πλὴν ἑκατέραν ὁμοῦ· καὶ οὐ δύο, ἀλλ' εἷς Χριστὸς, ἵνα μὴ τετρὰς εἴη, ἀλλὰ τριὰς ὁ θεός. Nimirum Augustinus in Ioh. tract. 79. 3: agnoscamus geminam substantiam Christi, divinam scilicet qua aequalis est patri, humanam qua maior est pater. Utrumque autem simul, non duo, sed unus est Christus, ne sit quaternitas, non Trinitas Deus. Huius nos graeci fragmenti partem tantum priorem recitaveramus ex Leontio tom. cit. p. 135. IX. Τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ βιβλίου τῆς ἐν πνεύματι λατρείας. X. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Οὐαλεριανὸν ἐπιστολῆς. XI. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ἀνατολικούς. Sequitur tota in codice actio Leontii decima usque ad fol. 31. b., quae nos omnia, ut iamdiu edita, omisimus.

ga homines autem benivola multifariam, quia cunctis nostris per unam de suis personis communicavit, ad se advocans, et apponens infimam humanitatem; ex qua ineffabiliter simplex Iesus compositus est; et temporalem extensionem excepit sempiternus; et intra nostrae naturae modulum factus est, qui omnem universae naturae ordinem sublimiter excedit, cum immutabili et inconfuso proprietatum suarum fundamine. » Et quotquot alia consectanea huic doctrinae theoretica lumina, divorum nostrorum ducum arcana traditio splendide nobis gratificata est.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Δ'.

Εἰ τὸ ἀνθρωπίνον τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἀνελήφθη, πῶς οὐ χριστοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον δοξάζειν ὀφείλομεν ἀλλὰ θεοτόκον;

QUAESTIO IV.

Si humanitas domini et salvatoris nostri adsumpta fuit, cur non christiparam sanctam Virginem existimare debemus sed deiparam?

Ἀπό.

α'. Ἀλλ' οὐ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ θεοῦ λόγου Χριστὸς κυρίως λέγεται, ἵνα τοῦτο εἴπωμεν· κατὰ γὰρ τὸν θεολόγον Γρηγόριον (1), Χριστὸς διὰ τὴν θεότητα· χρίσις γὰρ αὕτη τῆς ἀνθρωπότητος, οὐκ ἐνεργείᾳ κατὰ τοὺς ἄλλους χριστοὺς ἁγιάζουσα, παρουσίᾳ δὲ ὅλου τοῦ χρίοντος, ἧς ἔργον ἄνθρωπον ἀκοῦσαι τὸ χρίον, καὶ ποιῆσαι θεὸν τὸ χριόμενον· κιρναμένων ὥσπερ τῶν φύσεων, οὕτω δὴ καὶ τῶν κλήσεων, καὶ περιχωρουσῶν εἰς ἀλλήλας τῷ λόγῳ τῆς συμφυΐας· ὥστε οὖν οὔτε τὸν ἐκ θεοῦ λόγον ἰδικῶς ὠνόμασε Χριστὸν ὁ θεολόγος, οὔτε πάλιν Χριστὸν ἕτερον τὸν ἐκ γυναικὸς, ἀλλ' ἕνα μόνον οἶδε Χριστὸν τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός· ἐπεὶ οὖν ὁ τεχθεὶς ἡμῖν ἐκ παρθένου Χριστὸς, θεὸς καὶ ἄνθρωπος κατὰ φύσιν ὑπάρχει, εἷς ὢν καὶ ὁ αὐτός· διὰ τοῦτο θεοτόκος ἡ παρθένος κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν λέγεται· θεὸς γὰρ ἡμῖν δι' αὐτῆς προῆλθε, διὰ τῆς ἐξ αὐτῆς ἡμῖν γεννηθέντος· ὁ γὰρ θεὸς λόγος κατὰ φύσιν ἑνωθεὶς τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ διὰ μέσης ψυχῆς νοερᾶς, πάντα τὰ τοῦ

1. Nequaquam Dei Verbi humanitas appellatur proprie Christus, ut ita dicamus. Namque ut ait theologus Gregorius, Christus est propter divinitatem. Haec enim humanitatis unctio est, non operatione, ut in aliis christis, sed totius ungentis praesentia sanctificans. Cuius hic effectus est, ut id, quod ungit, homo vocetur; et, quod ungitur, Deus fiat: commixtis quodammodo sicut naturis ita etiam appellationibus, et invicem intercurrentibus, unitarum naturarum ratione. Quapropter Dei Verbum proprie Christum theologus nominavit, neque item alium Christum eum qui de virgine; sed unum tantummodo novit Christum ex Deo patre Verbum, cum propria carne. Quoniam itaque is quem peperit nobis virgo, Christus Deus et homo naturaliter est, unus idemque, propterea virgo deipara proprie vereque dicitur: nam Deus nobis per ipsam prodiit, quia ex ipsa nobis editus partu est. Etenim Deus Verbum naturaliter carni proprie unitum, mediante anima intellectuali, cuncta quae sunt ho- Responsio.

(1) Orat. XXX. 19. quae est theologica quarta *de filio*.

minis propria adscivit, atque in se recepit. In hoc enim et ipsius exinanitio consistit. Operatio quippe fuit beatae huius unionis, ut Deus fieret is qui assumptus est, et homo vicissim appellaretur is qui assumpsit. Quoniam itaque homo dominicus vere ex virgine est, sustinuisse nativitatem dicitur Verbum, utpote quod ea quae hominis sunt propria adscivit: nam carnis proprium est nasci: ideoque proprie vereque deipara virgo est non christipara. Nam defugientes divisionis impietatem, unum eundemque persona, si minus natura, dicimus dominum nostrum Iesum Christum, Deum eundem et hominem, consubstantialem patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem: naturalem Dei patris filium secundum divinitatem, et naturalem item matris filium secundum humanitatem: aversantes videlicet eos qui duos filios vel Christos existimant, unum quidem de patre Deo dicentes, alterum vero de virgine; vel denique alio quovis modo dividentes unicum dominum nostrum Iesum Christum, secundum Theodori ac Nestorii vesaniam. Sic autem Christum unum ac dominum confitemur, non quasi hominem cum Verbo simul adorantes, nequa divisionis phantasia irrepat dum dicimus simul, sed tamquam unum eundemque adorantes: etenim non est ab eo alienum corpus, cum quo et ipsum Verbum patri adsidet: non item tamquam duobus considentibus filiis, sed uno secundum suam cum carne propria unionem. Nequaquam enim homo se ipsum pro nobis tradidit, ne fides nostra et spes erga hominem esset: sed ipsum Deus Verbum factum homo, proprium tradidit corpus pro nobis: ac propterea proprie vereque deipara virgo est et dicitur.

ἀνθρώπου ἴδια ᾠκειώσατο, καὶ εἰς ἑαυτὸν κατεδέξατο· ἐν τούτῳ γάρ ἐστιν αὐτοῦ καὶ ἡ κένωσις· ἔργον γὰρ γέγονε τῆς μακαρίας ταύτης ἑνώσεως, τὸ ποιῆσαι θεὸν τὸν ληφθέντα, καὶ ἄνθρωπον κληθῆναι τὸν λαβόντα· (col. 2) ἐπεὶ οὖν ὁ κυριακὸς ἄνθρωπος κατὰ ἀλήθειαν ἐστὶν ἐκ παρθένου, ὑπομεῖναι λέγεται γέννησιν ὁ λόγος ὡς τὰ τούτου οἰκειούμενος ἴδια· ἴδιον γὰρ σαρκὸς τὸ γεννᾶσθαι, καὶ διὰ τοῦτο κυρίως καὶ κατ' ἀλήθειαν θεότοκος ἡ παρθένος ὑπάρχει καὶ οὐ χριστοτόκος· φεύγοντες γὰρ τὴν τῆς διαιρέσεως ἀσέβειαν. ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν τῇ ὑποστάσει, εἰ καὶ μὴ τῇ φύσει, φαμὲν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν αὐτὸν θεόν τε καὶ ἄνθρωπον, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· φύσει τὸν θεοῦ καὶ πατρὸς υἱὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ φύσει τῆς μητρὸς υἱὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ἀποστρεφόμενοι τοὺς, δύο υἱοὺς ἢ Χριστοὺς δοξάζοντας, ἕτερον μὲν τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς εἶναι λέγοντας, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς παρθένου· ἢ ὁπωσοῦν διαιροῦντας τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, κατὰ τὴν Θεοδώρου καὶ Νεστορίου φρενοβλάβειαν· οὕτω δὲ Χριστὸν ἕνα καὶ κύριον ὁμολογοῦμεν, οὐχ' ὡς ἄνθρωπον συμπροσκυνοῦντες τῷ λόγῳ, ἵνα μὴ τομῆς φαντασία παρεισκρίνεται διὰ τὸ λέγειν τὸ σὺν, ἀλλ' ὡς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν προσκυνοῦντες· οὔτε γὰρ ἀλλότριον αὐτοῦ τὸ σῶμα μεθ' οὗ καὶ αὐτὸς συνεδρεύει τῷ πατρὶ, οὐχ' ὡς δύο πάλιν συνεδρευόντων υἱῶν, ἀλλ' ὡς ἑνὸς καθ' ἕνωσιν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός· οὐ γὰρ ἄνθρωπος ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν δέδωκεν, ἵνα μὴ ἡ πίστις ἡμῶν καὶ ἡ ἐλπὶς εἰς ἄνθρωπον ᾖ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος γενόμενος ἄνθρωπος τὸ ἴδιον σῶμα δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ διὰ τοῦτο κυρίως (cod. f. 36. b. col. 1.) καὶ κατ' ἀλήθειαν θεότοκος ἡ παρθένος ὑπάρχει τε καὶ λέγεται.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ε.

Πῶς ἐκ δύο φύσεων τὸν Χριστὸν λέγομεν; ὁ γὰρ θεὸς λόγος μόνος προϋπῆρχε τῆς κατὰ σάρκα οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

α'. Ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ ἀῤῥήτως τε καὶ ἀϊδίως ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς γεννηθεὶς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐστὶ, τῆς αὐτῆς φύσεως ὢν τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· τὴν δὲ ἀνθρωπίνην ἣν ἀνέλαβεν οὐσίαν, οὐχ ὑποτίθεται ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος προδιαπεπλάσθαι τῆς ὑπερφυοῦς καὶ ἀδιαιρέτου ἑνώσεως· εἴ τις γὰρ διαπεπλάσθαι φησὶν ὁ θεολόγος τὸν ἄνθρωπον, εἶθ' ὑποδεδυκέναι λέγει θεὸν, κατάκριτος· οὐ γέννησις γὰρ θεοῦ ἐστι τοῦτο, ἀλλὰ φυγὴ γεννήσεως· τοῦ οὖν φρενοβλαβοῦς Θεοδώρου καὶ Νεστορίου εἰσὶ τὰ τοιαῦτα τερατεύματα, δύο υἱοὺς καὶ δύο πρόσωπα δοξάζειν ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου· οὐκ ἀνάγκη δὲ ἐπὶ τῶν συνθέτων πάντα τὰ μέρη, ἐξ ὧν ἡ σύνθεσις, προϋφεστηκέναι καθ' ἑαυτὰ τῆς συνθέσεως τοῦ ἀποτελέσματος· ἰδοὺ γὰρ τὰ σώματα σύγκεινται ἐξ ὕλης καὶ εἴδους, κατὰ τὸ πρῶτον αὐτῶν ὑποκείμενον, καὶ οὐδέτερον αὐτῶν καθ' ἑαυτὸ τῆς γεννήσεως αὐτῶν προϋπέστη, ἐν μόνῃ δὲ θεωρίᾳ εἰς τὰ ἐξ ὧν συνέστηκεν εἰς ταῦτα ὡς πρὸς οἰκείας ἀρχὰς αὐτῶν ἀνατρέχει· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ τῇδε κόσμος σύγκειται ἐκ τεσσάρων στοιχείων, καὶ οὐκ ἔχομεν λέγειν ὅτι προῆσαν ἰδιοϋποστάτως καὶ καθ' ἑαυτὰ τῇ ἐνεργείᾳ τῆς τούτου παραγωγῆς· μόνῃ γὰρ ἐν τῇ μίξει αὐτῶν γνωρίζονται· οὐκ ἐδεήθη γὰρ ὁ δημιουργὸς πρῶτον ταῦτα ὑποστῆσαι, ἵνα οὕτω δίκην τινὸς χειροτέχνου ἐξ αὐτῶν τὸν κόσμον παραγάγῃ, ὡς ἀπὸ ὕλης καὶ ὀργάνου· νεύματι γὰρ τὰ πάντα ἐκ μὴ ὄντων παρήγαγε· μόνον γὰρ ἠθέλησε, καὶ τὸ ἔργον παρηκολούθησεν αὐτά· ἀνενδεὴς γάρ ἐστι κατὰ πάντα καὶ δυνάστης· οὐδὲ γὰρ δεῖται χρόνου πρὸς τελείωσιν τῶν ἑαυτοῦ ἔργων ὁ θεός.

β'. Καὶ ὁ ἄνθρωπος σύνθετόν ἐστι πρᾶγμα, ἐκ ψυχῆς νοερᾶς καὶ σώματος

QUAESTIO V.

Cur ex duabus naturis Christum dicimus? nam Deus Verbum solum extitit ante domini nostri et salvatoris Iesu Christi incarnationem.

1. Unigenitus filius Verbumque Dei ineffabiliter et sempiterne ex Deo patre genitus ante omnia saecula fuit, eiusdem naturae cum patre et sancto spiritu. Humanam vero quam adsumpsit substantiam, non tradit religiosa recta doctrina formatam fuisse ante supernaturalem et inseparabilem unionem. « Siquis enim, inquit theologus, formatum fuisse ait hominem, et deinde ei subintrasse Deum, maledictus sit. Haud quippe Dei generatio haec est sed generationis negatio. Sunt ergo haec vesani Theodori ac Nestorii portenta, duos filios duasque personas existimare in Christi mysterio. Nec vero necesse est in compositionibus partes omnes, ex quibus fit compositio, per se praeextitisse unamquamque compositioni rei effectae. Ecce enim corpora componuntur ex materia et forma, in primigenio illorum subiecto: et tamen illorum neutrum per se ante genituram ipsorum existebat: sola autem mentis nostrae contemplatione, in ea unde confiunt, tamquam ad propria principia recurrunt. Hic pariter mundus ex quatuor confit elementis, neque tamen dicere possumus ea praecessisse propria subsistentia et per se et operativa virtute ante quam ille crearetur: etenim in sola ipsorum commixtione agnoscuntur. Namque haec creator ante creare non eguit, ut sic artificis instar ex ipsis mundum produceret, tamquam ex materia et instrumento: nutu potius omnia ex nihilo eduxit. Tantum voluit, et opera subsecuta est: nullius quippe indigus per omnia dynasta est: neque tempus requirit ad suorum operum efficientiam Deus.

Responsio.

2. Homo compositum quoddam est ex anima intellectuali et corpore constans: ac

ne huius quidem cuncta membra comperimus propria hypostasi per se praeexistentia ante partium hominis compositionem: nam neque corpus praeexistit per se et per effectum, nisi in potentia: etenim sperma et menstrua praeexistunt corpori humano in potentia, non tamen adhuc effectu, ad quem ab aliquo possunt adduci. Alioqui vero, si partes sunt ad aliquid, nam universi alicuius et absoluti dicuntur partes, et totum dicitur partium universitas, quia partium complementum est; in quibus totum spectatur ut totum: haec autem considerantur invicem et coëxistunt: ergo partes, quatenus partes, non praeexistunt totius compositioni, si quis rem curiose scrutetur. Haud igitur, etiamsi dominum nostrum Iesum Christum ex duabus naturis dicunt patres, haud inquam necesse est anteriorem formationem ipsius hominis existimare, ne in Pauli ac Nestorii impietatem incidant, dum duos filios et duo individua in uno domino nostro Iesu Christo supponunt: sed naturis in unione incolumibus et inconfusis et indivisis sic censemus. Namque unio non fuit confusio; quamobrem et conservantur post unionem illa ex quibus fit unio; differentiam non in partium divisione agnoscendo, ut aiunt patres, sed in compositionis ratione, tamquam subtili consideratione spectando. Simultaneam enim humanitatis existentiae censemus Verbi unionem. Atque ut accuratius huius rei doctrina exponatur, sciendum est, quod cum dicimus ex duabus naturis unum Christum, intelligi volumus substantiales solasque differentias, deitatis inquam, et Christi eiusdem humanitatis, ex quibus salutaris constructio confecta est magni Dei ac salvatoris nostri Iesu Christi: dum eius oeconomia et uniformis hypostasis, aliter quidem significat physicam naturarum in eo concurrentium inconvertibilem et inconfusam differentiam; aliter autem demonstrat unam et individuam et inseparabilem personae unius

συνεστώς, καὶ τούτου οὐχ' ὅλα τὰ μέρη εὑρίσκομεν, ἰδιοϋποστάτως καὶ καθ' ἑαυτὰ προϋπάρχοντα τῆς τῶν μερῶν τούτου συνθέσεως, οὔτε γὰρ τὸ σῶμα προϋπάρχει καθ' ἑαυτὸ καὶ κατ' ἐνέργειαν εἰ μή τοι γε δυνάμει· τὸ γὰρ σπέρμα καὶ καταμήνιον προϋφέστηκε, δυνάμει ὂν σῶμα ἀνθρώπινον, οὐ μέν τοι γε καὶ κατ' ἐνέργειαν, δύναται δὲ ἀχθῆναι εἰς ἐνέργειαν ὑπό τινος· ἄλλως τε δὲ εἰ τὰ μέρη τῶν πρός τι εἰσὶν, ὅλου γὰρ τινὸς καὶ παντὸς λέγεται ὅλον, συμπληρωτικὸν ὑπάρχον τῶν μερῶν, ἐν οἷς τὸ ὅλον θεωρεῖται ὡς ὅλον· ταῦτα δὲ συνεπινοοῦνται ἀλλήλοις καὶ συνυπάρχουσιν, οὐκ ἄρα τὰ μέρη ὡς μέρη προϋπάρχουσι τῆς συνθέσεως τοῦ ὅλου, ἐάν τις πολυπραγμονήσῃ· οὐκοῦν εἰ καὶ τὸν δεσπότην ἡμῶν καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ δύο φύσεων λέγουσιν οἱ πατέρες, οὐκ ἀνάγκη προδιάπλασιν ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου αὐτοῦ δοξάζειν, ἵνα μὴ εἰς τὸ Παύλου καὶ Νεστορίου ἐμπέσωσιν ἀσέβημα, cod. f. 37. a. col. 1. δύο υἱοὺς καὶ δύο ἄτομα ἐπὶ τοῦ ἑνὸς καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑποτιθέμενοι, ἀλλ' ὡς τούτων σωζομένων ἐν τῇ ἑνώσει, καὶ ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως καὶ ἀδιαιρέτως τοῦτο δοξάζομεν· οὐκ ἐγένετο γὰρ σύγχυσις ἡ ἕνωσις, διὸ καὶ σώζεται μετὰ τὴν ἕνωσιν τὰ ἐξ ὧν ἡ ἕνωσις, τῆς διαφορᾶς οὐ κατὰ τὴν ἀνὰ μέρος διαίρεσιν γνωριζομένης, καθὼς εἶπον οἱ πατέρες, ἀλλ' ἐν τοῖς τῆς συνθέσεως λόγοις ὡς ἐν ἰσχναῖς ἐννοίαις θεωρουμένης· σύνδρομον γὰρ τῇ ὑπάρξει τῆς ἀνθρωπότητος, τὴν τοῦ λόγου ἴσμεν τὴν ἕνωσιν· καὶ ἵνα ἀκριβέστερον ὁ περὶ τούτου λόγος ξανωθῇ, δεῖ γινώσκειν ὅτι τὸ ἐκ δύο φύσεων λέγειν τὸν ἕνα Χριστὸν, ὑποβάλλει νοεῖν τὰς οὐσιώδεις καὶ μόνας διαφορὰς, τῆς θεότητος φημὶ καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀνθρωπότητος, ἐξ ὧν τὸ σωτήριον ἀποτέλεσμα γέγονε τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς κατ' αὐτὸν οἰκονομίας καὶ ἑνοειδοῦς ὑποστάσεως, ἑτέρως μὲν σημαινούσης τὴν φυσικὴν τῶν ἐπ' αὐτῷ συνδεδραμηκότων φύσεων ἄτρεπτον καὶ ἀσύγχυτον διαφορὰν, ἑτέρως δὲ παριστώσης τὴν μίαν καὶ ἄτομον καὶ ...ετον τοῦ ἑνὸς προσώπου ὑπόστασιν σύν-

θετον· καὶ διὰ τοῦτο περὶ μὲν τὸν αὐτὸν ὁρᾶται κατὰ φύσιν καὶ καθ᾽ ὑπόστασιν ἕνωσις· ἄλλῃ τὲ καὶ ἄλλῃ ἐννοίᾳ φυσικῶς τε καὶ ὑποστατικῶς ὁ λόγος τῷ οἰκείῳ ἡνώθη προσλήμματι.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ϛ.

Εἰ ἡ ἕνωσις τὰ συνελθόντα μέρη πρὸς τὴν τοῦ ὅλου σύνθεσιν, ἓν ἀποτελεῖ καὶ
col. 2 οὐ δύο, ἐπεὶ οὐκ ἕνωσις κυρίως λέγεται, πῶς δύο φύσεις μετὰ τὴν κατ᾽ οὐσίαν ἕνωσιν ἐπὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ; δοκεῖ γὰρ ἡ τοιαύτη ὁμολογία, διαιρετικὴ εἶναι τῶν ὑπὸ τῆς ἑνώσεως συνημμένων· τί δὲ δηλοῖ καὶ ἡ καθ᾽ ὑπόστασιν ἕνωσις.

α΄. Ἀληθὴς ὁ λόγος· κἂν γὰρ ἡ ἕνωσις τὰ συνημμένα πρὸς σύνθεσιν τινὸς ἀποτελέσματος ἓν ἀπεργάζεται, ἀλλ᾽ οὐ πάντως κατὰ φύσιν· ἰδοὺ γὰρ ἄνθρωπος σύνθετόν ἐστι πρᾶγμα· ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστὼς, κατ᾽ οὐσίαν τούτων ἑνωθέντων, καὶ οὐχ᾽ ἓν ἐστι τῇ φύσει· οὐδὲ γὰρ ταὐτὸν ἡ ψυχὴ τῷ σώματι κατ᾽ οὐσίαν· τοῦτο γὰρ ὁ ἄνθρωπος, ψυχὴ λογικὴ σώματι ὀργανικῶς συνημμένῳ κεχρημένη· ὡσαύτως καὶ ὁ κόσμος, σύνθετόν ἐστιν ἐξ ἑτεροειδῶν συγκείμενον, ἀλλ᾽ οὐχ᾽ ἓν ἐστι τῇ φύσει· καὶ ἡ κατὰ Χριστὸν οὖν ὑπόστασις σύνθετος οὖσα, οὐχ᾽ ἓν ἐστι τῇ φύσει· ὡς γάρ φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος (1)· εἰ γὰρ καὶ τὰ συναμφότερα ἓν οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνόδῳ· οἱ γὰρ ἅγιοι πατέρες καὶ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας, μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ μονογενοῦς θεοῦ λόγου, ἐδίδαξαν ἡμᾶς δύο φύσεις ὁμολογεῖν ἐν αὐτῷ, ἀσυγχύτους τὰς φύσεις διατηρήσαντες ἐξ ὧν καὶ συνετέθη· καὶ γὰρ ἦν ὄντως κατὰ ταὐτὸν ἀμφότερα, ἄνθρωπος μὲν ὢν φύσει καὶ ὁρώμενος ἀληθῶς, θεὸς δὲ ὁ αὐτὸς φύσει καὶ ὢν, καὶ ἀληθῶς ἐκ τῶν θαυμάτων γινωσκόμενος καὶ φανερούμενος· εἰ οὖν καὶ πρὸ τῆς ἑνώσεως μία ἡ τοῦ θεοῦ λόγου φύσις, καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν

compositam hypostasim. Ac propterea in eodem conspicitur naturalis et hypostatica unio: et alio atque alio sensu naturaliter et hypostatice Verbum proprio unitum est adsumpto.

QUAESTIO VI.

Si unio concurrentes partes ad totius compositionem, unum efficit non duos; quoniam haud proprie unio dicitur; quomodo duae sunt naturae post substantialem unionem in domino nostro ac salvatore Iesu Christo? Videtur enim' professio haec divisionem facere naturarum sub unione coniunctarum. Quid vero significat etiam unio hypostatica?

1. Verax sermo est; etsi enim unio copulata ob alicuius rei efficiendae compositionem, unum quid producit, non tamen omnino secundum naturam. Ecce enim homo composita res est, anima et corpore constans, substantialiter his unitis, neque tamen unica natura est: neque enim eadem substantia est animae et corporis. Homo enim definitur: anima rationalis corpore organice sibi unito utens. Sic etiam mundus, compositio est ex heterogeneis compacta, neque unica constat natura. Igitur Christi quoque hypostasis cum sit composita, non unicam naturam habet. Namque ut ait theologus Gregorius, quamquam ambo faciunt unum, non tamen natura, sed coniunctione. Quippe sancti patres atque doctores ecclesiae post unigeniti Dei Verbi inhumanationem docuerunt nos duas in illo confiteri naturas, his tamen inconfusis servatis ex quibus constat: nam reapse in eodem ambae; homo nempe natura et vere spectabilis; Deus autem idem natura, vereque ex prodigiis agnitus et manifestatus. Si ergo tum ante unionem una Dei Verbi natura fuit, itemque post inhumanationem una Christi natura, cuiusnam demum hanc esse censemus? Num deitatis? Et quomodo

Responsio.

(1) Orat. XXXVII. 2

homo natura Emmanuhel factus est per omnia nobis similis absque peccato? Sin potius ea humanitatis natura est, quomodo natura Deus Christus? Iam si forte heterogeneum aliquid praeter concurrentes naturas confectum est, sicut Apollinaris blasphemat, confusioque et cinnus contigit naturarum, vel terrena natura in divinam conversa, vel divina in humanam transformata; si tamen alioqui nos inconfuse unita agnoscimus quae ad Christi hypostasim concurrerunt, et ex duabus naturis Christum credimus; quî fieri potest, ut duo inconfusa, tum in unione tum post illam, duo esse non agnoscamus et confiteamur? Rursusque, si physicas divinae naturae itemque humanae proprietates post unionem fatemur, ex quibus differentiam quoque concurrentium agnoscimus naturarum; nam Christus corpore circumscriptus est, incircumscriptus autem divinitate; idemque creatus et increatus, factus et non factus; cur non duas naturas credere debemus? quoniam duae etiam harum sunt physicae proprietates: etenim proprietates, aliquorum denique sunt proprietates.

2. Age vero has duas naturas non divisas vel in duplici hypostasi contemplamur, sicuti Nestorii adseclae perverse nituntur opinari; sed in una hypostasi, et in uno solitario individuo, natura utraque cum naturali sua proprietate a nobis intellecta, atque ita manente etiam in unione. Tenent enim unaquaeque proprie apprimeque proprietates suas, deinde et alterius propter substantialem unionem. Quomodo autem unigeniti filii ac Verbi Dei dicimus factam exinanitionem? Num in ipsius natura, an in aliena? Sed si in propria natura, mansit idem simplex et incompositus, nihil adsumens. Tum vero quomodo factus est homo? Quod si in alia, id est in terrena prout ait evangelista, Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, quid ni hanc confitemur conservatam esse inconversam etiam post unionem? Rursus-

μία τοῦ Χριστοῦ φύσις, τίνος δοξάζομεν ταύτην; τῆς θεότητος; καὶ πῶς ἄνθρωπος φύσει ὁ Ἐμμανουὴλ γέγονε κατὰ πάντα ὅμοιος ἡμῖν χωρὶς ἁμαρτίας; εἰ δὲ τῆς ἀνθρωπότητος, πῶς φύσει θεὸς ὁ Χριστός· εἰ δὲ ἑτεροφυές τι παρὰ τὰς συνελθούσας φύσεις ἀπετελέσθη, καθὼς Ἀπολινάριος βλασφημεῖ, σύγχυσίς τε καὶ φυρμὸς γέγονε τῶν φύσεων, ἢ τῆς χοϊκῆς φύσεως εἰς τὴν θεϊκὴν τραπείσης, ἢ τῆς θεϊκῆς εἰς τὴν χοϊκὴν μεταποιηθείσης, ἄλλως τε δὲ εἰ ἀσύγχυτα ἐν τῇ ἑνώσει τὰ συνελθόντα ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν ὑποστάσει γινώσκομεν, ἐκ δύο δὲ φύσεων τὸν Χριστὸν δοξάζομεν, πῶς τὰ μὴ συγχυθέντα δύο ἐν τῇ ἑνώσει καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν οὐ δύο γνωρίζομεν καὶ καθομολογοῦμεν; καὶ πάλιν εἰ τὰς φυσικὰς ἰδιότητας τῆς θείας φύσεως καὶ τῆς ἀνθρώπινης ὁμολογοῦμεν μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἐξ ὧν καὶ τὴν διαφορὰν τῶν συνελθόντων γινώσκομεν φύσεων, καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς περίγραπτὸς μέν ἐστι κατὰ τὸ σῶμα, ἀπερίγραπτος δὲ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ κτιστὸς, καὶ ἄκτιστος, καὶ γεννητὸς, καὶ ἀγέννητος, πῶς οὐ δύο φύσεις δοξάζειν ὀφείλομεν; ἐπειδὴ δύο καὶ τούτων φυσικαὶ ἰδιότητες· αἱ γὰρ ἰδιότητες, τινῶν εἰσιν ἰδιότητες.

β΄. Ταύτας δὲ τὰς δύο φύσεις, οὐκ ἐν διαιρέσει, ἢ ἐν ὑποστάσει διττῇ θεωροῦμεν, καθὼς οἱ ἀπὸ Νεστορίου διαστρόφως ἐκβιάζονται νοεῖν, ἀλλ᾽ ἐν μιᾷ ὑποστάσει καὶ ἐν ἑνὶ ἀτόμῳ μοναδικῷ, ἐν ἰδιότητι τῇ κατὰ φύσιν ἑκατέρας νοουμένης καὶ μενάσης ἐν τῇ ἑνώσει· ἐπιλέγονται γὰρ ἑκάστη κυρίως καὶ πρώτως τὰ ἑαυτῆς· δευτέρως δὲ, καὶ τὰ τῆς ἑτέρας διὰ τὴν κατ᾽ οὐσίαν ἕνωσιν· πῶς δὲ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ καὶ λόγου τοῦ θεοῦ λέγομεν τὴν κένωσιν γεγονέναι; ἆρα ἐν τῇ ἑαυτοῦ φύσει, ἢ ἐν ἑτέρᾳ; ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἐν τῇ ἰδίᾳ φύσει, ἔμεινεν ὁ αὐτὸς ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος μηδὲν προσλαβών· καὶ πῶς γέγονεν ἄνθρωπος; εἰ δὲ ἐν ἑτέρᾳ, τουτέστιν ἐν τῇ χοϊκῇ κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, πῶς οὐ ταύτην καθομολογοῦμεν ἄτρεπτον φυλαχθεῖσαν καὶ μετὰ τὴν ἕνω- col. 2.

σιν; καὶ πάλιν εἰ αἱ δύο φύσεις καθ' ὑπόστασιν ἑνωθεῖσαι καὶ ἀσύγχυτοι μείνασαι, μίαν ἀπετέλεσαν φύσιν κατὰ τοὺς τῆς ἐναντίας μοίρας, τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ἡ σύγχυσις τῶν συνελθόντων οἶδε ποιεῖν, τίς ἡ διαφορὰ συγχύσεως καὶ ἀσυγχύτου (1); εἰ γὰρ ἀσύγχυτα ἐν τῇ ἑνώσει τὰ συνελθόντα, ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν ὑποστάσει γινώσκομεν, ἐκ δύο δὲ φύσεων τὸν Χριστὸν δοξάζομεν, πῶς τὰ μὴ συγχυθέντα δύο ἐν τῇ ἑνώσει, οὐ δύο γνωρίζομεν καὶ καθομολογοῦμεν; θαυμάζω δὲ τοὺς Ἀκεφάλους, ὅτι μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην μεθ' ἡμῶν καθομολογοῦντες, ἀρνοῦνται τὴν δύο φύσεων τὴν ἀλήθειαν· ἡ γὰρ θεοφόρος σάρξ, ἢ ἐνούσιός ἐστιν ἤτοι ἔχει φύσιν, ἢ φύσεως ἐστὶν ἄμοιρος· ἀλλ' εἰ μὲν ἔχει, διὰ τί καὶ μὴ συναριθμεῖται; εἰ δὲ οὐκ ἔχει, τί ἐστι δειξάτωσαν ὡς καθήκει καὶ μετὰ χάριτος δεχόμεθα.

γ'. Καὶ πάλιν ὁ Χριστὸς καὶ ἡμῖν ὁμοούσιός ἐστι καὶ τῷ πατρὶ, καὶ οὔτε καθὸ ἡμῖν
cod. f. 38. b. col. 1. ἐστιν ὁμοούσιος, ὁμοούσιος ἐστὶ καὶ τῷ πατρί· οὔτε πάλιν καθὸ τούτῳ ὁμοούσιος ὑπάρχει, ὁμοούσιός ἐστι καὶ ἡμῖν· καὶ εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς οὐ δύο φύσεις εὐσεβῶς καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν δοξάζειν ὀφείλομεν; ἐπὶ γὰρ μιᾶς φύσεως, ἀδύνατον τοῦτο γενέσθαι· ἐπεὶ εὑρεθήσεται ἡ σὰρξ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ὁμοούσιος· τῆς Χριστοῦ προσηγορίας, οὐ φύσιν σύνθετον ἀλλ' ὑπόστασιν σημαινούσης· διὰ οὖν ταῦτα πάντα, δύο φύσεις καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν δεῖ καθομολογεῖν εὐσεβῶς· ἡ γὰρ ἕνωσις τὰς δύο φύσεις ἐξ ὧν συνέστηκεν ὁ Χριστὸς, ἓν ἀπετέλεσε κατὰ τὸ ἄτομον καὶ κατὰ τὴν ὑπόστασιν ὡς ἤδη λέλεκται· οὔτε γὰρ φυρμὸς, οὔτε σύγχυσις τῶν φύσεων γέγονε· τὸ γὰρ τῆς οἰκονομίας θεῖον καὶ φρικτὸν μυστήριον, τὰς δύο φύσεις ἥνωσεν ἐν μιᾷ ὑποστάσει, καὶ περὶ αὐτὴν αὗται θεωροῦνται· καὶ ἔστιν ὁ αὐτὸς θεὸς ἅμα καὶ ἄνθρωπος· καὶ ταῦτα μὲν διὰ τὸ παρα-

que, si duae naturae secundum hypostasim copulatae, et inconfusae manentes, unam effecerunt naturam, ut pars adversaria dicit; id autem ipsum confusio quoque concurrentium facere solet, quaenam superest differentia confusionis ab inconfuso? Si enim inconfusa esse in unione ea quae concurrunt, in Christi hypostasi agnoscimus; et ex duabus naturis Christum credimus; quomodo duo inconfusa in unione, haud duo esse agnoscimus et confitemur? Porro miror Acephalos, quod unam naturam Dei Verbi incarnatam nobiscum confitentes, negant nihilominus duarum naturarum veritatem. Nam theophora caro, vel est substantialis idest naturam habet; vel naturae est expers. Quod si habet, cur non etiam connumeratur? Sin naturam non habet, demonstrent quid ea demum sit, prout decet, nosque id grato cum animo excipiemus.

3. Praeterea Christus et nobis consubstantialis est et patri; nec quomodo consubstantialis est nobis, ita et patri; vicissimque non quomodo consubstantialis est patri, ita et nobis. Quod si ita se habet, cur duas naturas etiam post unionem religiose credere non debemus? Namque in unica natura hoc fieri nequit; alioqui comperietur caro Deo patri consubstantialis, quoniam Christi appellatio non naturam compositam sed hypostasim denotat. Horum omnium causa, duas naturas etiam post unionem religiose confiteri oportet. Namque unio duas naturas, ex quibus Christus consistit, unum effecit secundum individuum et secundum hypostasim, ut iam dictum est. Nam neque cinnus neque confusio naturarum contigit: etenim divinum tremendumque incarnationis mysterium duas naturas univit in una hypostasi, et in hac illae spectantur, estque idem Deus simul et homo: ita autem quatenus exhibet

(1) Reapse orientales semieutychiani fatentur diserte nullam factam esse confusionem aut mutationem deitatis et humanitatis, et tamen dicunt unam naturam. Atqui haec ipsa confusio est quam nos dicimus, scilicet ex duabus una natura. Ludificantur itaque verbis.

substantialem naturarum differentiam inconversam et divisionis immunem etiam post unionem.

4. Quod vero haud haec naturarum confessio, ut existimant Eutychiani, divisionem invehat in divinam oeconomiam, quia numerus dividere soleat, hinc fiet manifestum. Numerus quantitatis est proprius, huius tamen non continuatae sed divisae. Hic vero non habet sibi subiectas individuas monadas, quae eum conficiant: namque ut aiunt huius doctrinae periti, numerus est ex monadibus composita multitudo. Si ergo monades ipsum constituunt; neque est quicquam praeter has, nam ut totum in partibus consideratur; sequitur ut his extinctis, ille quoque simul extinguatur, id est nullum habeat subiectum: quod si non habet, haud profecto natura eius per se ipsa dividit aut coniungit. Verumtamen si utrumque recipit, ut patrum quidam dixit, id fit in partium compositione et copula; quod sane agnoscere licet ex denario numero. Nam si monadas eius spectabimus in se ex quibus confit, in has dividitur, id est in quinque et quinque. Nam quinque et quinque copulata, decem efficiunt. Idem quoque et in omni numero intelligimus. Neque hinc tantum patet, naturam numeri neque dividere neque coniungere, sed ex hac etiam consideratione. Sit in conspectu lignum continuum quinque puta cubitorum: si hoc quinquicubitale appellaverimus post factam dimensionem, num ideo divisimus, numero pronunciato, ligni continuitatem? Vel si decem modios dixerimus talis speciei, num ipsos antea divisos, in unum cumulum idcirco collegimus? Nequaquam. Quamobrem numeri natura per se neque dividit neque coniungit: neque enim diversa est a monadibus ex quibus consistit; frustraque calumniatores recusantes orthodoxam et inconfusam duarum naturarum confessionem in uno vereque domino et Deo ac salvatore nostro Iesu Christo, veritatem-

στῆσαι τὴν οὐσιώδη τῶν φύσεων διαφορὰν ἄτρεπτον καὶ ἀδιαίρετον φυλαχθεῖσαν καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν.

δ'. Ὅτι δὲ οὐκ αὕτη ἡ τῶν φύσεων ὁμολογία, καθὼς νοοῦσιν οἱ ἀπὸ Εὐτυχοῦς, διαίρεσιν εἰσάγει τῇ θείᾳ οἰκονομίᾳ, τοῦ ἀριθμοῦ διαιρεῖν πεφυκότος, δῆλον ἐντεῦθεν· ὁ ἀριθμὸς τοῦ ποσοῦ ἐστι, καὶ τούτου οὐ τοῦ συνεχοῦς ἀλλὰ τοῦ διῃρημένου· οὗτος δὲ οὐκ ἔχει ὑποκείμενα πράγματα, ἀλλὰ μονομερεῖς τὰς μονάδας, συνιστώσας αὐτόν· ὡς γὰρ φασὶν οἱ τὰ τοιαῦτα δεινοὶ, ἀριθμός ἐστι τὸ ἐκ μονάδων συγκείμενον πλῆθος· εἰ οὖν αἱ μονάδες αὐτὸν συνιστῶσι, καὶ οὐκ ἔστι τί παρὰ ταύτας, ὡς ὅλον γὰρ ἐν μέρεσι θεωρεῖται, ὅθεν καὶ ἀναιρουμένων αὐτῶν καὶ αὐτὸς συναναιρεῖται αὐτοῖς, δῆλον ὅτι οὐκ ἔχει τί ὑποκείμενον· εἰ δὲ μὴ ἔχοι, οὐκ ἄρα ἡ φύσις αὐτοῦ καθ' ἑαυτὴν οὔτε διαιρεῖ οὔτε συνάπτει· ἀλλ' εἰ ἄρα, ἀμφότερα δέχεται, καθὼς τίς τῶν πατέρων εἶπεν, ἐν τῇ τῶν μερῶν συνθέσει τε καὶ διαζεύξει, ὅπερ ἔνεστιν ἰδεῖν ἐπὶ τοῦ δέκα ἀριθμοῦ· εἰ μὲν γὰρ τὰς μονάδας αὐτοῦ θεωρήσωμεν καθ' ἑαυτὰς ἐξ ὧν καὶ συνέστηκεν, εἰς ταῦτα διαιρεῖται, τουτέστιν εἰς τὰ πέντε καὶ πέντε· εἰ δὲ πρὸς τὴν μονάδα αὐτῶν ἀποβλέψομεν, ἐξ αὐτῶν συνάπτεται· τὰ γὰρ πέντε καὶ πέντε συναφθέντα, τὴν δέκα συντίθησι· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ παντὸς ἀριθμοῦ νοοῦμεν· οὐ μόνον δὲ ἐκ τούτου δῆλον ἐστὶν ὅτι ἡ φύσις τοῦ ἀριθμοῦ οὔτε διαιρεῖ οὔτε συνάπτει, ἀλλὰ καὶ κατὰ ταύτην τὴν ἔννοιαν, πρόκειται ξύλον συνεχὲς εἰ τύχοι πέντε πήχεων, ἐὰν ἀποκαλέσωμεν αὐτὸ πετάπηχυ τοῦτο καταμετρήσαντες, παρὰ τοῦτο συνδιείλαμεν τῇ προφορᾷ τοῦ ἀριθμοῦ, τὴν ἐν τῷ ξύλῳ συνέχειαν; ἢ δέκα μοδίους εἰπόντες τοῦδε τοῦ εἴδους, συνήψαμεν αὐτοὺς ἐν διαιρέσει τυγχάνοντας, εἰς μίαν συνέχειαν; οὐδαμῶς· ὥστε οὖν ἡ φύσις τοῦ ἀριθμοῦ καθ' ἑαυτὴν οὔτε διαιρεῖ οὔτε συνάπτει, οὐδὲ γὰρ ἑτέρα ἐστὶ παρὰ τὰς μονάδας ἐξ ὧν συνέστηκε, καὶ μάτην οἱ κατήγοροι παραιτούμενοι τὴν εὐσεβῆ καὶ ἀσύγχυτον τῶν δύο φύσεων ὁμολογίαν ἐπὶ τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου καὶ ἀληθῶς κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν

col. 2

cod. f. 38. b. col. 1.

Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἀλήθειαν μεθ' ἡμῶν ἐπιγνῶναι κἂν ὀψέ ποτε, προφάσεις εὑρίσκουσι τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας· τῇ γὰρ ἐπινοίᾳ καὶ μόνῃ ἐκ τῶν ἰδιοτήτων τὴν διαφορὰν τῶν φύσεων ἐπιγινώσκομεν· οὐδὲ γὰρ ὡς ἀριθμητὰς δύο φύσεις ὁμολογοῦμεν ὡς ἓν καὶ ἓν (1), ἀλλὰ τὸ ἑτεροφυὲς τῶν συνελθόντων καθομολογοῦμεν διὰ τῆς τοιαύτης φύσεως.

ε'. Κατὰ γὰρ τοὺς πατέρας ὁ ἀριθμὸς φύσεσιν ἐπιφημιζόμενος, οὐ δηλοῖ προηγουμένως καὶ κατὰ πρῶτον λόγον τὸ ποσὸν αὐτῶν, ἀλλὰ τὸ κατὰ τὰς φύσεις παρηλλαγμένον παρίστησιν· ἐὰν γὰρ εἴπωμεν ἀνθρώπου καὶ βοὸς καὶ ἵππου τρεῖς φύσεις εἶναι, οὐ τὸ ποσὸν αὐτῶν προηγουμένως σημαίνομεν, ἀλλὰ τὸ κατὰ τὸ εἶδος παρηλλαγμένον παριστῶμεν· τρεῖς δὲ ἀνθρώπους λέγοντες, Παῦλον εἰ τύχοι καὶ Πέτρον καὶ Ἰωάννην, τὸ διῃρημένον αὐτῶν κατὰ τὸ ποσὸν σημαίνομεν· οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς δύο φύσεις δοξάζομεν ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ ἡμῶν θεοῦ, οὐχ' ἵνα ἀριθμητὰ πράγματα καθομολογήσωμεν, ἀλλ' ὅπως τὸ ἑτεροφυὲς τῶν συνελθόντων παραστήσωμεν· τῇ μὲν γὰρ ἐνεργείᾳ τὰς φύσεις εἶναι πιστεύομεν ἐν τῇ κατὰ φύσιν ἰδιότητι καὶ ἑνώσει σωζομένας ἀσυγχύτους· διὰ δὲ τὴν οὐσιώδη σύγκρασίν τε καὶ ἕνωσιν αὐτῶν, τὴν τούτων διαίρεσιν κατ' ἐπίνοιαν col. 2. λέγομεν, τὰ μὴ διῃρημένα τοῖς πράγμασιν, ὡς διῃρημένα τῷ λόγῳ ὑποτιθέμενοι· οὐκοῦν ὁ ἀριθμὸς τῶν φύσεων ἐπὶ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ παραλαμβανόμενος προσώπου, τὸ μὲν διάφορον τῶν εἰς μίαν ὑπόστασιν ἑνωθέντων παρίστησι, πραγματικὴν δὲ οὐκ εἰσάγει τομὴν ἢ διαίρεσιν· οὔτε γὰρ ἡ ἕνωσις τῶν δύο φύσεων γέγονε σχετικὴ, ἢ κατὰ ἀναφορὰν, ἢ κατ' εὐδοκίαν, ἢ κατ' ἐνέργειαν, ἵνα δύο πρόσωπα ὁμολογήσωμεν, ἢ δύο υἱοὺς, ἀλλὰ καθ' ὑπόστασιν, τουτέστιν ἐνὶ ἀτόμῳ ἤγουν ἐν μιᾷ ὑποστάσει, ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως καὶ ἀδιαιρέτως· ὁ γὰρ θεὸς λόγος ἐκ πατρὸς ἐκλάμ-

que nobiscum sero saltem agnoscere, frustra inquam perditioni suae praetextus excogitant. Nam cogitatione tantummodo ex proprietatibus differentiam naturarum cognoscimus. Non enim ceu numerabiles duas naturas confitemur tamquam unum et unum; sed heterogeneum concurrentium confitemur in tali natura.

5. Nam iuxta patres, numerus de naturis praedicatus, haud demonstrat principaliter, et primogenio sensu, quantitatem illarum, sed naturarum ipsarum diversitatem exhibet. Etenim si dixerimus hominis et bovis et equi tres esse naturas, nequaquam illarum quantitatem principaliter denotamus, sed speciei diversitatem innuimus. Secus, cum tres homines dicimus, Paulum puta, Petrum, ac Iohannem, distinctionem illorum in quantitate significamus. Propterea et nos duas naturas censemus domini Christi veri nostri Dei, non ut duas numeratas res confiteamur, sed ut heterogeneum concurrentium significemus. Namque intima vi naturas esse credimus, quae in naturali proprietate et unione servatae sunt inconfusae; propter vero concretionem atque unionem, harum distinctionem mente a nobis fieri dicimus, illa scilicet quae reapse non sunt divisa, tamquam divisa verbis proponentes. Igitur naturarum numerus in una eademque persona pronunciatus, differentiam illorum denotat quae in una hypostasi sunt unita; nequaquam tamen realem inducit divisionem aut separationem. Etenim haudquaquam unio duarum naturarum fuit relativa, aut per anaphoram, aut per benivolentiam, aut per activam vim, ne forte duas personas fateamur, aut duos filios, sed secundum hypostasim, id est in individuo, sive in unica hypostasi, inconfuse, sine conversione aut divisione. Nam Deus Verbum quod ex patre supra nostrum cogi-

(1) Ecce non dicit unam et unam, nempe naturam; sed unum et unum, nempe unum Christum. Alioqui naturae per se mente spectatae, sunt prorsus numerabiles, id quod etiam noster retro dixit p. 616, et infra mox repetet.

latum effulsit, ex matre supra nostrum aeque intellectum ortum est: manens quod erat id est natura Deus, factum est quod idem non erat, id est vere natura homo ex sancta deipara semperque virgine Maria; nec divinitate in carnis naturam conversa, neque carne ad deitatis naturam translata: ideoque a nobis una composita hypostasis recte creditur; duae vero naturae inconvertibiles in unione conservatae. Ubi enim unio nominatur, ut ait sanctus Cyrillus in epistola ad Eulogium, haud unius rei significatur coniunctio, sed vel duorum vel plurium natura diversorum. Iam si commixtio concurrentium fieret et alteratio, iam non unio esset sed confusio. Sed enim naturalem unionem iure optimo credimus; necesse est itaque differentiam quoque unitarum hypostatice naturarum confiteri.

6. Sed neque recusamus unam etiam dicere Dei Verbi incarnatam naturam, orthodoxo videlicet sensu; quandoquidem nonnullos patres invenimus, praecipueque beatum Cyrillum, hanc usurpasse dictionem, propter Pauli et Nestorii adseclas, qui personas atque naturas clamitabant, atque harum praetextu divisionem invehebant; norunt enim ita duas significari naturas, si certe caro non est sine substantia. Iam patres dum unam Dei Verbi naturam incarnatam dicunt, haud iis repugnant, qui duas adfirmant. Nonnulli vero his quoque patrocinati sunt. Omnium instar testis idem beatus Cyrillus, qui in sua ad Eulogium epistola ait: si ergo unionem dicimus, constat quod in Domino confitemur carnis unionem animatae intellectualiter et rationaliter. Et qui duas naturas dicunt, sic existimant. Unio autem secundum hypostasim significat, quod Dei Verbi hypostasis, una ex tribus deitatis hypostasibus, nequaquam praeexistenti homini se copulavit, sed in sanctae virginis utero forma-

-ψας ὑπὲρ ἔννοιαν, ἐκ μητρὸς ἀνέτειλεν ὑπὲρ λόγον· μείνας γὰρ ὃ ἦν, τουτέστι φύσει Θεὸς, ἐγένετο ὅπερ οὐκ ἦν ὁ αὐτὸς, τουτέστιν ἄνθρωπος φύσει κατ' ἀλήθειαν ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας, μήτε τῆς θεότητος εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν τραπείσης, μήτε τῆς σαρκὸς εἰς τὴν τῆς θεότητος φύσιν· καὶ διὰ τοῦτο ἡμῖν ὑπόστασις μία σύνθετος καλῶς πιστεύεται· αἱ δὲ δύο φύσεις ἄτρεπτοι ἐν τῇ ἑνώσει φυλαχθεῖσαι· ὅπου γὰρ ἕνωσις ὀνομάζεται, ὡς φησὶν ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ (1), οὐχ' ἑνὸς πράγματος σημαίνεται σύνοδος, ἀλλ' ἢ δύο καὶ πλειόνων καὶ διαφερόντων ἀλλήλοις κατὰ φύσιν· εἰ γὰρ φύρσις τῶν συνελθόντων γέγονε καὶ παρατροπὴ, οὐκέτι ἕνωσις γέγονεν ἀλλὰ σύγχυσις· ἀλλὰ μὴν ἕνωσιν φυσικὴν καλῶς δοξάζομεν, ἀνάγκη καὶ τὸ διάφορον τῶν καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένων φύσεων ὁμολογεῖσθαι.

ς'. Οὐ παραιτούμεθα δὲ καὶ μίαν φύσιν εἰπεῖν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην κατὰ τὴν εὐσεβῆ ἔννοιαν, διότι τινὰς εὑρίσκομεν τῶν πατέρων, καὶ μάλιστα τὸν μακάριον Κύριλλον τῇ τοιαύτῃ χρησαμένους φωνῇ, διὰ τοὺς ἀπὸ Παύλου καὶ Νεστορίου ὑποστάσεις τε καὶ φύσεις ἐπιφημίζοντας, καὶ προφάσει τούτων διαίρεσιν εἰσάγοντας (2)· ἴσασι γὰρ ὡς ταύτῃ αἱ δύο σημαίνονται φύσεις, εἴ γε μὴ ἔστι σὰρξ ἀνούσιος· εἰπόντες δὲ μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην οἱ πατέρες, οὐ διεμαχέσαντο πρὸς τοὺς δύο λέγοντας, τινὲς δὲ καὶ ὑπεραπελογήσαντο αὐτῶν· καὶ μάρτυς ἀντὶ πάντων, ὁ αὐτὸς μακάριος Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ εἰπών· εἰ τοίνυν λέγομεν ἕνωσιν, δῆλον δὲ ὅτι ἐπὶ τοῦ κυρίου ὁμολογοῦμεν, ὅτι σαρκὸς ἐψυχωμένης νοερῶς καὶ λογικῶς· καὶ οἱ δύο τὰς φύσεις λέγοντες, οὕτω νοοῦσιν· ἡ δὲ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις δηλοῖ ὅτι ἡ ὑπόστασις τοῦ θεοῦ λόγου, ἡ μία τῶν τριῶν ὑποστάσεων τῆς θεότητος, οὐ προϋποστάντι ἀνθρώπῳ ἡνώθη· ἀλλ' ἐν τῇ γαστρὶ τῆς ἁγίας παρθένου ἐδη-

(1) Extat inter opera Cyrilli ed. Auberti T. V. part. 2. p. 132. seq.

(2) Ideo Cyrillus in dialogo apud nos p. 102. διαιρεῖσθαι naturas non vult.

μιούργησεν ἑαυτῷ ἐξ αὐτῆς ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει σάρκα ἐψυχωμένην, ψυχὴν ἔχουσαν * λογικήν τε καὶ νοερὰν, ὅπερ ἐστὶ φύσις ἀνθρωπίνη· ἵνα δὲ καὶ τοῦτο μὴ λάθωμεν, δεῖ γινώσκειν, ὅτι τινὲς τῶν τὴν ἀριθμητικὴν ἐπιστήμην ἠκριβωμένων, τὰ δύο οὐκ εἶπαν εἶναι ἀριθμὸν τέλειον (1), ἀλλ' ἀρχὴν καὶ εἰσαγωγέα πρὸς τὸν τέλειον καὶ πρῶτον ἀριθ- col. 2. μὸν τὸν τὰ τρία ἐπάγοντα.

* cod. ἐχούσῃ.

ζ'. Καὶ ταῦτα μὲν, ἐξ ὧν ἠξιώθημεν λαβεῖν ἐλεηθέντες ὑπὸ θεοῦ ἐκ τῆς διδασκαλίας τῶν θεηγόρων ἡμῶν πατέρων, πρὸς τὸ παραστῆσαι τῶν φύσεων τὴν οὐσιώδη διαφορὰν ἄτρεπτον φυλαχθεῖσαν μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου· ὅτι δὲ οὐχ' ἡμῶν τὸ δόγμα τοῦτο, ἀλλὰ τῶν θεοσόφων πατέρων ἡμῶν δίδαγμα, ὀλίγα φειδοῖ τοῦ μήκους τοῦ γράμματος τῆς αὐτῶν διδασκαλίας παραθέμενοι, τὸν λόγον πιστωσόμεθα.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρειανῶν γ' λόγου.

Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ ἀπόστολος διὰ τοῦτο εἴρηκε· Χριστοῦ οὖν παθόντος, οὐ θεότητι ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, ἵνα μὴ αὐτοῦ τοῦ λόγου ἴδια κατὰ φύσιν, ἀλλ' αὐτῆς τῆς σαρκὸς ἴδια φύσει τὰ πάθη ἐπιγνωσθῇ (2).

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ κατὰ Ἀπολιναρίου λόγου.

Καὶ οὕτως ἂν λέγοιτο τέλειος θεὸς καὶ τέλειος ἄνθρωπος ὁ Χριστός· οὐχ' ὡς τῆς θεϊκῆς τελειότητος εἰς ἀνθρωπίνην τελειότητα μεταβληθείσης ὅπερ ἐστὶν ἀσεβές· οὐδὲ μὴν ὡς δύο τελειοτήτων κατὰ διαίρεσιν ὁμολογουμένων, ὅ ἐστιν ἀλλότριον τῆς εὐσεβείας· οὐδὲ κατὰ προκοπὴν ἀρετῆς, ἢ πρόσληψιν δικαιοσύνης, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ καθ' ὕπαρξιν ἀνελλιπῆ, ἵνα εἷς ᾖ τὰ ἑκάτερα τέλειος κατὰ πάντα θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός (3).

Βασιλείου ἐκ τῶν κατ' Εὐνομίου λόγων.

Ἐγὼ γὰρ καὶ τὸ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχειν, ἴσον δύνασθαι τῷ ἐν οὐσίᾳ θεοῦ ὑπάρχειν φημί· ὡς γὰρ τὸ μορφὴν ἀνειληφέναι

vit sibi ex ipsa, propria in persona animatam carnem, cui anima inerat rationalis et intellectualis, quae est humana natura. Sed ne hoc etiam nos lateat, sciendum est, nonnullos arithmeticae doctrinae apprime peritos negare, duo esse perfectum numerum, sed initium et introductionem ad perfectum primumque numerum qui in tribus consistit.

7. Atque haec, quatenus misericordia Dei concessum nobis fuit discere a patrum nostrorum deiloquorum magisterio, ob adserendam naturarum substantialem differentiam, quae immutabilis in Christi mysterio conservata est etiam post unionem. Quod autem haud nostrum sit hoc dogma, sed theologorum patrum nostrorum doctrina, pauca aliqua (ut scripturae prolixitati parcamus) ex ipsorum doctrina heic subtexentes, sermonem nostrum confirmabimus.

Sancti Athanasii ex sermone tertio adversus Arianos.

Nam et ipse apostolus propterea dicit: Christo igitur passo, non deitate, sed carne pro nobis. Nempe ut non ipsius Verbi naturae viderentur propriae, sed carnis potius naturae agnoscerentur propriae passiones.

Eiusdem ex libro adversus Apollinarem.

Atque ita perfectus Deus dicitur, et perfectus homo: non quasi divina perfectio transformata sit in perfectionem humanam, quod est impium. Neque item quasi duas perfectiones divisim confiteamur, quod est ab orthodoxia alienum: nec quasi virtutis incrementum, aut iustitiae susceptionem; absit, sed secundum indeficientem subsistentiam, ita ut sint ambo unus perfectus per omnia Deus et homo idem.

Sancti Basilii ex libris adversus Eunomium.

Ego enim etiam dictionem « in forma Dei esse » parem aio esse illi « in substantia Dei esse. » Sicut enim formam servi ad-

(1) Idcirco graeci itemque orientales tam in nominibus quam in verbis duale a plurali distinguunt.

(2) Extat revera in serm. III. 34. adv. Arianos.

(3) Extat in lib. I. 16. adversus Apollinarem.

sumpsisse, in substantia humanitatis Dominum nostrum factum esse significat, sic dum ait in forma Dei esse, divinae substantiae omnino exhibet proprietatem.

Sancti Gregorii theologi ex secundo sermone de filio.

Deus autem dicetur non Verbi, sed eius qui spectabilis erat. Nam quomodo sit Deus Dei? Sicut etiam pater, non illius spectabilis erat, sed Verbi. Nam duplex erat: ita ut alterum de eo proprie dicatur, alterum improprie. Secus vero in nobis res se habet: nostrûm enim proprie Deus est, non proprie autem pater. Et post alia. Etiamsi enim ambo unum sunt, non tamen natura, sed coniunctione.

Sancti Ambrosii episcopi Mediolani ex symboli explicatione.

Eos autem qui simplicem hominem dicunt Christum, vel passibile Verbum, vel in carnem conversum, vel consubstantiatum (deitati) habuisse corpus, vel de caelo illud detulisse, aut esse phantasma, vel mortuum Deum Verbum indiguisse ut a patre suscitaretur, vel inanime corpus adsumpsisse, vel sine mente hominem, vel duas Christi naturas concretione confusas unam effecisse naturam; et non confitentes unum dominum nostrum Christum duas habere inconfusas naturas, unam vero personam, secundum quam unus est Christus, unus dominus; hos anathematizat sancta Dei catholica et apostolica ecclesia.

Sancti Gregorii episcopi Nyssae ex sermone catechetico.

Qui Dei nobis in carne manifestati demonstrationes quaerit, ad eius opera respiciat. Nam, et quod omnino Deus sit, nullam aliam habebit quisquam demonstrationem, quam illius operum testimonium.

δούλου, ἐν τῇ οὐσίᾳ τῆς ἀνθρωπότητος τὸν κύριον ἡμῶν γενέσθαι σημαίνει, οὕτω λέγων ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχειν, τῆς θείας οὐσίας πάντως παρίστησι τὴν ἰδιότητα (1).

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου τοῦ περὶ υἱοῦ.

Θεὸς (2) δὲ λέγοιτ᾽ ἄν, οὐ τοῦ λόγου τοῦ ὁρωμένου δέ· πῶς γὰρ ἂν εἴη θεοῦ θεός; ὥσπερ καὶ πατὴρ οὐ τοῦ ὁρωμένου, τοῦ λόγου δέ· καὶ γὰρ ἦν διπλοῦς· ὥστε τὸ μὲν κυρίως ἐπ᾽ ἀμφοῖν, τὸ δὲ οὐ κυρίως, ἐναντίως δὲ ἢ ἐφ᾽ ἡμῶν ἔχει· ἡμῶν γὰρ κυρίως μὲν θεὸς οὐ κυρίως δὲ πατήρ. Καὶ μεθ᾽ ἕτερα· εἰ γὰρ καὶ τὰ συναμφότερα ἕν, ἀλλ᾽ οὐ τῇ φύσει· τῇ δὲ συνόδῳ (3).

Τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου ἐπισκόπου Μεδιολάνων ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ θείου συμβόλου.

Τοὺς δὲ λέγοντας ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, ἢ παθητὸν τὸν λόγον, ἢ εἰς σάρκα τραπέντα, ἢ συνουσιωμένον ἐσχηκέναι τὸ σῶμα, ἢ οὐρανόθεν αὐτὸ κεκομικέναι, ἢ φάντασμα εἶναι, ἢ θνητὸν λέγοντας τὸν θεὸν λόγον, δεδεῆσθαι τῆς παρὰ τοῦ πατρὸς ἀναστάσεως, ἢ ἄψυχον σῶμα ἀνειληφέναι, ἢ ἄνουν ἄνθρωπον, ἢ τὰς φύσεις τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν ἀνάκρασιν συγχυθείσας μίαν γενέσθαι φύσιν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας τὸν κύριον ἡμῶν τὸν Χριστὸν δύο εἶναι φύσεις ἀσυγχύτους, ἓν δὲ πρόσωπον, καθ᾽ ὃ εἷς Χριστὸς καὶ εἷς κύριος, τούτους ἀναθεματίζει ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία (4).

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης, ἐκ τοῦ κατηχητικοῦ λόγου.

Τοῦ δὲ θεὸν πεφανερῶσθαι ἡμῖν ἐν σαρκὶ, ὁ τὰς ἀποδείξεις ζητῶν, πρὸς τὰς ἐνεργείας βλεπέτω· καὶ γὰρ τοῦ ὅλως εἶναι θεὸν, col. 2.
οὐκ ἄν τις ἑτέραν ἀπόδειξιν ἔχοι, πλὴν διὰ τῆς τῶν ἐνεργειῶν μαρτυρίας (5).

(1) Lib. I. adv. Eunomium, in editione Garnerii T. I. p. 230.

(2) Cod. heic κύριος; sed et in editione, nec non infra in testimoniis post quaestionem XVII. scribitur θεός, et in hoc etiam mox loco θεὸς θεοῦ.

(3) Greg. naz. orat. XXX. 8.

(4) Edidi egomet hunc Ambrosii locum ex Anastasio presbytero, Script. vet. T. VII. p. 7.

(5) Cap. XII. ed. Paris. T. II. p. 499, ubi mendose deest πλὴν ante διά.

Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου ἐκ τοῦ ζ' λόγου τῆς πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῆς.

Ἐπειδή μοι δούλου μορφὴν ἔλαβε, τουτέστιν ἄνθρωπος ἐγένετο φησίν· οὐκοῦν ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, θεὸς ἦν· μορφὴ γὰρ καὶ μορφὴ κεῖται· εἰ τοῦτο ἀληθὲς, κἀκεῖνο· φύσει ἄνθρωπος ἡ μορφὴ τοῦ δούλου· οὐκοῦν φύσει θεὸς ἡ μορφὴ τοῦ θεοῦ (1).

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τοῦ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον.

Matth. XVII. 26. Ὁ στατὴρ ὁ ἀληθινός τε καὶ νοητὸς, καὶ ὡς ἐν τύπῳ τῷ ἐξ ὕλης δηλούμενος, αὐτός ἐστιν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ διπλοῦς χαρακτήρ (2). Ὁ αὐτὸς πάλιν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον θ' λόγον· ἐπεὶ τί ποιήσεις ὅταν ἡμῖν ὁ ἁπλοῦς τὴν φύσιν εἰσβαίνῃ διπλοῦς.

Αὗται τῶν ὀρθοδόξων ἡμῶν πατέρων φωναὶ, ταῦτα ῥήματα ζωῆς αἰωνίου τῶν Χριστοῦ μαθητῶν, δι' ὧν καθάπερ ἥλιος τὰς ἰδίας τοῦ φωτὸς ἐφαπλώσαντες ἀκτῖνας, πᾶν τὸ καθ' ἡμᾶς φωτίσαντες τῇ ἑνότητι τοῦ πνεύματος πρὸς ἑαυτοὺς καὶ δι' ἑαυτῶν πρὸς τὸν θεὸν ἐπανήγαγον· ἕνα γὰρ καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ μονογενῆ πανταχοῦ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, συμφώνως ἐκήρυξαν, τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι, θεὸν ἀληθινὸν καὶ ἄνθρωπον ἀληθινὸν τὸν αὐτὸν, τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς μὴ ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν· σωζομένην δὲ μᾶλλον, ἐν τῇ φυσικῇ αὐτῶν ἰδιότητι· ἐξεπαίδευσαν δὲ ἡμᾶς, καὶ μίαν τὴν θεοῦ λόγου φύσιν (cod. f. 10. a. col. I.) σεσαρκωμένην, εἴτουν ἐνανθρωπήσαντα τελείᾳ ἐνανθρωπήσει τὸν Ἐμμανουὴλ δογματίζειν. Ὁ δὲ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ θεὸς πάσης παρακλήσεως, ἀξιώσαι ἡμᾶς τούτοις κατακολουθεῖν μετὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς καὶ φόβου θεοῦ, ῥυόμενος ἡμᾶς ἀπὸ τῆς πονηρίας τοῦ ἐχθροῦ καὶ πάσης ψευδωνύμου γνώσεως, τῇ πρεσβείᾳ τῆς θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων· ἀμήν.

Sancti Iohannis chrysostomi ex homilia septima in epistolam ad Philippenses.

Quoniam servi formam suscepit, id est homo factus est, ait; sequitur ut in forma Dei existens, Deus esset: forma enim utroque loco ponitur: quod si illic verum est, heic quoque; natura homo, in forma servi: igitur natura Deus, in forma Dei.

Cyrilli episcopi Alexandriae ex commentario in Matthaei evangelium.

Stater verus ac intellectualis, in typo veluti materiali exhibitus, ipse est dominus noster Iesus Christus, duplex character. Idem rursus in commentario ad Iohannis evangelium, libro nono: quid enim facies, quando ille qui simplici natura est, duplex evadet?

Hae sunt orthodoxorum patrum nostrorum voces; haec verba vitae aeternae discipulorum Christi, per quae solis instar suos lucis expandentes radios, nostramque omnem sphaeram illuminantes, in spiritus unitate nos ad se, et per se ad Deum adduxerunt. Unum quippe eundemque filium Dei unigenitum, dominum nostrum Iesum Christum, una ubique voce praedicaverunt, perfectum ipsum deitate, et perfectum eundem humanitate, Deum verum, et eundem hominem verum; haud sublata diversitate naturarum propter unionem, sed conservata potius in naturali ipsarum proprietate. Docuerunt item nos unam quoque Dei Verbi naturam incarnatam: id est humanatum perfecta humanitate Emmanuhelem credere. Pater autem misericordiarum et totius consolationis, dignos nos faciat his obsequendi cum conscientia pura et timore Dei; eripiens nos de malitia hostis et de qualibet falsi nominis doctrina; precibus Deiparae et sanctorum omnium. Amen.

(1) In editione Montfauc. T. XI. p. 246.

(2) Animadverte novum ex deperdito in Matthaeum commentario Cyrilli fragmentum, quod in catenis Possini, Corderii, et Crameri ad Matth. non legitur.

QUAESTIO VII.

Si duas naturas in Christo domino unitas existimamus, nulla est autem natura absque persona, quomodo non duas dicere personas debemus?

Responsio.

1. Iam superius de substantia et persona sermonem quoad fieri potuit versavimus. Haud est tamen ne nunc quidem incongruum ob quaesiti solutionem de his eisdem quantum licet verba facere. Absque persona natura, id est substantia, numquam erit, sed cum persona: id est res quae in se ipsa subsistens spectatur, neque in alio existit, ut accidentia quae quidem circa substantiam spectantur, at per se subsistere nequeunt, sed tantum in coëxistente ex congenita ipsis natura. Non est autem idem enhypostatum, id est natura, atque hypostasis: namque enhypostatum ut diximus substantiam denotat, et commune speciei significat: hypostasis autem talem facit esse hominem, personam definiens characteristicis proprietatibus, et proprium a communi distinguens. Item enhypostatum, significat se non esse accidens, sed in se propriaque subsistentia spectari. At hypostasis rem significat quae per se est, et separata, nec non concursum proprietatum characteristicarum demonstrat, prout ante diximus in proprietatibus spectatum; ut separet a communi individuum vel personam, etiamsi non absque substantia est.

2. His ita explanatis, sciendum est, in contrariis et oppositis, unius extinctionem, alterius fieri introductionem; prout in luce ac tenebris usuvenit: nam lucis praesentia tenebras perimit. Si ergo enhypostatum opponitur non hypostatico, sicut substantia accidentibus; et si accidentia, quae non sunt hypostatica, substantia carent; profecto negatione remota, quae vetat quominus sit substantia, sive natura absque

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ζ'.

Εἰ δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ κατὰ τὴν ἕνωσιν δοξάζομεν, οὐκ ἔστι δὲ φύσις ἀνυπόστατος, πῶς οὐ δύο λέγειν τὰς ὑποστάσεις ὀφείλομεν;

Ἀπόκρισις.

α'. Ἤδη μὲν ἀνωτέρω τὸν περὶ τῆς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως λόγον, ὡς ἐνεδέχετο, ἐγυμνάσαμεν· οὐκ ἄτοπον δὲ καὶ νῦν πρὸς λύσιν τῶν ζητουμένων, τὸν περὶ τούτων ὡς ἔνεστι ποσῶς διεξελθεῖν λόγον· ἀνυπόστατος φύσις τουτέστιν οὐσία, οὐκ ἂν εἴη ποτὲ, ἀλλ' ἐνυπόστατος, τουτέστι πρᾶγμα ὑφεστὼς ἐν ἑαυτῷ θεωρούμενον (1), καὶ οὐκ ἐν ἑτέρῳ ἔχον τὸ εἶναι ὡς τὰ συμβεβηκότα· ταῦτα γὰρ περὶ τὴν οὐσίαν θεωροῦνται καθ' ἑαυτὰ ὑποστῆναι μὴ δυνάμενα, ἀλλὰ μετὰ τῆς συγκειμένης καὶ συμπεφυκυίας αὐτοῖς φύσεως, οὐκέτι δὲ ταὐτὸν ἐνυπόστατον, τουτέστι φύσις καὶ ὑπόστασις· τὸ μὲν γὰρ ἐνυπόστατον, ὡς εἴρηται, οὐσίαν δηλοῖ, καὶ τὸ κοινὸν τοῦ εἴδους σημαίνει· ἡ δὲ ὑπόστασις, τὸν τινὰ ἄνθρωπον ποιεῖ· πρόσωπον ἀφορίζουσα τοῖς χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασι, καὶ τὸ ἴδιον ἀπὸ τοῦ κοινοῦ διαστέλλουσα, πάλιν τὸ ἐνυπόστατον, τὸ μὴ εἶναι αὐτὸ συμβεβηκὸς σημαίνει, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ καὶ ἐν ἰδίᾳ ὑπάρξει θεωρούμενον· ἡ δὲ ὑπόστασις τὸ διῃρημένον καὶ καθ' ἑαυτὸ ὂν δηλοῖ, καὶ τὴν συνδρομὴν τῶν χαρακτηριστικῶν ἰδιωμάτων ἐμφαίνει, κατὰ πρῶτον λόγον ἐν τοῖς ἰδιώμασι θεωρούμενον· ἵνα τὸ ἄτομον ἀφορίσῃ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ἢ τὸ πρόσωπον εἰ καὶ μὴ ἔστιν ἀνούσιος. col. 2.

β'. Τούτων οὕτω διευκρινηθέντων, δεῖ γινώσκειν, ὅτι ἐπὶ τῶν ἐναντίων καὶ ἀντικειμένων ἡ τοῦ ἑνὸς ἀναίρεσις, ἀντεισαγωγὴν ποιεῖται τοῦ ἑτέρου, ὡς ἐπὶ φωτὸς καὶ σκότους· ἡ γὰρ τοῦ φωτὸς παρουσία, ἀναίρεσιν ποιεῖ τοῦ σκότους· εἰ οὖν ἀντίκειται τὸ ἐνυπόστατον τῷ ἀνυποστάτῳ, ὡς οὐσία τοῖς συμβεβηκόσι, καὶ τὰ συμβεβηκότα ἅπερ εἰσιν ἀνυπόστατα τῇ οὐσίᾳ, δῆλον ὅτι τῆς ἀποφάσεως ἀναιρεθείσης, τῆς ἀπαγορευούσης

(1) S. Cyrillus de Trinitate opp. T. VI. p. 13. Ἐνυπόστατον, ἤτοι ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει ὑπάρχον.

μὴ εἶναι τὴν οὐσίαν ἤγουν, τὴν φύσιν ἀνυπόστατον, ἡ κατάφασις εἰσάγεται ἡ τὸ ἐνυπόστατον ὑποτιθεμένη· καὶ εὐσεβῶς ἐπὶ τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δύο φύσεις καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν ἐνυποστάτους, οὐκέτι ἕτερόν τι παρὰ τὸ προταθὲν συνάγεται ἡμῖν, τουτέστιν εἰ δύο φύσεις, καὶ δύο ὑποστάσεις· ὡς γὰρ ἐδείξαμεν, ἄλλος λόγος φύσεως, καὶ ἄλλος ὑποστάσεως· ὁ μὲν τὸ κοινὸν τῶν ἀτόμων σημαίνων, cod. f. 40. b. col. 1. ὁ δὲ τὸ ἴδιον καὶ ἄτομον χαρακτηρίζων· οὐδὲ γάρ ἐστι φύσις ὑπόστασις, ὅτι μὴ δὲ ἀντιστρέφει· ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασις, καὶ φύσις, ἤγουν οὐσία, δύναται εἶναι, τῷ λόγῳ διακρινόντων ἡμῶν τὰ ἰδιώματα καὶ τὴν οὐσίαν· ἡ δὲ φύσις, οὐκέτι ὑπόστασις· ὁ δὲ τὸ ἐνυπόστατον εἰς ὑπόστασιν συνάγων, οὐδὲν ἕτερον ἀγωνίζεται δεῖξαι, εἰ μὴ τὴν φύσιν μὴ εἶναι οὐσίαν· ἄλλως τε δὲ εἰ ταὐτὸν φύσις καὶ ὑπόστασις, ἐπείπερ ὁ υἱὸς τῆς αὐτῆς ἐστι φύσεως τῷ πατρὶ, καὶ ὁμουπόστατος τούτῳ εἶναι προσήκει κατὰ τὸν χαρακτῆρα τοῦ προσώπου· ἀλλὰ μὴν τοῦτο τῆς ἀληθείας ὁ λόγος οὐχ ὑποβάλλει, ἐπεὶ συναλοιφὴ τῶν ὑποστάσεων εἰσάγεται, καὶ ὀνόματα ψιλὰ τῶν πραγμάτων ἐστερημένα ἐπὶ τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς τριάδος, κατὰ τὴν Σαβελλίου τοῦ τῆς λίβυος κενοφωνίαν.

γ'. Οὐκ ἄρα ταὐτὸν φύσις καὶ ὑπόστασις, ὅπερ δὴ ἡμῖν ἀγωνίζονται δεῖξαι, ὅτι εἰ δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ἀνάγκη δύο ὑποστάσεις εἶναι· τοῦτο καὶ ἡμεῖς τοῖς οὕτω κατασκευάζουσιν, ἀντεπαγάγωμεν· εἰ γὰρ καὶ αὐτοὶ τὸν δεσπότην ἡμῶν καὶ σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ δύο φύσεων δογματίζουσιν, ἀνάγκη καὶ αὐτοὺς ἐκ δύο ὑποστάσεων λέγειν, εἴ γε κατ' αὐτοὺς ἡ φύσις ὑπόστασις· τοῦτο δὲ ἀλλότριόν ἐστι καὶ ἔξω τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας· ὡς γὰρ οἱ θεηγόροι πατέρες ἡμῖν παραδεδώκασιν, ὁ θεὸς λόγος εἷς ὢν τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς τριάδος, οὐδενὶ κοινωνῶν κατὰ τὴν ὑπόστασιν, τουτέστι κατὰ πρόσωπον, τῶν οὐ- col. 2. ρανῶν οὐκ ἀποστὰς, εἰς ἡμᾶς κατελήλυθε, καὶ οὐ γέγονε σώματος κατάβα-

hypostasi, adfirmatio introducitur, quae enhypostatum infert: religioseque in Deo ac salvatore nostro Iesu Christo duas naturas etiam post unionem confitemur hypostaticas: nec quicquam a proposito nostro diversum colligitur; id est, si duae naturae, duae quoque hypostases. Namque ut ostendimus alia est ratio naturae, alia hypostaseos; illa enim commune individuorum significat, haec proprium et individuum describit. Neque enim natura est hypostasis, quia non convertitur. Nam hypostasis potest esse etiam natura aut substantia, nobis utique ratiocinio distinguentibus proprietates atque substantiam. Natura autem non est hypostasis. Si quis vero enhypostatum ad hypostasim trahit, is nihil aliud demonstrare contendit, nisi naturam non esse substantiam. Alioqui vero si idem est natura quod hypostasis, quoniam filius eiusdem est naturae ac pater, communem quoque cum hoc habere hypostasim convenit, secundum personae characterem. Atqui hoc veritatis doctrina non tradit; siquidem contractio personarum fieret, nudaque absque rebus nomina in sancta atque adorabili Trinitate restarent, iuxta libyci Sabellii vanum dictatum.

3. Non est ergo idem natura quod hypostasis, quam rem ii nobis demonstrare conantur, nempe quod si duae Christi domini sint naturae, duas quoque hypostases esse oporteat. Quibus nos arguentibus ita occurrimus: nempe quod si et ipsi dominum nostrum ac servatorem Iesum Christum ex duabus naturis esse definiunt, necesse est eundem ex duabus quoque personis ab iis dici; si quidem in ipsorum sententia idem est natura quod hypostasis. Hoc autem alienum est, et extra omnino ecclesiae catholicae regulam. Sicut enim deiloqui patres nobis tradiderunt, Deus Verbum quum sit unus de sancta atque adorabili Trinitate, nulli communicans secundum hypostasim, id est secundum personam, caelo non relicto ad nos venit; ne-

que facta est corporis descensio, sed divinae operationis consilium; habitansque in virginali utero pure et invisibiliter, quasi templum sibi hominem fabricavit, id est substantiam: scilicet enhypostaticam quandam accipiens partem illius naturae, et sub propria hypostasi ut ita dicam solidans, sic nobis ex virgine prodiit, natura Deus, et item natura homo. Si ergo hypostasim non assumpsit, sed humanam substantiam enhypostaticam (neque enim, ut nuper dictum fuit, ante unionem humanitas Christi in propria hypostasi ac per se ipsa existebat) sequitur ut dominum nostrum Iesum Christum non oporteat dicere ex duabus extitisse hypostasibus ante unionem; nedum eum dividere post unionem, duasque hypostases credere. Namque ut diximus, una hypostasis de sancta et adorabili Trinitate, homo facta, simplex non mansit sed composita evasit: atque unus est idemque tum sanctae Trinitatis tum naturae humanae. Quod autem non eandem esse agnoscit sanctus Basilius substantiam atque hypostasim, testantur ea quae retro attulimus ipsius verba, nec non ea quae in epistola ad Amphilochium dicuntur, nempe huiusmodi: qui autem idem esse dicunt substantiam atque hypostasim, hi coguntur personas tantum differentes confiteri.

σις, ἀλλὰ θείας ἐνεργείας ἡ βούλησις. καὶ οἰκήσας ἐν τῇ παρθενικῇ μήτρᾳ ἀφθάρτως, καὶ ἀοράτως, ναὸν ἑαυτῷ τέλειον ἄνθρωπον ἐδημιούργησε, τουτέστιν οὐσίαν, ἐνυπόστατόν τι μέρος λαβὼν τῆς ἐκείνης φύσεως καὶ εἰς τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν οὐσιώσας, καὶ οὕτως ἡμῖν ἐξ αὐτῆς προῆλθε, θεὸς ὢν ὁ αὐτὸς φύσει, καὶ ἄνθρωπος φύσει· εἰ οὖν μὴ ὑπόστασιν ἀνέλαβεν, ἀλλ᾽ οὐσίαν ἀνθρωπίνην ἐνυπόστατον· οὐδὲ γὰρ ὡς ἤδη εἴρηται πρὸ τῆς ἑνώσεως τὸ ἀνθρώπινον τοῦ κυρίου ἰδιοϋποστάτως καὶ καθ᾽ ἑαυτὸ ὑπῆρχεν, οὐκ ἂν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν δεῖ λέγειν ἐκ δύο ὑποστάσεων πρὸ τῆς ἑνώσεως, ἢ διαιρεῖν μετὰ τὴν ἕνωσιν καὶ δύο ὑποστάσεις δοξάσαι· ὡς γὰρ εἰρήκαμεν ἡ μία ὑπόστασις τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς τριάδος ἐνανθρωπήσασα, οὐκ ἔμεινεν ἁπλῆ ἀλλὰ σύνθετος, εἷς ὢν ὁ αὐτὸς τῆς ἁγίας τριάδος καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· ὅτι δὲ οὐ τὴν αὐτὴν οἶδεν ὁ ἅγιος Βασίλειος οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, μαρτυροῦσι τὰ ἄνω παρ᾽ αὐτοῦ παρατεθέντα, καὶ τὰ ἐν τῇ πρὸς Ἀμφιλόχιον ἐπιστολῇ λεχθέντα· * εἰσὶ γὰρ ταῦτα· οἱ γὰρ * ep. 236.
ταυτὸν λέγοντες οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, ἀναγκάζονται πρόσωπα ὁμολογεῖν διάφορα μόνον.

QUAESTIO VIII.

Num liceat dicere in Christo domino substantiam compositam, aeque ac in homine substantiam censemus esse compositam?

Responsio.

1. Quamquam una natura in homine dicitur, non ita tamen quasi una heterogenea conflata sit ex compositorum unione, in hominis hypostasi, id est ex anima et corpore, non sic inquam hoc dicitur; sed tamquam homine singillatim ad unam eandemque speciem redacto, quin ei quicquam admixtum sit ceteris hominibus alienum; sed omnes eiusdem sint compaginis seu substantiae, eiusdemque definitionis participes. Quia igitur (una) est singulo-

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Η'.

Εἰ δυνατὸν εἰπεῖν ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ οὐσίαν σύνθετον, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου οὐσίαν σύνθετον δοξάζομεν;

α'. Εἰ καὶ μία φύσις ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου [illegible]
λέγεται, οὐχ᾽ ὡς μιᾶς ἑτεροφυοῦς ἀποτελεσθείσης, ἐκ τῆς ἑνώσεως τῶν συντεθειμένων οὐσιῶν ἐν τῇ κατ᾽ αὐτὸν ὑποστάσει, τουτέστι ψυχῆς καὶ σώματος, τοῦτο λέ- cod. f. 41. a. col. 1.
γεται· ἀλλ᾽ ὡς τοῦ καθ᾽ ἕκαστα ἀνθρώπου ὑπὸ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀναγομένου, μηδενὸς ὄντος ἑτεροφυοῦς παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ πάντας τῆς αὐτῆς εἶναι συστάσεως ἤγουν οὐσίας, καὶ τοῦ αὐτοῦ ὅρου μετεσχηκέναι· ἐπεὶ οὖν ἐστι

τὸ εἶδος τῶν καθέκαστα ἀνθρώπων, ἤγουν πάντων τῶν ἀτόμων, λέγομεν μίαν φύσιν ἀνθρώπων ἀντὶ τοῦ εἴδους, οὕτως αὐτὴν ὀνομάζοντες, μὴ ἀρνούμενοι δύο εἶναι τὰς ἐν αὐτῷ θεωρουμένας οὐσίας, τουτέστι ψυχὴν καὶ σῶμα· οὐδὲ γὰρ μία φύσις ὁ ἄνθρωπος· ἐπειδὴ οὔτε ἓν τῇ φύσει κυρίως, ἀλλὰ δύο· κατ' ἄλλο μὲν γὰρ λογίζεται, κατ' ἄλλο δὲ τὸ λογισθὲν ἐνεργεῖ· ψυχῇ μὲν γὰρ νοερᾷ τόδε λογισάμενος, χερσὶ τὸ νοηθὲν εἰς πέρας ἄγει· ὅτι δὲ δύο φύσεις ὁ ἄνθρωπος, μαρτυρεῖ ὁ νυσαεὺς θεῖος Γρηγόριος ἐν τοῖς πρὸς Ἀπολινάριον γράφων ταῦτα (1)· κατὰ δὲ τὴν παχυμερεστέραν τομὴν, καθὼς οἱ πολλοὶ διαιρεῖν ἐδιδάχθημεν, ἐκ νοερᾶς ψυχῆς καὶ σώματος εἶναι τὴν τοῦ ἀνθρώπου σύστασιν ὁμολογοῦντες, πῶς εἴπομεν τὰ δύο ἕν; τοῦ ἀποστόλου σαφῶς δύο ἀνθρώπους περὶ ἕκαστον βλέποντος, ἐν οἷς φησίν· * εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος φθείρεται, τὸ σῶμα λέγων, ἀλλ' ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ, τὴν ψυχὴν αἰνισσόμενος· καίτοι εἰ τρεῖς ἦσαν κατὰ τὸν Ἀπολινάριον ἄνθρωποι, δύο πάντως ἂν ἦσαν ἀφανεῖς, καὶ ἕνα ἐποίησε τὸν φαινόμενον· ὥστε κἂν ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς ὑποδείγματι κρατύναι τὸν ἴδιον λόγον ἓν ὀνομάζων τὰ δύο, παραγράφεται αὐτὸν ὁ Παῦλος, διαιρῶν τὸν ἄνθρωπον ἐν τῇ δυϊκῇ σημασίᾳ.

* II. Cor. IV. 16.

col. 2

β'. Καὶ οὐ μόνον ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὸν διδάσκαλον οὐκ ἔστιν ἓν τῇ φύσει, ἀλλὰ καθόλου εἰπεῖν οὐδὲν τῶν κτισμάτων ἕν ἐστι τῇ φύσει κυρίως, διότι οὐκ ἔστιν ἁπλοῦν καὶ μονοειδὲς, ἀλλὰ καὶ ἐκ μὴ ὄντων παρήχθη· οὐδὲ γὰρ αὐτὴ ἡ τῶν ἁγίων ἀγγέλων οὐσία· τί δὲ λέγω ταύτην; οὐδὲ πᾶσα ἡ λογικὴ φύσις· οὐσία γάρ ἐστι μετὰ ἁγιασμοῦ, καθὼς οἱ πατέρες παραδεδώκασιν· ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ σωματικὴ φύσις ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων συγκειμένη· μόνη δὲ ἡ τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς τριάδος οὐσία, ἁπλῆ

rum hominum sive omnium individuorum species, dicimus esse unam hominum naturam, pro specie sic eam nominantes; neque idcirco negantes duas esse quas in ipso contemplamur naturas, idest animam atque corpus. Non enim est una natura homo; quia ne unum quidem est in sua proprie natura sed duo: etenim parte sui una cogitat, parte alia cogitatum opere exsequitur: nam postquam intellectuali animo aliquid deliberavit, manibus rem cogitatam ad exitum perducit. Quod autem duae sint in homine naturae, testatur nyssenus divus Gregorius in suis contra Apollinarem ita scribens: « secundum vero crassiorem divisionem, sicut vulgo dividere didicimus, ex intellectuali anima et corpore esse hominis compaginem confitentes, quomodo dicimus quae sunt duo unum? quum apostolus manifeste duos homines in singulis videat, ubi ait: etsi qui est extra nos homo corrumpitur; corpus scilicet dicens; at interior renovatur de die in diem; animam scilicet innuens. » Atqui si tres essent iuxta Apollinarem homines, duos prorsus invisibiles, et unum fecit conspicabilem. Quare etiamsi exemplo de nobis sumpto, suum roborat sermonem, unum appellando quae sunt duo, refutat illum Paulus, hominem dividens in dualem significatum.

2. Neque homo tantummodo, de magistri sententia, non est unum quid naturâ, sed ut generatim loquamur, creatura nulla unum aliquid proprie est naturâ, quia non est simplex quid et uniforme, sed ex non extantibus producta; ne ipsa quidem, inquam sanctorum angelorum substantia. Cur vero hanc dico? Ne universa quidem rationalis natura; etenim substantia est cum sanctificatione, siculi patres tradiderunt. Sic etiam corporalis natura ex quatuor elementis composita. Sola vero sanctae et adorabilis Trinitatis substantia

(1) In editione Zacagnii collect. monument. p. 211.

simplex est et sine specie et omni duplicitate carens. Et animadvertendum est, composita omnia haud unum naturà dici; neque reapse unum sunt, sed forma ac numero constant. Nam mundum, quum sit ex diversis naturis compositus, unum natura dicere nequimus: differentes enim sunt et heterogeneae quae in ipso conspiciuntur naturae: sed et numero multae, unum tamen quod adtinet ad conformationem id est numerum. Idem de homine quoque dicimus: namque et homo cum sit unum quid compositum, non tamen unum quid naturà dici potest, quia ex anima et corpore compactus est; atque haec in eo conspiciuntur quod attinet ad membrorum compositionem sive unionem; ceteroqui unum quid est conformatione.

3. Verumtamen de sancta ac beata Trinitatis sanctae natura, quia simplex est et uniformis substantia, ut iam dictum fuit, id dicere nequaquam possumus. Aliter enim se habere, ac compositorum ratio est, Trinitatem credimus. Nam Deus unus est natura, non tamen unus numero sed trinus dicitur; quia tribus constat personis sancta Trinitas, et quidem unaquaeque persona perfecta est. Etenim singulas personas Deum patres recte crediderunt, ita ut sit Deus et Deus ac Deus, non tamen tres Dii sed unus, ut ait theologus Gregorius. Igitur quoniam et Christus duplex est, non potest unus dici natura, sed duo, unus autem hypostasi. Sic etiam dicere non possumus hominem unum esse natura, sed duo. Una autem dicitur natura hominis, quatenus individua omnia, ut diximus, sub unam eandemque speciem sunt redacta. Namque universale de his praedicatur, et existit communitas. Idcirco individuorum ad unum quid generale secundum naturam congeriem, generali appellatione etiamsi partes sunt, vocitare non recusamus; quasi una natura universam hominis formam exhi-

ἐστι καὶ ἀνείδεος, καὶ δίχα πάσης διπλῆς· καὶ δεῖ σημειώσασθαι, ὅτι πάντα τὰ σύνθετα, οὐχ᾽ ἓν τῇ φύσει λέγονται· οὐδὲ γάρ εἰσιν ἕν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀποτέλεσμα, ἤγουν τῷ ἀριθμῷ· καὶ γὰρ τὸν κόσμον σύνθετον ὄντα ἐκ διαφόρων φύσεων συγκείμενον, οὐχ᾽ ἕνα δυνάμεθα εἰπεῖν τῇ φύσει, διάφοροι γάρ εἰσι καὶ ἑτεροούσιοι αἱ ἐν αὐτῷ θεωρούμεναι φύσεις, ἀλλὰ πολλά· ἓν ᾗ κατὰ τὸ ἀποτέλεσμα, ἤγουν τῷ ἀριθμῷ· τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου φαμέν· καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἕν τι ὑπάρχων σύνθετον, οὐχ᾽ ἓν τῇ φύσει δύναται λέγεσθαι, ἐπειδὴ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος σύγκειται· καὶ ταύτας ἔχει πάλιν ἐν αὐτῷ θεωρουμένας ἐν τῇ τῶν μερῶν συνθέσει, ἤγουν ἑνώσει, ἀλλ᾽ ἓν κατὰ τὸ ἀποτέλεσμα.

γʹ. Ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας καὶ μακαρίας φύσεως τῆς ἁγίας τριάδος, ἐπείπερ ἁπλῆ ἐστιν ἡ οὐσία καὶ μονοειδὴς ὡς ἤδη εἴρηται, τοῦτο οὐ δυνάμεθα εἰπεῖν· ἄλλως γὰρ ἡ ἐπὶ τῶν συνθέτων ἔχει περὶ ἧς δοξάζομεν, ὅτι ὁ θεὸς ἓν μὲν τῇ φύσει, οὐχ᾽ ἓν δὲ τῷ ἀριθμῷ, ἀλλὰ τρία λέγεται· διότι τρισυπόστατός ἐστιν ἡ ἁγία τριὰς, τελείας οὔσης ἑκάστης ὑποστάσεως· ἑκάστην γὰρ ὑπόστασιν θεὸν τέλειον καλῶς οἱ πατέρες ἐδόξασαν· ὡς εἶναι θεὸν καὶ θεὸν καὶ θεὸν, ἀλλ᾽ οὐ τρεῖς θεοὺς ἀλλ᾽ ἕνα κατὰ τὸν θεολόγον Γρηγόριον (1)· οὐκοῦν ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς διπλοῦς ἐστι, κατὰ τοῦτο οὐ δύναται ἓν μὲν τῇ φύσει λέγεσθαι ἀλλὰ δύο, ἓν ᾗ κατὰ τὴν ὑπόστασιν· οὕτω μὲν οὖν οὐ δυνάμεθα εἰπεῖν τὸν ἄνθρωπον ἕνα εἶναι τῇ φύσει, ἀλλὰ δύο, μία δὲ ἀνθρώπου φύσις λέγεται· ὡς πάντων τῶν ἀτόμων καθὼς εἴρηται ὑπὸ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀναγομένων· τὸ γὰρ καθόλου κατηγορεῖται αὐτῶν, καὶ ἔστι κοινωνία· διὰ τοῦτο τῶν ἀτόμων πρὸς τὸ καθόλου κατὰ τὴν φύσιν καὶ τῇ τοῦ ὅλου προσηγορίᾳ, τὸ μέρος καλεῖν οὐ παραιτούμεθα, ὡς τῆς μιᾶς φύσεως τὸ ὅλον τοῦ col. f. 11. b. col. 1.

(1) Hoc non semel ait Nazianzenus, puta orat. XXXI. 28. etc.

ἀνθρώπου εἶδος παρισώσης· οὐδὲν γάρ ἐστιν ὁμοούσιον τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀριθμημένων· σώζει γὰρ καὶ ὁ κοινὸς ἄνθρωπος ἐν τῇ ἑνώσει τὸ διάφορον τῶν συνελθόντων, καὶ οὐδενὸς τούτων συγχυθέντα φαίνονται τὰ εἴδη ἢ ἰδιώματα· οὐδὲ γὰρ ἐξ ἀοράτου ἢ ἀθανάτου ὁρατὴ γέγονεν ἢ θνητὴ ἡ ἡμετέρα ψυχὴ, οὔτε δὲ τὸ σῶμα ἀθάνατον ἢ ἀόρατον.

δ΄. Ἐπὶ δὲ Χριστοῦ τοιαύτη σχέσις τάξεως οὐχ᾽ εὑρίσκεται· οὔτε γὰρ ὡς ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων εἶδος ἐστὶ χριστῶν, ἵνα ὁ εἷς παρὰ τὸν καθόλου καὶ κοινὸν Χριστὸν, Χριστὸς αὐτὸς χρηματίζων μία φύσις λέγηται· καὶ οὐχ᾽, ὡς εἴρηται πολλάκις, ἡ θεότης εἰς τὴν ἀνθρωπότητα μετεβλήθη, οὔτε ἡ ἀνθρωπότης εἰς τὴν θεότητα· οὔτε γὰρ ἐκ τῆς καθ᾽ ὑπόστασιν ἑνώσεως τῶν δύο φύσεων, σύγχυσίς τις γέγονε, καὶ ἑτεροφυές τι ἀπετελέσθη· εἰ οὖν ἄτρεπτοι καὶ ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις ἐν τῇ ἑνώσει, εἰκότως δύο φύσεις δοξάζομεν· ἀλλὰ μὴν καὶ μίαν ὑπόστασιν σύνθετον ἐν κτιστῇ οὐσίᾳ φανερωθεῖσαν· διότι οὐκ ἔστιν οὐδεμίαν διῃρημένως λαβεῖν, καὶ δίχα τῆς ἑτέρας καθ᾽ ἑαυτὴν ὑφεστῶσαν· ἐπὶ γὰρ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου ἡ κατὰ σύνθεσιν ἕνωσις, τὴν σύγχυσιν καὶ τὴν διαίρεσιν ἀποβάλλεται· καὶ φυλάττει μὲν τὴν ἑκατέρας φύσεως ἰδιότητα, μίαν δὲ ὑπόστασιν ἤτοι πρόσωπον τοῦ θεοῦ λόγου καὶ μετὰ τῆς σαρκὸς δείκνυσι· πῶς δὲ οἷόν τέ ἐστιν εἰπεῖν μίαν φύσιν σύνθετον, κτιστὴν καὶ ἄκτιστον, προαιώνιον καὶ ἔγχρονον, θείαν καὶ ἀνθρωπίνην, εἰ μή τοι γε βιαζόμενοι τὸν λόγον ἐπὶ δύο κτιστῶν ἤγουν γενητῶν τοῦτο εἴπομεν; ὡς ἐδείχθη ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου κατὰ τὸν ῥηθέντα τρόπον· καὶ γὰρ ἢ ἡ αὐτή ἐστι τοῖς μέρεσιν ἐξ ὧν συνετέθη ἡ λεγομένη σύνθετος φύσις, καὶ οὐδὲν ἧττον δύο εἰσὶ καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν· ἢ ἑτέρα ἐστὶ παρὰ τὰ μέρη, καὶ ἑτεροφυές τι ἀπετελέσθη· ἄλλως τε δὲ τὰ συντιθέμενα μέρη πρὸς τὸ ἀποτελέσαι μίαν σύνθετον φύσιν ἀνάγκη ὑφ᾽ ἑτέρου συντίθεσθαι αὐτὰ, καὶ χρόνῳ τινὶ διαιρεθῆναι καὶ διαλυθῆ-

beat. Nihil porro est consubstantiale eorum quae sub una forma numerantur: nam et communis homo retinet in unione concurrentium differentiam: nulliusque horum confusae species apparent et proprietates: neque enim ex invisibili et immortali, visibilis evadit aut mortalis anima nostra, neque vicissim corpus immortale atque invisibile.

4. Age vero in Christo haec ordinis relatio non invenitur: etenim nequaquam ut in hominibus, species christorum est, ita ut unus, praeter universalem communemque christum, Christus ipse existens, una natura diceretur: neque, ut saepe dictum est, deitas in humanitatem est mutata, neque vicissim humanitas in deitatem: neque ob hypostaticam unionem naturarum duarum, confusio aliqua contigit, et heterogeneum aliquid conflatum est. Si ergo immutabiles et inconfusae manserunt naturae in unione, merito naturas duas esse censemus: simul tamen unam hypostasim compositam increatam in substantia creata manifestatam: quia nullam ex his licet divise supponere, quasi seorsum ab altera per se subsistentem. Namque in Christi mysterio per compositionem facta unio, confusionem divisionemque recusat: et retinet quidem utriusque naturae proprietatem, unam tamen hypostasim seu personam Dei Verbi cum carne exhibet. Qui autem liceat dicere unam naturam compositam, creatam et increatam, sempiternam et temporalem, divinam et humanam, nisi forte vim rationi facientes de duobus creatis sive factis id dicamus? sicut de homine ostendimus eo quem diximus modo. Nam vel eadem est ac partes, ex quibus compacta fuit, ea quae dicitur composita natura; tunc autem nihilo minus duo sunt etiam post unionem: vel diversa est a partibus; tunc vero heterogeneum aliquid est effectum. Alioqui quae componuntur partes ad unam conficiendam compositam naturam, eas necesse est opera alicuius componi, et aliquo

tempore indigent ut dividantur antea et dissolvantur, dum invicem singulae distrahuntur; quod in compositis videre est ex quatuor elementis corporibus; itemque in aedibus et navigiis constructis; quin et in ipso homine, si certe hic composita natura constat, ut isti existimant.

5. Quomodo igitur compositam in Christo naturam dicere possumus? quum id in corporibus tantum usuveniat, ut iam demonstravimus, a patrum nostrorum quodam dictum. Si non est idem natura simplex, quod composita; simplex autem Verbi ostendit, composita secundum ipsos Christi natura, unam naturam non demonstrabit. Atque hoc pacto dicere non possumus substantiam compositam Christi domini; sed hypostasim utique compositam recte credimus, quoniam Dei Verbi hypostasis unita est incircumscripte animatae carni, animam habenti rationalem et intellectualem, in una persona: ita ut numquam a sua humanitate dividendum sit Verbum, sed impartibilis et indivisibilis tum deitas tum humanitas conservanda sit. Iam quod hi qui unam Christi naturam seu substantiam dicunt compositam, Valentini insaniam, et Manetis, atque Apollinaris, et Eutychis, ac Dioscori, nec non Timothei cognomento Aeluri, et aliorum pari cum ipsis errore laborantium, sectentur, manifeste ostendemus, testimoniis illorum prolatis.

Valentini ex libro quem scripsit adversus eos qui duas naturas fatentur,

Galilaeis duas in Christo naturas dicentibus, altum cachinnum extollimus. Quippe nos visibilis et invisibilis unam esse naturam dicimus.

Manetis ex epistola ad Scythianum.

Aeternae autem lucis filius substantiam suam in monte manifestavit, haud equidem duas naturas, sed unam in visibili et invisibili.

ναι, τῶν μερῶν χωριζομένων ἀπ' ἀλλήλων· ὡς ἐπὶ τῶν σωμάτων ἔνεστιν ἰδεῖν, ἐκ τεσσάρων στοιχείων συγκειμένων· καὶ ἐπὶ οἴκων καὶ πλοίων συντιθεμένων· καὶ ἐπὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ἀνθρώπου, εἴ γε τῆς συνθέτου μετέχει φύσεως κατὰ τοὺς τοῦτο δοξάζοντας. cod. f. 42. a. col. 1.

ε'. Πῶς οὖν ἔχωμεν λέγειν φύσιν σύνθετον ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ; τοῦτο γὰρ ἐπὶ σωμάτων τε μόνων συμβαίνει, ὡς ἐδείξαμεν, καθὼς ἔφη τίς τῶν πατέρων ἡμῶν· εἰ οὐ ταὐτόν ἐστιν ἡ ἁπλῆ φύσις τῇ συνθέτῳ φύσει· ἡ δὲ ἁπλῆ τοῦ λόγου δηλοῖ, ἡ σύνθετος κατ' αὐτοὺς Χριστοῦ φύσις οὐ μίαν φύσιν δηλώσει· καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον οὐ δυνάμεθα εἰπεῖν οὐσίαν σύνθετον ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ὑπόστασιν δὲ σύνθετον καλῶς δοξάζομεν, ὡς τῆς ὑποστάσεως τοῦ θεοῦ λόγου ἡνωμένης ἀπεριγράπτως σαρκὶ ἐψυχωμένῃ, ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν, εἰς ἓν πρόσωπον· οὐδέποτε τῆς οἰκείας ἀνθρωπότητος χωρισθησομένου, ἀλλ' ἀμέριστον εἰσαεὶ καὶ ἀδιαίρετον τὴν θεότητα καὶ τὴν ἀνθρωπότητα τὴν αὐτοῦ φυλάττεσθαι· ὅτι δὲ οἱ μίαν εἶναι τὴν φύσιν ἤτοι οὐσίαν τοῦ Χριστοῦ λέγοντες σύνθετον, τῇ Βαλεντίνου μανίᾳ, καὶ Μανιχαίου τε Ἀπολιναρίου καὶ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου καὶ Τιμοθέου τοῦ ἐπίκλην αἰλούρου, καὶ τῶν τὴν αὐτὴν αὐτοῖς κακοδοξίαν νοσησάντων ἀκολουθοῦσι, σαφῶς ἀποδείξομεν διὰ τῆς παραθέσεως τῶν μαρτυριῶν αὐτῶν.

Βαλεντίνου ἐκ τοῦ λόγου τοῦ γραφέντος κατὰ τῶν δύο φύσεις ὁμολογούντων.

Τῶν Γαλιλαίων ἐπὶ Χριστοῦ δύο φύσεις λεγόντων, πλατὺν κατεχέομεν γέλωτα· ἡμεῖς γὰρ τοῦ ὁρατοῦ καὶ ἀοράτου μίαν εἶναι φύσιν φαμέν (1).

Τοῦ Μανέντος ἐκ τῆς πρὸς Σκυθιανὸν ἐπιστολῆς.

Ὁ δὲ τοῦ ἀϊδίου φωτὸς υἱὸς τὴν ἰδίαν οὐσίαν ἐν τῷ ὄρει ἐφανέρωσεν, οὐ δύο φύσεις ἀλλὰ μίαν ἐν τῷ ὁρατῷ τε καὶ ἀοράτῳ (2).

(1) Tribuitur Maneti hoc fragmentum, non sine aliqua varietate, ab Eustathio monacho apud nos Script. vet. T. VII. p. 277.

(2) Item apud praedictum Eustathium loc. cit.

Ἀπολιναρίου πρὸς Ἡράκλειον.

Ἄλλης καὶ ἄλλης οὐσίας μίαν εἶναι τὴν προσκύνησιν ἀθέμιστον, τουτέστι ποιητοῦ καὶ ποιήματος, θεοῦ καὶ ἀνθρώπου· μία δὲ προσκύνησις Χριστοῦ· καὶ κατὰ τοῦτο ἐν τῷ ἑνὶ ὀνόματι νοεῖται θεὸς καὶ ἄνθρωπος· οὐκ ἄρα ἄλλη καὶ ἄλλη οὐσία θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἀλλὰ μία κατὰ σύνθεσιν Χριστοῦ πρὸς σῶμα ἀνθρώπινον (1).

Καὶ Εὐτυχὴς δὲ ὁ φρενοβλαβὴς λέγει, ἐκ δύο φύσεων πρὸ τῆς ἑνώσεως, μία δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν (2)· ὅς τις διὰ τὴν τοιαύτην αὐτοῦ κακοδοξίαν, μετὰ τῶν ἀσεβημάτων αὐτοῦ κατεκρίθη.

Διοσκόρου ἐκ τῆς γραφείσης παρ' αὐτοῦ ἐπιστολῆς ἀπὸ Γαγγρῶν εἰς Ἀλεξάνδρειαν· οὗτος δέ ἐστιν, ὁ ἐκδικήσας Εὐτυχέα καὶ τὰ αὐτοῦ φρονήσας.

Εἰ μὴ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ κατὰ φύσιν, ἐστὶ θεοῦ καὶ ἀνθρώπου, τί διαφέρει τοῦ αἵματος τῶν τράγων καὶ τῶν μόσχων, καὶ τῆς σποδοῦ τῆς δαμάλεως; καὶ τοῦτο γὰρ γήϊνον καὶ φθαρτὸν, καὶ τὸ αἷμα τῶν κατὰ φύσιν ἀνθρώπων, γήϊνόν ἐστι καὶ φθαρτόν· ἀλλὰ μὴ γένοιτο ἑνὸς τῶν κατὰ φύσιν λέγειν ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ (3). Ἰδοὺ σαφῶς ἀπεδείχθη Διόσκορος ἀρνησάμενος ὁμοούσιον ἡμῖν εἶναι τὴν σάρκα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Τιμοθέου τοῦ ἐπίκλην αἰλούρου ἐκ τοῦ η' κεφαλαίου τῆς γ' βίβλου ἥνπερ ἐν Χερσῶνι συνεγράψατο.

Φύσις Χριστοῦ, μόνη θεότης, εἰ καὶ σεσάρκωται (4).

ς'. Ἰδοὺ διὰ τούτων πάντων ἐδείξαμεν
cod. f. 42. l. col. 1 ὡς τὸ λέγειν μίαν φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ σύνθετον, ἐναντίον ἐστὶ τῆς εὐσεβοῦς καὶ ἀληθινῆς ὁμολογίας, καὶ δῆλον ὡς οἵ γε τοῦτο φρονοῦντες, ἐν τῇ τῶν αἱρετικῶν τούτων καθεστήκασι πλάνῃ, τὴν αὐτὴν τούτοις βλασφημοῦντες ἀσέβειαν· ὅτι δὲ καὶ τοῖς

Apollinaris ad Heraclium.

Aliam atque aliam substantiam adorare impium est, id est factoris atque facturae, Dei et hominis: una vero est Christi adoratio, ac propterea uno cum nomine intelligitur Deus et homo: non est alia atque alia substantia Deus et homo, sed una per compositionem Christi cum corpore humano.

Item Eutyches insanus ait ex duabus naturis (Christum) ante unionem, unam vero post unionem naturam. Hic quidem propter hanc pravam sententiam, cum impietatibus suis damnatus fuit.

Dioscori ex epistola ab eo missa Gangris Alexandriam. Hic vero est qui Eutychem defendit, eiusdemque opinionis particeps fuit.

Nisi Christi sanguis naturae Dei et hominis est, cur ab hircorum et vitulorum sanguine differat, et a iuvencae cinere? Nam et hic terrenus et corruptibilis est: itemque sanguis eorum qui natura sunt homines terrenus est et corruptibilis. Sed absit ut alicuius, qui suapte natura sit homo, Christi sanguinem esse dicamus. – En manifeste Dioscorus compertus est negare consubstantialem esse nobis domini nostri Iesu Christi carnem.

Timothei cognomento Aeluri ex octavo capitulo libri tertii quem Chersone conscripsit.

Christi natura, sola divinitas est, quamquam is fuit incarnatus.

6. En ex his omnibus demonstravimus, quod unam dicere in Christo naturam compositam, contrarium sit orthodoxae veraeque confessioni: palamque est eos qui ita opinantur, in haereticorum errore versari, quibus parem impietatem blasphemant. Quod autem deiloqui quoque patres nostri

(1) Pariter apud nos tom. cit. p. 16. ex Anastasio presbytero.

(2) Concil. chalced. ed. Coleti T. IV. p. 1015.

(3) Refertur etiam ab Eustathio monacho apud nos tom. cit. p. 289.

(4) Recitatur item ab Eustathio monacho apud nos tom. cit. p. 277. Hinc facile vides extitisse volumen aliquod (quale est vat. ms. 1431.) χρήσεων auctoritatum pro dogmatibus et contra, ex quo controversiarum scriptores hauriebant tamquam ex topicis.

velent dicere substantiam compositam, id est naturam creatam et eandem increatam, testatur theologus Gregorius, in sermone de Spiritu sancto haec dicens. « Spiritus sanctus, vel de numero eorum quae per se subsistunt omnino existimandus est, vel eorum quae in alio spectantur; quorum prius substantiam appellant doctrinarum harum apprime periti; alterum autem, accidens. Iam si est accidens, vis quaedam ac facultas Dei erit. Quid enim aliud, aut cuius? hoc vero in primis compositionem respuit. Quod si vis aut facultas est, agetur magis quam aget, et simul agi desinet: talis quippe est actùs natura. Quomodo igitur agit, et haec dicit, ac segregat, et tristatur, et irascitur, et quotquot moti sunt propria, non moventis? Quod si substantia aliqua est, vel creatura existimabitur vel Deus: medium enim aliquid horum, vel neutrius participans, vel ex ambobus compositum, ne illi quidem qui hircocervos confingunt, imaginabuntur. »

QUAESTIO IX.

Christi nomen substantiaene significativum est, an operationis?

Responsio. 1. Non est substantiae significativum Christi nomen; namque Eutychis patronorum haec opinio est, qui negant substantialem naturarum differentiam in Christi mysterio post unionem, et confusionem divinae incarnationi obtrudunt, unam denique naturam Emmanuhelis confitentur. Quod autem vera nostra sit doctrina, et quod minime substantiam denotet Christi appellatio, testis est sanctus Cyrillus in primo scholio ita dicens. « Christus vocabulum, neque definitionis vim habet, neque cuiuslibet rei substantiam significat: sed ne operationis quidem demonstratitivum est. Nam stulti Nestorii discipulorum hoc deliramentum est, negantium hypostaticam sub unica persona unionem naturarum in

θεηγόροις ἡμῶν πατράσιν ἀπηγόρευται τὸ λέγειν οὐσίαν σύνθετον, ἤτοι φύσιν κτιστὴν καὶ ἄκτιστον τὴν αὐτὴν, μαρτυρεῖ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ περὶ πνεύματος ἁγίου λόγῳ φήσας τάδε (1)· “ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ τῶν καθ' ἑαυτὸ ὑφεστηκότων πάντως ὑποθετέον, ἢ τῶν ἐν ἑτέρῳ θεωρουμένων· ὧν τὸ μὲν, οὐσίαν καλοῦσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ, τὸ δὲ συμβεβηκός· εἰ μὲν οὖν συμβέβηκεν, ἐνέργεια τοῦτ' ἂν εἴη θεοῦ· τί γὰρ ἕτερον ἢ τίνος; τοῦτο γάρ πως καὶ μᾶλλον φεύγει τὴν σύνθεσιν· καὶ εἰ ἐνέργεια, ἐνεργηθήσεται μᾶλλον, οὐκ ἐνεργήσει, καὶ ὁμοῦ τῷ ἐνεργηθῆναι παύσεται· τοιοῦτον γὰρ ἡ ἐνέργεια· πῶς οὖν ἐνεργεῖ καὶ τάδε λέγει * καὶ ἀφορίζει, καὶ λυπεῖται, καὶ παροξύνεται *, καὶ ὅσα κινουμένου ἐστὶν οὐ κινήσεως; εἰ δὲ οὐσία τις ἤτοι κτίσμα ὑποληφθήσεται ἢ θεός· μέσον γάρ τοι τούτων, ἤτοι μηδετέρου μετέχον, ἢ ἐξ ἀμφοῖν σύνθετον, οὐδ' ἂν οἱ τοὺς τραγελάφους πλάττοντες ἐννοήσαιεν. ”

* Act. XIII. 2.
* Ephes. IV. 30.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Θ'.

Τὸ Χριστὸς ὄνομα πότερον οὐσίας σημαντικόν ἐστιν, ἢ ἐνεργείας;

α'. Οὐκ ἔστιν οὐσίας σημαντικὸν τὸ Χριστὸς ὄνομα· τῶν γὰρ ὑπασπιστῶν Εὐτυχέως ἐστὶ τοῦτο φρονεῖν, ἀθετούντων τὴν οὐσιώδη τῶν φύσεων διαφορὰν ἐπὶ τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ σύγχυσιν τῇ θείᾳ ἐπεισαγόντων οἰκονομίᾳ, καὶ μίαν φύσιν τοῦ Ἐμμανουὴλ ὁμολογούντων· καὶ ὅτι ἀληθὴς ὁ λόγος, καὶ οὐκ οὐσίαν δηλοῖ ἡ Χριστοῦ προσηγορία, μαρτυρεῖ ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος ἐν τῷ πρώτῳ σχολίῳ (2) φήσας ταῦτα. Τὸ Χριστὸς ὄνομα οὔτε ὅρου δύναμιν ἔχει, οὔτε μὴν τὴν τινὸς οὐσίαν ὅ τί ποτέ ἐστι σημαίνει· ἀλλ' οὔτε πάλιν ἐνεργείας δηλωτικόν· τῶν γὰρ ἀπὸ Νεστορίου τῶν ματαιοφρόνων ἐστι τοῦτο ληρῳδεῖν, ἀρνουμένων τὴν καθ' ὑπόστασιν, καὶ ἐν ἑνὶ προσώπῳ τῶν φύσεων ἕνωσιν ἐπὶ Χριστοῦ, καὶ κατ' ἐνέργειαν δογματιζόν- Ἀπόκρισις. col. 2

(1) Orat. XXXI. 6.
(2) Opp. T. V. part. 1. p. 779.

των τὴν ἕνωσιν γεγενῆσθαι τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὸν ἄνθρωπον· οὐκ ἴσασι γὰρ οἱ παράφρονες καὶ τῆς διαιρέσεως συνήγοροι, ὅτι ἐπὶ τῆς ἁπλῆς καὶ ἀκτίστου φύσεως, οὐδέν ἐστιν ἐπείσακτον καὶ διπλόης ἐχόμενον, πάντων τῶν κατ' ἐπίνοιαν περὶ αὐτῆς λεγομένων, κατὰ φύσιν ὑπαρχόντων· διὸ καὶ ἡ ἐνέργεια τὸν αὐτὸν τῆς οὐσίας ἐπὶ αὐτῆς ἐπιδέχεται λόγον· καὶ μαρτυρεῖ τοῖς λεγομένοις ἡ σάλπιγξ τοῦ θείου λόγου Βασίλειος ἐν τῷ ὅτι δημιουργὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον φήσας τάδε· εἰ τοίνυν τὸ ὑπερκόσμιον σῶμα Χριστοῦ, ἐκ πνεύματος ἁγίου, οὐ δυνατὸν δὲ γέννημα αὐτοῦ ὑπάρχειν, ὅτι γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι, καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμα ἐστὶν, οὐ δ' αὖ πάλιν ἐξ αὐτοῦ ὡς ἐνέργεια αὐτοῦ, ὅτι ἐπὶ ἁπλῆς καὶ ἀσωμάτου φύσεως, τὸν αὐτὸν τῆς οὐσίας λόγον ἐπιδέχεται ἡ ἐνέργεια, ὑπολείπεται ἄρα εἶναι ἐξ αὐτοῦ ὡς κτίσμα.

β'. Εἰ οὖν ἐπὶ τῆς θείας καὶ μακαρίας φύσεως τὸν αὐτὸν τῆς οὐσίας ἐπιδέχεται λόγον ἡ ἐνέργεια, καθὼς ὁ θεόσοφος ἀνὴρ ἡμᾶς ἐδίδαξε, τί κατ' ἐνέργειαν τὴν ἕνωσιν φασὶ γεγονέναι πρὸς ἄνθρωπον, οἱ χθὲς καὶ σήμερον κάπηλοι καὶ τῶν δογμάτων τραπεζῖται; πᾶς γὰρ ἕνωσις αὕτη κυρίως λέγεται, καὶ οὐ σχέσις, ἡ τὰ πράγματα μὴ συνδέουσα καὶ εἰς ἓν ἄγουσα, ἡ μὴ δὲ μίαν ἐμποιοῦσα τοῖς συνημμένοις κοινωνίαν εἰς τὸ ἀντιδιδόναι τὰ προσόντα τῇ θατέρᾳ φύσει καὶ ἀντιλαμβάνειν; ὑποστάσεσι γὰρ τὰς φύσεις διιστῶντες οἱ τῆς διαιρέσεως πρόμαχοι, καὶ τῇ ἀξίᾳ καὶ μόνῃ συνάπτοντες, τί παρὰ τῶν ἁγίων πλέον τοῦ Ἐμμανουὴλ, ὡς Θεὸν, κἂν ὁμολογοῦσι, καὶ ὡς Θεοῦ υἱὸν προσκυνοῦσιν, ἔχειν φασὶν, εἰ καὶ μὴ ἐν ἀληθείᾳ πάντων καταξιωθέντων τῆς θεοποιοῦ τοῦ πνεύματος χάριτος; κοινῶς γὰρ ἐφ' ἅπαντας τὸ χάρισμα τῆς θείας γέγονεν ἐνεργείας καὶ τῆς ἀξίας τὸ δώρημα· εἰ καὶ παρὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον τῆς θείας διανομῆς τῶν τοῦ πνεύματος χαρισμάτων γινομένης, καθὼς ἡ ἀξία τῶν ἐνεργουμένων εἴτουν φωτιζομένων ἀπῄτει· κεχρηματίκασι γὰρ θεοὶ καὶ Θεοῦ
Ps. LXXXI. 6. υἱοὶ κατὰ τὸ, ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ ὑψί-

Christo; et operatione factam adfirmantium Dei Verbi cum homine unionem. Nesciunt enim hi stulti et divisionis fautores, in simplici et increata natura nihil esse subintroductum et duplicitatis particeps; quia omnia quae secundum mentis conceptum de illa dicuntur, naturâ subsistunt. Quare etiam operatio habet in ea rationem substantiae eandem. Praedictis testis accedit divini Verbi bucina Basilius eo loco ubi creatorem dicit esse Spiritum sanctum. Si ergo supermundiale Christi corpus de Spiritu sancto est, neque tamen genitura huius esse potest; quia quod genitum est ex carne, caro est; et genitum de Spiritu, spiritus est; neque item ex illo est, tamquam eius operatio; quia in simplici et incorporea natura eandem quam substantia habet rationem operatio; superest omnino ut sit ab illo tamquam creatura.

2. Si ergo in divina et beata natura, eandem quae substantia habet rationem operatio, sicut a Deo eruditus vir nos docuit, cur secundum operationem aiunt factam cum homine unionem neoterici isti caupones et dogmatum trapezitae? Quomodo enim haec proprie unio dicitur, et non potius relatio, quae minime res colligat et in unum adunat, et quae nullam invehit copulatis communionem, sua invicem alteri dante naturae, et ab hac accipiendo? Namque hypostasibus naturas distrahentes, hi divisionis patroni, et dignitate tantummodo coniungentes, quid amplius quam sanctos Emmanuhelem Deum, etiamsi id fatentur, et ut Dei filium adorant, habere adfirmant, nisi vere etiam omnia ei concedunt deificantis Spiritus gratiae munera? Communiter enim omnibus gratia divinae operationis, et dignitatis donum diffusum fuit, etsi modo plus modo minus divina donorum distributio contigerit, prout dignitas inspiratorum seu illuminatorum poscebat. Dicti sunt enim dii et Dei filii, velut ibi: ego dixi, dii estis, et filii Altissimi omnes. Cur vero haud duas etiam na-

turas in singulis sanctis censent, atque in unum idemque adunant cum divina beataque natura, illos qui divinam meruerunt accipere dignitatem?

3. Audiant nobiscum Aegypti luminare, immo universae sub sole regionis, sanctum Athanasium in sermone de fide, haec de ipsis dicentem, et ad veritatem convertantur. « Namque a quaestione quomodo quave ratione res se habeat, ad incredulitatem ipsi quoque sunt conversi: et incolatum pro incarnatione confinxerunt, et pro unione et adunatione humanam operationem: et pro una, domini nostri Iesu Christi duas hypostases et personas, et pro sancta Trinitate quaternitatem opinantur. Et paucis interiectis. Christum enim praedicaverunt statim egressi apostoli concorditer sibique consentanei, filium Dei; illum scilicet Bethleemi natum de semine Davidis secundum carnem, assimilatum hominibus, crucifixum pro nobis sub Pontio Pilato: eundem dixere Deum, eundem hominem; eundem filium Dei, eundem filium hominis; eundem de caelo, eundem de terra; eundem impassibilem, et eundem passibilem; non alium et alium: non personas vel hypostases duas, non duas denique adorationes. Quid opus est contendere vocabulisque certare? Credere praestat, colere, et cum silentio adorare. » Ex his patet theologum patrem vetare quominus duas dicamus hypostases in Christi mysterio; docens nos, ipsum fuisse utrumque, Deum scilicet atque hominem.

4. Propterea ergo et nos sacris nostris obsequentes magistris, unum eundemque dominum ac salvatorem Iesum Christum confitemur, perfectum eundem deitate, et perfectum eundem humanitate; unam credentes hypostasim in duabus unitis naturis, etiam in unione inseparabiliter conservantibus naturalem suam sine confusione proprietatem. Et ob substantialem con-

ςου πάντες· διὰ τί ἢ μὴ καὶ δύο φύσεις ἐφ' ἑκάστου δογματίζουσι τῶν ἁγίων, καὶ εἰς ταυτὸν ἄγουσι τῇ θείᾳ καὶ μακαρίᾳ φύσει, τοὺς τῆς θείας καταξιωθέντας ἀξίας;

γ'. Ἀκουέτωσαν μεθ' ἡμῶν τοῦ φωστῆρος τῶν Αἰγυπτίων, μᾶλλον δὲ τῆς ὑφηλίου πάσης Ἀθανασίου τοῦ ἁγίου ἐν τῷ περὶ πίστεως λόγῳ ταῦτα περὶ αὐτῶν εἰρηκότος, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπιστραφήτωσαν. « Καὶ ἐχώρησαν ἐκ τοῦ πῶς καὶ ποίῳ col. 2. τρόπῳ, εἰς ἀπιστίαν καὶ αὐτοί, καὶ ἐνοίκησιν ἀντὶ σαρκώσεως κατεσκεύασαν, καὶ ἀντὶ ἑνώσεως καὶ συνθέσεως εἰς ἐνέργειαν ἀνθρωπίνην, καὶ ἀντὶ μιᾶς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δύο ὑποστάσεις καὶ πρόσωπα, καὶ ἀντὶ τῆς ἁγίας τριάδος, τετράδα φρονήσαντες. Καὶ μετ' ὀλίγα· Χριστὸν γὰρ ἐκήρυξαν εὐθέως ἐξελθόντες οἱ ἀπόστολοι, συμφώνως καὶ ἀκολούθως ἑαυτοῖς υἱὸν θεοῦ, τοῦτον ἐν Βηθλεὲμ γεννηθέντα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, τὸν ὁμοιωθέντα ἀνθρώποις καὶ σταυρωθέντα ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου· αὐτὸν εἶπον θεόν, αὐτὸν ἄνθρωπον, αὐτὸν υἱὸν θεοῦ, αὐτὸν υἱὸν ἀνθρώπου, αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ, αὐτὸν ἀπὸ γῆς, αὐτὸν ἀπαθῆ, αὐτὸν παθητόν, οὐκ ἄλλον καὶ ἄλλον, οὐ πρόσωπα δύο, οὐχ ὑποστάσεις, οὐ προσκυνήσεις δύο· τίς χρεία ζητεῖν καὶ λογομαχεῖν; πιστεύειν συμφέρει καὶ σέβειν καὶ προσκυνεῖν σιωπῇ (1). » Ἐκ τούτων δῆλον ὡς ὁ θεόσοφος πατὴρ ἀπαγορεύει τὸ δύο λέγειν ὑποστάσεις ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου, διδάξας ἡμᾶς ὡς αὐτὸς ὑπῆρχεν ἀμφότερα θεός τε καὶ ἄνθρωπος.

δ'. Διὰ τοῦτο τοίνυν καὶ ἡμεῖς τοῖς ἱεροῖς ἡμῶν ἑπόμενοι διδασκάλοις, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν κύριον καὶ σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστὸν ὁμολογοῦμεν τέλειον ἐν θεότητι τὸν αὐτόν, καὶ τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι τὸν αὐτόν, μίαν ὑπόστασιν δοξάζοντες ἐν δυσὶ φύσεσιν ἡνωμέναις, ἀδιαιρέτως φυλαττούσαις κἂν τῇ ἑνώσει τὴν ἑαυτῶν φυσικὴν ἰδιότητα ἀσυγχύτως· καὶ διὰ τὴν

(1) Conferatur locus Athanasii a Nicephoro prolatus inter testimonia post apologeticum maiorem in editione nostra p. gr. 141, lat. 264.

οὐσιώδη σύγκρασίν τε καὶ ἕνωσιν, τὰ τῆς
cod. f. 13. b. col. 1 ἑτέρας φύσεως τῇ ἑτέρᾳ ἐπιλεγόμεθα, τῆς κατ᾽ οὐσίαν ἑνώσεως ἀντιδιδούσης τὰ τῇ θατέρᾳ φύσει προσόντα, τῇ θατέρᾳ καθὼς ἔφησαν οἱ πατέρες (1)· ἡ οὖν Χριστοῦ προσηγορία, σημαντική ἐστι δύο φύσεων, ἤγουν οὐσιῶν ἡνωμένων κατ᾽ οὐσίαν ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως, ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ ἀτόμῳ ἤγουν προσώπῳ· καὶ τὰς μὲν φύσεις τῇ ἐνεργείᾳ εἶναι πιστεύομεν, τὴν δὲ τούτων διαίρεσιν τῇ ἐπινοίᾳ θεωροῦμεν, μὴ πραγματικὴν τούτων τομὴν ἢ διαίρεσιν δογματίζοντες· ὡς γάρ φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος (2), ἡνίκα αἱ φύσεις διΐστανται ταῖς ἐπινοίαις, συνδιαιρεῖται καὶ τὰ ὀνόματα· ὡς εἶναι τὸ τῇ ἐπινοίᾳ λεγόμενον πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς κατ᾽ ἐνέργειαν διαιρέσεων.

ε'. Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ περὶ ἐπινοίας γέγονε λόγος, πρὸς ἀσφάλειαν τῶν λεγομένων δεῖ σημειώσασθαι ὅτι διττὴν εἶναι ταύτην οἱ πατέρες εἰρήκασιν· ἡ μὲν γὰρ οἷόν τις ἐστὶν ἐπίνοια καὶ ἐπενθύμησις πραγμάτων ἀληθῶν, καὶ τὸ τῇ αἰσθήσει δόξαν ἕν τι καὶ ἁπλοῦν εἶναι, τῇ πολυπραγμοσύνῃ τοῦ νοῦ καὶ τῇ θεωρίᾳ, πολυμερὲς δεικνύουσα καὶ ποικίλον, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἔννοιαν διασαφοῦσα· ἡ δὲ ἀνάπλασμα τυγχάνει διανοίας, κατὰ συμπλοκὴν αἰσθήσεως ἐκ τῶν ὄντων τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα συντιθεῖσα καὶ δεικνύουσα· τοιαύτη ἐστὶν ἡ τῶν σειρήνων καὶ ἱπποκενταύρων καὶ τῶν τοιούτων μυθοπλαστία· τὰ μέρη γὰρ τοῦ ὅλου παραλαβοῦσα, καὶ ἐκ τούτων ἄλλό τι συντιθεῖσα ἐν τῇ διανοίᾳ· τοῖς λόγοις ἀνέπλασε τὰ μηδαμῶς ὄντα,
col. 2. μήτε κατ᾽ οὐσίαν μήτε καθ᾽ ὑπόστασιν· κατὰ τὴν πρώτην οὖν ἐπίνοιαν τὴν διαφορὰν τῶν φύσεων γνωρίζομεν, μὴ πραγματικὴν τομὴν τούτων δοξάζοντες, ὡς πολλάκις εἴρηται, καθὼς Θεόδωρος παραφρονῶν ἐβλασφήμησε· Χριστὸς γὰρ μονοτρόπως οὐ λέ-

cretionem atque unionem, ea quae sunt alterius naturae, de altera quoque pronunciamus: quia substantialis unio communicat alteri naturae, quae sunt alterius, sicut patres dixerunt. Christi itaque appellatio significativa est duarum naturarum, seu substantiarum, unitarum substantialiter, inconfuse, inconvertibiliter, in uno eodemque individuo id est persona. Et naturas quidem operari simul credimus, illarum vero distinctionem mentis conceptu videmus, quin realem harum divisionem aut separationem dogmatizemus. Namque ut ait theologus Gregorius « cum naturae distinguuntur animi contemplatione, illarum simul nomina dividuntur » ita ut contemplatio dicatur ob distinguendum a divisione actuali.

5. Sed quia contemplationis mentio incidit, ob dictorum tutelam animadvertendum est, patres duplicem hanc dixisse: una quidem est, contemplatio veluti et cogitatio rerum verarum; et quod sensibus apparet unum quid et simplex esse, id curiositate mentis et contemplatione multiplex esse demonstrat ac varium, rerumque intelligentiam aperit. Alia autem confictio mentis est, quae sensuum complexu ex extantibus non extantia componit et sibi exhibet. Talis est sirenarum et hippocentaurorum et aliorum huiusmodi falsa imaginatio. Etenim membra universi sumens, ex his aliud aliquid componit intra mentem, verbisque fabricat quae nulla sunt, neque substantialiter neque personaliter. Priore ergo contemplationis genere differentiam naturarum agnoscimus, quin tamen realem divisionem credamus, ut saepe dictum est, quae fuit insani Theodori blasphemia. Christus enim singulari modo non dicitur, sed ab ipso nomine, quod unum

(1) Reapse Cyrillus de Trinitate opp. T. VI. p. 33. sic loquitur: οὗτός ἐστιν ὁ τρόπος τῆς ἀντιδόσεως, ἑκατέρας φύσεως ἀντιδιδούσης τῇ ἑτέρᾳ τὰ ἴδια, διὰ τὴν τῆς ὑποστάσεως ταυτότητα, καὶ τὴν εἰς ἄλληλα αὐτῶν περιχώρησιν: *est hic mutuae communicationis modus, quod nempe alterutra natura alteri suas proprietates, propter unicam personam impertitur et propter mutuo immeandi vicissitudinem.* Legatur Damascenus de fid. orth. lib. III. cap. 4.

(2) Orat. XXX. 8.

est, utriusque rei denotatur significatio, deitatis et humanitatis, ut ait beatus Athanasius. Ideo et Deus dicitur Christus et homo: unus quippe Christus est, ipsumque Deum Verbum incarnatum veneramur, simul adorantes et conglorificantes cum patre et sancto spiritu. Hae autem appellationes, quae de Christo pronunciantur, Deus et homo, circumscriptus et incircumscriptus, passibilis et impassibilis, et quaecumque his consonant, non personarum seu hypostaseon, sed naturarum id est substantiarum, significativa sunt. Etiamsi enim de una eademque persona dicuntur haec, non tamen de una eademque natura, sed de divina et humana.

γεται, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ ὀνόματι ἑνὶ ὄντι, ἑκατέρων πραγμάτων δείκνυται σημασία θεότητος, ὥς φησὶν ὁ μακάριος Ἀθανάσιος (1)· διὸ καὶ θεὸς λέγεται ὁ Χριστὸς καὶ ἄνθρωπος· εἷς γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ αὐτὸν τὸν θεὸν λόγον σαρκωθέντα προσκυνοῦμεν· συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· τὰ δὲ ὀνόματα ταῦτα ἐπὶ Χριστοῦ λεγόμενα, θεὸς καὶ ἄνθρωπος, περιγραπτὸς καὶ ἀπερίγραπτος, παθητὸς καὶ ἀπαθὴς (2), καὶ ὅσα τούτοις συνᾴδει, οὐ προσώπων ἤγουν ὑποστάσεων ἀλλὰ φύσεων εἴτουν οὐσιῶν ἐστὶ σημαντικά· εἰ γὰρ καὶ περὶ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ προσώπου ταῦτα λέγεται, ἀλλ' οὐ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν θείαν καὶ ἀνθρωπίνην.

QUAESTIO X.

Quomodo Christum in duabus naturis credere debemus? Non enim haec videtur esse patrum opinio. Quippe IN praepositio cuilibet numero praeposita, divisionem innuit, et aliud nihil. Et utrum generales dicere oporteat naturas an particulares?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ι'.

Πῶς τὸν Χριστὸν ἐν δυσὶ φύσεσι δοξάζειν ὀφείλομεν; οὐ γὰρ τῶν πατέρων αὕτη ἡ δόξα δοκεῖ τυγχάνειν· καὶ γὰρ ἡ ΕΝ πρόθεσις παντὸς ἀριθμοῦ προταττομένη, διαίρεσιν ὑποφαίνει· καὶ οὐδέτερον, καὶ εἰ γενικὰς τὰς φύσεις δεῖ λέγειν ἢ μερικάς.

Responsio. 1. Si in duabus naturis dicendo unum dominum ac salvatorem Iesum Christum, naturas patres secernerent, Deum nempe seorsum, et hominem seorsum, tamquam in duabus personis, utique divisionem in divina adsererent oeconomia, et relativam tantum naturarum unionem. Sin vero hoc potius dicunt, confiteri volentes differentiam naturarum unde Christus constat, nequaquam partium divisionem aut sectionem invehentes uni compositaeque eiusdem hypostasi, inconfuse has conservantes; quomodo divisionem inducunt verba illorum? Nam quum sit unus idemque Christus, am-

α'. Εἰ ἐν δύο φύσεσι λέγοντες τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν καὶ σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστὸν, Ἀπόκρισις.
τὰς φύσεις οἱ πατέρες διωρίζοντο εἰς θεὸν ἰδικῶς καὶ εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς ὡς ἐν δύο ὑποστάσεσι, διαίρεσιν τῇ θείᾳ κατήγγελλον οἰκονομίᾳ, καὶ σχετικὴν τῶν φύσεων τὴν cod. I. [illegible] col. I.
ἕνωσιν· εἰ δὲ τοῦτο λέγουσι, διὰ τὸ καθομολογῆσαι τῶν φύσεων τὴν διαφορὰν ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, μηδαμῶς διαίρεσιν τὴν ἀνὰ μέρος ἢ τομὴν ἐπεισφέροντες τῇ μιᾷ συνθέτῳ (3) αὐτοῦ ὑποστάσει, ἀσυγχύτως ταύτας ἀλλήλαις διατηρήσαντες, πῶς διαίρεσιν εἰσάγει ὁ λόγος; εἷς γὰρ ὢν καὶ ὁ αὐτὸς Χριστὸς, τέλειος ἐστὶν ἐν ἀμφοτέραις ταῖς οὐ-

(1) Exprimit Athanasium Damascenus de fid. orth. lib. III. cap. 3. Τὸ δὲ Χριστὸς, ὄνομα τῆς ὑποστάσεως λέγομεν, οὐ μονοτρόπως λεγόμενον, ἀλλὰ τῶν δύο φύσεων ὑπάρχον σημαντικόν: *Christi porro vocabulum personae esse dicimus, quod non singulari modo dicitur, sed duplicem naturam significat.*

(2) Sic Cyrillus de Trinitate p. 34: ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἄκτιστός ἐστι καὶ ἀπαθὴς καὶ ἀπερίγραπτος: *hic homo increatus, et impassibilis, et incircumscriptus est.*

(3) Christi persona composita apud Cyrillum de Trinitate pp. 24, et 27. Item apud Nicephorum antirrh. I. 39, et apud hanc panopliam p. 625, aliosque passim theologos. Monophysitae vero dicebant in Christo naturam compositam (confer retro quaestionem VIII.) contra quam haereticam sententiam extat peculiare Damasceni opusculum; qui postremo loco observat Christi quoque personam olim fuisse simplicem, sed incarnatione factam compositam.

σίαις, ἐν θείᾳ φύσει καὶ ἀνθρωπίνῃ γνωριζόμενος, ἐξ ὧν καὶ συνετέθη· ἵνα εἷς ᾖ τὰ ἑκάτερα, τέλειος θεὸς καὶ τέλειος ἄνθρωπος ὁ αὐτός· καὶ τὴν μὲν διαφορὰν τῶν φύσεων γνωρίζομεν, φύσεις δὲ οὐ προσκυνοῦμεν (1), ἀλλὰ τὸ ἓν αὐτοῦ πρόσωπον ἤτοι τὴν μίαν ὑπόστασιν, μίᾳ προσκυνήσει προσκυνοῦμεν καὶ δοξάζομεν σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· ὁμοούσιος γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς τῷ θεῷ καὶ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα· καὶ κατὰ τοῦτο, εἷς ἐστι τῆς ἁγίας τριάδος, καὶ ὁμοούσιος τῇ παρθένῳ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· καὶ εἷς κατὰ τοῦτο λέγεται τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὁ αὐτὸς ἀμήτωρ ἄνω παρὰ πατρὸς ὡς θεὸς ὢν φύσει, ὁ αὐτὸς ἀπάτωρ κάτω παρὰ μητρὸς, καὶ ἄνθρωπος φύσει ὁ αὐτός· καὶ κατὰ τοῦτο ἐν δύο φύσεσι τὸν δεσπότην Χριστὸν οἱ πατέρες ἡμῶν εὐσεβῶς ἐκήρυξαν· ἑκατέρα γὰρ φύσις ἐστὶν ἐν αὐτῷ μετὰ τὴν ἕνωσιν.

β'. Πῶς δὲ ἡ ΕΝ (2) πρόθεσις παντὸς ἀριθμοῦ προταττομένη διαίρεσιν ἐμφαίνει; ἆρα ὡς ποιοῦσα, ἢ ὡς οὖσαν ἐμφαίνουσα; ἀλλ' εἰ μὲν ὡς ποιοῦσα, πῶς τοῦτο, ἢ τίς οὖσα; εἰ γὰρ καθὼς ἀνωτέρω λέλεκται (3), ὁ ἀριθμὸς καθ' ἑαυτὸν δίχα τῶν μονάδων οὐδὲν δηλοῖ, καὶ οὔτε διαιρεῖ οὔτε συνάπτει, col. 2. ἀλλ' ἀμφότερα δέχεται, καὶ τῇ τῶν μερῶν συνθέσει τὲ καὶ διαζεύξει, διαίρεσίν τε φημὶ καὶ συνάφειαν, πολλῷ γε δὴ τοῦτο ἡ ΕΝ πρόθεσις ἀπεργάζεται· οὐχ' ἥκιστα δὲ ὅτι καὶ οὐχ' ὡς ἀριθμῷ τὰς δύο φύσεις ὡμολόγουν οἱ πατέρες, ὡς ἓν καὶ ἓν καθὼς ἀνωτέρω λέλεκται, ἀλλ' ἵνα τὸ ἑτεροφυὲς τῶν συνελθόντων καταγγείλωσι διὰ τῆς τοιαύτης πίστεως· εἰ δὲ ὑπάρχουσαν διαίρεσιν ἡ ΕΝ πρόθεσις σημαίνει, δεδόσθω δὲ κατὰ συγχώρησιν ἀληθὲς εἶναι τοῦτο, ποίαν διαιρέσεως ὑπόνοιαν καθ' ἑαυτῶν διδόασιν εἰς μίαν ὑπόστασιν ἑκατέραν φύσιν δοξάζοντες συνεληλυθέναι, καὶ τὸν αὐτὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν μονογενῆ θεὸν λόγον ἄνω καὶ κάτω

babus in substantiis perfectus est, in divina humanaque natura agnitus, ex quibus videlicet constat; ut unus ambo sint, perfectus Deus, et perfectus homo idem. Et differentiam quidem naturarum agnoscimus, naturas autem non adoramus, sed unam ipsius personam sive unicam hypostasim, adoratione unica adoramus et glorificamus cum patre et sancto spiritu. Consubstantialis enim est Christus Deo patri secundum divinitatem, et secundum hoc unus est de sancta Trinitate. Et consubstantialis est virgini secundum humanitatem, et unus secundum hoc de humana natura est. Idem sine matre superne ex patre propria natura Deus; idem sine patre inferne a matre, homo propria natura idem. Atque ita in duabus naturis Christum dominum patres nostri religiose praedicaverunt. Utraque enim in eo est natura post unionem.

2. Cur autem IN praepositio cuivis numero praeposita divisionem denotat? Num quia hanc facit, an quia factam ostendit? Sed si quidem hanc facit, quomodo fit, et quaenam ea est? Nam si, prout superius dictum est, numerus per se absque monadibus nihil denotat, et neque dividit neque copulat, sed utriusque rei capax est, nempe et divisionis et coniunctionis, per partium compositionem aut separationem; multo id magis praepositio IN efficit: praesertim quia non tamquam numero duas naturas confitebantur patres, nempe ut unum et unum, prout retro dictum fuit; sed ut heterogeneum concurrentium enunciarent hoc fidei modo. Quod si existentem reapse divisionem praepositio EN significat, concedatur autem per condescensionem id esse verum, quamnam et ipsi divisionis suspicionem contrahunt, dum in unam hypostasim utramque naturam credunt convenisse? eundemque dominum Iesum Chri-

(1) Accuratius loqui videtur hac in re Damascenus de fid. orth. lib. IV. cap. 3, qui omnino legendus est; non enim dicit non adorari naturas, sed adorari Deum incarnatum.

(2) Utiliter heic conferetur Damascenus in dialectica cap. 38.

(3) Recole quaest. VI. 4. p. 617.

stum unigenitum Dei Verbum sus deque in sermonibus suis, mentis nostrae contemplationi differentiam naturarum denotare dicunt, neque realem esse harum divisionem ac separationem? Necessariam vero ipsis hanc locutionem fecit phantasiastarum blasphemia, Valentini videlicet, Manetis, Dioscori, Eutychis impiorum hominum, cum suis adseclis, qui unam esse naturam divinitatis et carnis prave docuerunt; et quantum in ipsis fuit, tremendum incarnationis mysterium destruxerunt.

3. Quod autem nostra non sit haec opinio, sed a patribus iam inde a principio antiquitus tradita, testis est sanctus Cyrillus in epistola ad Sucensum Diocaesareae in Isauriae provincia episcopum, verbis huiusmodi. « Tametsi enim unus dicitur a nobis unigenitus Dei filius incarnatus et humanatus, non ideo commixtus est, prout illi existimant, neque in carnis naturam transivit Dei Verbi natura; neque vicissim caro in huius naturam; sed in proprietate sua naturali utrumque manet et sic reputatur. Et post alia. Nam si quis oeconomiae rationem excludit, et incarnationem negat, hunc demum criminari merito oportet, ceu qui filium perfecta spoliat humanitate. Sin autem, ut dixi, dum ait illum incarnatum, perspicua est minimeque ambigua confessio, quod nempe factus sit homo, nihil vetat cogitare quod quum unus sit solusque filius Christus, idem Deus sit et homo, sicut deitate perfectus, ita etiam humanitate perfectus. » Consona his in epistola etiam ad beatum Iohannem antiochenae ecclesiae praesulem adseruit. « Dictus est etiam homo de caelo, perfectus divinitate et perfectus idem humanitate, et tamquam in una persona consideratus. Unus enim Christus dominus, etiamsi naturarum non ignoretur differentia. » En perspicue

ἐν τοῖς ἑαυτῶν λόγοις κατ᾽ ἐπίνοιαν τὴν διαφορὰν τῶν φύσεων γνωρίζεσθαι λέγοντες, καὶ μὴ πραγματικὴν εἶναι τὴν τούτων τομὴν καὶ διαίρεσιν; ἀναγκαίαν δὲ αὐτοῖς τὴν τοιαύτην φωνὴν ἐποίησεν, ἡ τῶν φαντασιαστῶν βλασφημία, τῶν ἀπὸ Βαλεντίνου (1) καὶ Μανιχαίου, καὶ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς τῶν ἀσεβῶν καὶ τῶν τούτοις κατακολουθησάντων, τῶν μίαν φύσιν τῆς θεότητος καὶ τῆς σαρκὸς κακῶς δογματισάντων, καὶ ὅσον τὸ κατ᾽ αὐτοὺς τὸ φρικτὸν τῆς οἰκονομίας ἀποσκευασαμένους μυστήριον.

γʹ. Ὅτι δὲ οὐχ᾽ ἡμέτερόν ἐστι τοῦτο φρόνημα, ἀλλὰ παρὰ πατέρων ἐξ ἀρχῆς καὶ ἄνωθεν παραδέδοται, μαρτυρεῖ ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Σούκενσον τὸν Διοκαισαρείας τῆς Ἰσαύρων ἐπαρχίας ἐπίσκοπον φήσας τάδε (2)· “εἰ γὰρ εἷς λέγοιτο πρὸς ἡμῶν ὁ μονογενὴς υἱὸς (cod. f. 41. b. col. 1.) τοῦ θεοῦ σεσαρκωμένος τε καὶ ἐνανθρωπήσας, οὐ πέφυρται κατὰ τοῦτο κατὰ τὸ ἐκείνοις δοκοῦν, οὔτε μὲν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν μεταπεφοίτηκεν ἡ τοῦ θεοῦ λόγου, ἀλλ᾽ οὔτε ἡ τῆς σαρκὸς εἰς τὴν αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ἐν ἰδιότητι τῇ κατὰ φύσιν ἑκατέρου μένοντός τε καὶ νοουμένου. Καὶ μεθ᾽ ἕτερα· τοῦ γὰρ ἐκβάλλοντος τὴν οἰκονομίαν καὶ ἀρνουμένου τὴν σάρκωσιν, ἣν ἐγκαλεῖσθαι δικαίως, ἀφαιρουμένου τὸν υἱὸν τῆς τελείας ἀνθρωπότητος· εἰ δὲ ὡς ἔφην ἐν τῷ σεσαρκῶσθαι αὐτὸν λέγειν, σαφής ἐστι καὶ ἀναμφίβολος ἡ ὁμολογία τοῦ ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, οὐδὲν ἔτι κωλύει ἐννοεῖν ὅτι εἷς ὑπάρχων καὶ μόνος υἱὸς ὁ Χριστὸς, ὁ αὐτὸς θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος, ὥσπερ ἐν θεότητι τέλειος, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος.„ Σύμφωνα δὲ τούτων, καὶ ἐν τῇ πρὸς τὸν μακάριον Ἰωάννην τὸν γενόμενον τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας πρόεδρον εἴρηκεν (3)· “ὠνόμασται δὲ καὶ ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ, τέλειος ὢν ἐν θεότητι καὶ τέλειος ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ ὡς ἐν ἑνὶ προσώπῳ νοούμενος· εἷς γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, κἂν εἰ τῶν φύσεων μὴ ἀγνοῆται

(1) Valentinum coniunctim cum Manichaeis nominat etiam S. Nicephorus in apologetico cap. 12.

(2) Opp. T. V. part. 2. inter epistolas p. 143. et 144. Et quidem Cyrilli dictum de una Dei verbi natura satis declarat etiam Damascenus de fid. orth. lib. III. cap. 11, et contra Iacobitas cap. 52.

(3) Tom. cit. in epistolis p. 107.

διαφορά (1). „ Ἰδοὺ δέδεικται σαφῶς διὰ τούτων, ὡς τὸ ἐν δύο φύσεσι δοξάζειν τὸν ὅλων σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, οὐ κατὰ καινοτομίαν ἐστὶν ἡμετέραν, ἀλλὰ τῆς θείας παραδόσεως τοῦ θεοσόφου ἡμῶν διδασκάλου καὶ πατρός· καὶ ταῦτα μὲν ἀρκεῖ πρὸς παράστασιν τούτου.

δ'. Ἐπὶ δὲ τῆς θείας καὶ μακαρίας φύσεως, οὔτε καθόλου γενικὸν, οὔτε μερικὸν δεῖ ἐπιζητεῖν· ἐπεὶ ἀνάγκη καὶ γένος καὶ εἶδος ἐπιζητεῖν, καὶ διαφορὰν col. 2. καὶ ἴδιον καὶ συμβεβηκὸς ἐν αὐτῷ πολυπραγμονῆσαι· οὐκ ἔστι δὲ τῶν ὑπὲρ φύσιν φυσικὰς ἀποδείξεις ἐπιζητεῖν· ἁπλοῦν γὰρ τὸ θεῖον καὶ μονοειδὲς (2), ἔξω πάσης ὑπάρχον διπλόης τὲ καὶ συνθέσεως· αἱ δὲ τοιαῦται φωναὶ καθ' ἑαυτὰς μὲν οὐδὲν δηλοῦσιν· ἐν δὲ τοῖς ἀτόμοις ἔχουσι τὸ εἶναι· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλ' εἰ ὑποθώμεθα ἐπὶ Χριστοῦ γενικὴν τῆς θεότητος εἶναι τὴν φύσιν, καὶ τὴν ἁγίαν τριάδα τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἑνωθεῖσαν ὑποτιθέμεθα σαρκωθεῖσαν καὶ ἐνανθρωπήσασαν· εἰ δὲ μερικὴν, ἀνάγκη καὶ τὸ ἄτομον αὐτὴν ὑποθέσθαι, καὶ λοιπὸν τούτου τὸ γένος καὶ τὸ εἶδος ζητεῖν· τοῦτο δὲ πάλιν καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ κυρίου φαμέν· οὐδὲ γὰρ μερικόν τι εἰπεῖν καὶ ἐπ' αὐτοῦ δυνάμεθα, ἐπειδὴ οὐχ' ὑπόστασίς ἐστιν ἢ πρόσωπον τὸ ἀναληφθὲν ἐκ τῆς ἁγίας καὶ ὑπερενδόξου παρθένου, καθὼς Θεόδωρος καὶ Νεστόριος οἱ ἀσεβεῖς ἐβλασφήμησαν, ἀλλ' οὐσία ἀνθρώπου· οὔτε δὲ πάλιν καθόλου, διότι πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν οὐκ ἀνέλαβεν, ἀλλὰ τὴν τινὰ τὴν ἐν τῷ εἴδει θεωρουμένην, ἐνυπόστατον οὖσαν καὶ οὐκ ἰδιοϋπόστατον· οὐ δεῖ οὖν φυσιολογεῖν τὰ ὑπὲρ φύσιν, οὐδὲ τεχνικαῖς ἀποδείξεσιν ὑβρίζειν τὸ θεῖον· ἡ γὰρ ζωοποιὸς καὶ σωτήριος καὶ προσκυνητὴ ἁγία τριὰς, αἰτία τοῦ εἶναι πᾶσιν

his verbis demonstratum est, quod in duabus naturis credere universalem salvatorem et dominum nostrum Iesum Christum, nostra doctrinae novitate non fit, sed venerabili traditione a Deo eruditi magistri nostri ac patris. Atque haec ad huius dogmatis demonstrationem dicta sufficiant.

4. Iam vero in divina ac beata natura, neque omnino generale neque particulare quaerendum est: etenim necesse foret genus quaerere et speciem, et differentiam, et proprium, et accidens in ipsa scrutari: non autem licet supernaturalium naturales exquirere demonstrationes: simplex est enim deitas et uniformis, et extra omnem duplicitatem atque compositionem. Porro huiusmodi vocabula per se quidem nihil significant; in individuis autem habent existentiam. Neque id tantum; sed si supponamus in Christo generalem deitatis esse naturam, sanctam quoque Trinitatem humanae naturae unitam supponemus, incarnatam et humanatam. Sin vero particularem, necesse est individuam quoque ipsam supponere, et deinde genus eius ac speciem quaerere. Hoc autem pariter de homine dominico dicimus: neque enim particulare aliquid dicere de eo possumus; quandoquidem haud hypostasis est vel persona illud quod de sancta gloriosissima virgine sumptum fuit, quomodo Theodorus ac Nestorius impii blasphemaverunt, sed substantia hominis fuit. Neque rursus generale dicere, quia non universam hominum naturam sumpsit, sed certam aliquam in specie propria spectatam, enhypostaticam, non ipsam per se hypostaticam. Non est ergo de supernaturalium quaerendum natura, neque artificialibus demonstrationibus Deo facienda contumelia. Nam vivifica et salutaris et adorabilis sancta Trinitas, quum sit

(1) Id egregie demonstrat etiam Damascenus in dialectica capp. 66. 67. Legatur idem etiam de fid. orth. lib. III. cap. 3.

(2) Damascenus in dialectica cap. 48. Ὁμοειδῆ εἰσιν, ὅσα ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος τάττεται, καὶ κοινωνοῦσι τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας, οἷον Πέτρος καὶ Παῦλος ἀμφότεροι ὑφ' ἓν εἶδος εἰσὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου: *homoidea (uniformia) sunt, quae sub eadem specie ac substantiae ratione conveniunt, ut Petrus et Paulus, qui ambo sub eadem hominis specie sunt.*

rerum omnium causa, supra omnem sermonem mentemque est, utpote omnia supersubstantialiter excedens. Neque ausimus quicquam de ea cogitare, praeter divinitus nobis a sacris oraculis tradita.

QUAESTIO XI.

Unicam hypostasim, quam in Christo domino credere ecclesiae magistri nobis tradiderunt, utrum oportet appellare substantiam, an potius accidens?

Responsio. 1. Ex ante dictis de substantia et de persona, solutionem nancisci possumus quaestionis propositae. Etenim substantiam quidem diximus cuiusque rei existentiam significare; personam autem, denotare multitudinem characteristicarum proprietatum. Itemque ostendimus, a substantia significari communem individuorum naturam, proprietatibus iis carentem, quae personas distinguunt: persona vero proprium atque individuum idiomatibus distinguit. Igitur substantia commune significat; persona, proprium. Non est autem idem proprium et commune: ac propterea non est idem substantia quod persona: quo fit, ut Christi personam, quatenus persona est, substantiam dicere simpliciter non debeamus. Rursus, si Christi personam, quae composita est, substantiam appellaverimus, oportebit hanc quoque compositam et non individuam supponere: quod si fiat, quomodo inconfusio et immutabilitas naturarum, ex quibus divina et supernaturalis unio facta fuit, conservata fuerit? Quomodo item ipsa natura, id est substantia, creata sit et increata, vivificans et vivificata, consubstantialis eadem Deo patri secundum divinitatem, et consubstantialis item nobis secundum humanitatem esse potest? Propterea et quod diximus superius, non oportere substantiam compositam in Domino nostro adfirmare esse personam, multoque minus accidens . . pro-

οὖσα, ὑπὲρ λόγον ἐστὶ καὶ νοῦν, ὡς πάντων ὑπερουσίως ἐξῃρημένη, καὶ οὐ τολμῶμεν τί ἐννοῆσαι περὶ αὐτῆς, παρὰ τὰ θειοδῶς ἡμῖν ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων παραδεδομένα.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΑ'.

Τὴν μίαν ὑπόστασιν, ἣν ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ δοξάζειν οἱ τῆς ἐκκλησίας (1) διδάσκαλοι παραδεδώκασιν ἡμῖν, πότερον οὐσίαν ὀνομάζειν προσήκει, ἢ συμβεβηκός; cod. f. 12. a. col. I.

Ἀπόκρισις. α'. Ἐκ τῶν ἀνωτέρω λεχθέντων περί τε οὐσίας καὶ ὑποστάσεως, δυνάμεθα τὴν ἔκλυσιν εὑρεῖν τοῦ προκειμένου ζητήματος· εἰρήκαμεν γὰρ τὴν μὲν οὐσίαν, τὴν ὕπαρξιν ἑκάστου πράγματος σημαίνειν· τὴν δὲ ὑπόστασιν, τὴν πληθὺν τῶν χαρακτηριστικῶν ἰδιωμάτων· καὶ πάλιν ἐδείξαμεν ὡς ἡ μὲν οὐσία τὴν κοινὴν φύσιν τῶν ἀτόμων τὴν χωρὶς τῶν ἰδιοτήτων οὖσαν τῶν ἀφοριζουσῶν τὰς ὑποστάσεις σημαίνει· ἡ δὲ ὑπόστασις, τὸ ἴδιον καὶ τὸ ἄτομον τοῖς ἰδιώμασιν ἀφορίζει· ἡ οὖν οὐσία, τὸ κοινὸν σημαίνει· ἡ δὲ ὑπόστασις, τὸ ἰδικόν· οὐκ ἔστι δὲ ταυτὸν τὸ ἰδικὸν τῷ κοινῷ· κατὰ τοῦτο ἄρα οὐκ ἔστιν ἡ οὐσία ταυτὸν τῇ ὑποστάσει· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ὀφείλομεν τὴν ὑπόστασιν τὴν κατὰ Χριστὸν ὡς ὑπόστασιν ἁπλῶς οὐσίαν εἰπεῖν· καὶ πάλιν, εἰ τὴν ὑπόστασιν τοῦ Χριστοῦ σύνθετον οὖσαν, οὐσίαν προσαγορεύομεν, ἀνάγκη καὶ αὐτὴν σύνθετον καὶ (μὴ) ἄτομον ὑποθέσθαι· καὶ εἰ τοῦτο, πῶς τὸ ἀσύγχυτον καὶ ἄτρεπτον τῶν φύσεων, ἐξ ὧν ἡ θεία καὶ ὑπερφυὴς ἕνωσις γεγένηται, πεφύλακται; πῶς δὲ ἡ αὐτὴ φύσις ἤγουν οὐσία κτιστὴ καὶ ἄκτιστος, ζωοποιοῦσα καὶ ζωοποιουμένη, ὁμοούσιος τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ αὐτὴ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα δύναται εἶναι; διὰ ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ ἀνωτέρω εἰρημένα περὶ τοῦ μὴ δεῖν οὐσίαν σύνθετον ἐπὶ τοῦ δεσπότου ἡμῶν δοξάζειν τὴν ὑπόστασιν, οὐκ ὁμοῦ (μὲν) ἁπλῶς μίαν) ὑπόστασιν λέγειν προσήκει συμβεβηκὸς δὲ πολλῷ . . δεῖ, διὰ τὸ ὑπὲρ τοῦτό

(1) Hinc incipit quaternio in vaticanis codicibus tralaticius, ut in praevio monito diximus.

τε . . καὶ ὑποκείμενον . . νοητῆς καὶ αἰσθητῆς ὑπάρξεως . . καὶ μακαρίας φύσεως (1).

col. 2. β΄. Ἐπεὶ οὖν οὔτε [οὐσίαν] ἁπλῶς οὔτε συμβεβηκὸς λέγειν ταῦτα ὀφείλομεν, ὅ τί ποτε χρὴ τὸ δηλούμενον ὀνομάζειν, ἢ τὸ ἀποτέλεσμα τῶν ἑνωθεισῶν φύσεων, ἤγουν οὐσιῶν μετὰ τῶν ἰδιωμάτων τῶν αὐτῶν, θεότητός φημι καὶ ἀνθρωπότητος; ὡς εἶναι τὴν κατὰ Χριστὸν ὑπόστασιν πρᾶγμα σύνθετον ἐνούσιον, ἢ ἄτομον ἐν δύο φύσεσι γνωριζόμενον· καὶ δέον ἐστὶν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις ἀσφαλισθῆναι, μή ποτε τοῖς Ἀρείου καὶ Σαβελλίου βλασφημίαις περιπέσωμεν· εἰ γὰρ τὴν ὑπόστασιν ἰδικὴν τὴν ὡς ἄτομον οὐσίαν εἴπωμεν, τρεῖς δὲ ὑποστάσεις εἶναι τῆς μιᾶς θεότητος νοεῖν ὁ λόγος ὑποβάλλει· μίαν μὲν τὴν τοῦ πατρὸς, ἰδικὴν οὖσαν· ἑτέραν δὲ, τὴν τοῦ υἱοῦ ἄτομον· ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ὕπαρξιν· καὶ λοιπὸν χώραν καθ' ἡμῶν λαμβάνουσιν οἱ τῆς τοῦ Ἀρείου μανίας συνήγοροι· πρὸς τοῦτο γὰρ εἰκότως ἡμῖν ἀντεπάγουσιν· εἰ ταυτόν ἐστιν ὑπόστασις καὶ οὐσία, πότερον ἡ ἄτομος οὐσία ἡ τοῦ πατρὸς, ἥτις ἐστὶν ὑπόστασις καὶ φύσις, ἡ αὐτή ἐστιν τῇ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀτόμῳ οὐσίᾳ ἤγουν ὑποστάσει, ἢ ἕτερον; καὶ εἰ μὲν αὐτὴν εἴπομεν, τῇ Σαβελλίου τοῦ παράφρονος ἀσεβείᾳ συντιθεμένους ἡμᾶς, εἰ καὶ μὴ κατ' ἐπίγνωσιν, ἀποδείξουσι, τουτέστιν μίαν ὑπόστασιν ἐπὶ τῆς μιᾶς θεότητος δοξάζοντας· εἰ δὲ ἑτέραν φήσομεν τὴν τοῦ πατρὸς ἄτομον οὐσίαν, τῇ τοῦ υἱοῦ [ἰδι]κῇ οὐσίᾳ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, συνάξουσιν ἡμῖν ἑτερουσίους εἶναι τὰς μερικὰς καὶ ἀτόμους οὐσίας κατὰ τὴν αὐτῶν βλασφημίαν· διὰ ταῦτα τοίνυν τὰς ὑποστάσεις τῆς μιᾶς θεότητος, (cod. f. 12. b. col. 1.) ὡς ὑποστάσεις, οὐκ ὀφείλομεν οὐσίας ἁπλῶς μερικὰς ἤγουν ἀτόμους νοεῖν, ἵνα μὴ τῇ Ἀρείου περιπέσωμεν ἀτοπίᾳ, ἀλλ' ἐνουσίους εἶναι δοξάζειν.

γ΄. Οὐ δὲ πάλιν ἐν τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτὰς ἐγκατάττειν, διὰ τὸν προαποδοθέντα λόγον, οὐχ' ἥκιστα καὶ διὰ τὸ εἶναι πάντῃ ἁπλοῦν τὸ θεῖον καὶ ἀσύνθετον, καὶ μηδὲν

pter subiectum . . intellectualis et sensibilis substantiae . . beataeque naturae.

2. Quandoquidem igitur neque substantiam simpliciter neque accidens personam dicere debemus; quid aliud obiectum hoc appellare oportet, nisi unitarum naturarum effectum, id est substantiarum cum singularum proprietatibus, divinitatis inquam et humanitatis; ita ut Christi persona, res sit composita, in substantia existens, vel individuum in duabus naturis spectatum. Atque in his quae diximus oportet nos firmiter consistere, ne in Arii atque Sabellii blasphemias incidamus. Nam si forte personam dicamus esse individuam substantiam, tres vero personas unius deitatis intelligere sacer sermo nos docet; unam et propriam patris, alteram individuam filii, similiter sancti quoque spiritus existentiam, sequitur ut locus sit, ex sententia nostra, iis qui Arii insaniae patrocinantur. Sic enim nobis merito adversarentur: nempe si idem sunt persona et substantia, num individua substantia patris, quae simul est hypostasis et natura, eadem est atque illa filii et spiritus sancti individua substantia seu persona, an secus? Si eandem esse dicamus, insani Sabellii impietati adhaerere nos, etiamsi inscite, coarguent, unam scilicet personam in una deitate credendo. Sin dixerimus patris individuam substantiam aliam esse a propria filii et spiritus sancti substantia, concludent nobis heterogeneas esse has particulares et individuas substantias, prout ipsorum blasphemia est. Ea propter itaque personas unicae deitatis, haud debemus simpliciter substantias particulares et individuas reputare, ne in Arii absurditatem incurramus; sed in substantia existentes iudicare.

3. Neque tamen hae personae inter accidentia collocandae sunt, tum propter ea quae diximus, tum quia simplex omnino Deus est et incompositus nihilque adiun-

(1) Chartae caries superiores lacunas fecit.

ctum habens. Quamobrem in theologicis tractatibus sacros nostros patres comperimus, ceu monadem atque unitatem supremum Deum celebrantes. Oportet itaque nos incuriose et sine contentione divina dogmata sequi theologorum patrum nostrorum; neque verbis inaniter rixantes, cum audientium pernicie, artificiose disserere de supersubstantiali summoque bono. Namque ait divus Dionysius areopagita: « de hac igitur, uti dictum fuit, supersubstantiali et arcana deitate dicere ne audeamus, et ne cogitare quidem praeter id quod divinitus nobis a sacris oraculis revelatum fuit. Etenim ut ipsamet de se in oraculis, prout suam bonitatem decuit, significavit; notitia eius et scientia cunctis impervia est, utpote supersubstantialiter extra res omnes posita. » Multosque invenies theologos, qui ipsam non modo ut invisibilem et incomprehensibilem celebrant, verum etiam tamquam inscrutabilem minimeque vestigabilem, quia nullum est vestigium, quod ad arcanam eius immensitatem deducat. Oportet itaque unam quidem deitatem, id est substantiam sanctae Trinitatis religiose credere; tres vero personas adorare proprietatibus distinctas, ex quibus eae dignoscuntur. Etsi enim Deus pater substantia est, non tamen ita est principaliter quatenus pater, sed quatenus existens. Similiter et filius et sanctus spiritus. Etenim hae cunctae appellationes relationem significant. Namque ut ait theologus Gregorius « neque substantiae nomen pater est, neque operationis significativum, sed relationis quam erga filium pater habet, vel erga patrem filius. » Secunda autem et consequente notione substantiam denotat, cui inest relatio.

4. Sicut ergo Deus pater, et Deus filius, et Deus spiritus sanctus, etiamsi non secundum eundem animi nostri conceptum, sic una est substantia, unum principium,

ἔχειν ἐπείσακτον· ὅθεν καὶ ἐν τῇ θεολογικῇ πραγματείᾳ τοὺς ἱεροὺς ἡμῶν πατέρας εὑρίσκομεν ὡς μονάδα καὶ ἑνάδα τὴν θεαρχίαν ὑμνολογοῦντας· προσήκει τοίνυν ἡμᾶς ἀπεριέργως καὶ ἀφιλονείκως ἕπεσθαι τοῖς θείοις δόγμασι τῶν θεηγόρων ἡμῶν πατέρων καὶ μὴ λογομαχοῦντας ἐπ' οὐδὲν χρήσιμον, ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων τεχνολογεῖν τὴν ὑπερούσιον καὶ ὑπεράγαθον· ὡς γάρ φησιν ὁ θεῖος Διονύσιος ὁ ἀρεοπαγίτης, (1) “ περὶ ταύτης οὖν, ὡς εἴρηται, τῆς ὑπερουσίου καὶ κρυφίας θεότητος οὐ τολμητέον εἰπεῖν· οὔτε μὴν ἐννοῆσαι τί παρὰ τὰ θειοδῶς ἡμῖν ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων ἐκπεφασμένα· καὶ Γὰρ ὡς αὐτὴ περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς λογίοις ἀγαθοπρεπῶς παραδέδωκεν, ἡ μὲν αὐτῆς ὅ τί ποτέ ἐστιν ἐπιστήμη καὶ θεωρία πᾶσιν ἄβατός ἐστιν τοῖς οὖσιν, ὡς πάντων ὑπερουσίως ἐξῃρημένη. ” Καὶ πολλοὺς τῶν θεολόγων εὑρήσεις οὐ μόνον ὡς ἀόρατον αὐτὴν καὶ ἀπερίληπτον ὑμνηκότας, ἀλλὰ καὶ ἀνεξερεύνητον ἅμα καὶ ἀνεξιχνίαστον, ὡς οὐκ ὄντος ἴχνους οὐδενὸς τῶν ἐπὶ τὴν κρυφίαν αὐτῆς ἀπειρίαν διεληλυθότων· δεῖ οὖν μίαν μὲν θεότητα col. 2.
ἤγουν οὐσίαν τῆς ἁγίας τριάδος δοξάζειν εὐσεβῶς· τρεῖς δὲ τὰς ὑποστάσεις προσκυνεῖν ταῖς ἰδιότησιν αὐτῆς ἐν . . . ἐν αἷς καὶ θεωροῦνται· εἰ γὰρ ὁ θεὸς πατὴρ οὐσία ἐστὶν, οὐ προηγουμένως καθ' ὃ πατὴρ, ἀλλὰ καθ' ὃ ὤν· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· σχέσεως γάρ εἰσιν αἱ τοιαῦται προσηγορίαι σημαντικαί· ὡς γάρ φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος (2) “ οὔτε οὐσίας ὄνομα ὁ πατὴρ, οὔτε ἐνεργείας ἐστὶ δηλωτικόν· σχέσεως δὲ καὶ τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὸν υἱὸν ὁ πατὴρ, ἢ ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα· ” κατὰ δεύτερον δὲ καὶ ἑπόμενον λόγον τὴν οὐσίαν δηλοῖ, ᾗ πρόσεστιν ἡ σχέσις.

δ'. Ὥσπερ οὖν θεὸς ὁ πατὴρ, καὶ θεὸς υἱὸς, καὶ θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, κἂν μὴ κατὰ ταυτὰς τὰς ἐπινοίας, μία δὲ οὐσία, μία ἀρχὴ, μία κυριότης, μία δύναμις,

(1) De divinis nominibus cap. I. 1. — (2) Orat. XXIX. 16.

μία ἐνέργεια· κἂν ἀσεβοῦσι καὶ νῦν οἱ ἀπὸ Σεβήρου κατὰ τῆς ἀληθείας ἀναφυέντες, τρεῖς οὐσίας ἐπὶ τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς τριάδος δοξάζοντες· τινὲς γὰρ αὐτῶν πρὸς τοῖς ἄλλοις αὐτῶν ἀτοπήμασιν φασὶ τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι καὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι ὡς οὐσίαν ἐξ οὐσίας· καὶ τὸ μὲν δοκεῖν, τρεῖς οὐσίας φαίνονται λέγοντες· τριθεΐαν (1) δὲ νενοσηκέναι δείκνυσιν αὐτοὺς ἡ τοιαύτη παρεννενοημένη ὁμολογία· εἰ γὰρ μία καὶ αὐτὴ οὐσία πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, πάντως καὶ εἷς θεὸς ὀρθῶς πιστεύεται· εἰς ἓν ἄ[ρα τοῦ] υἱοῦ καὶ πνεύματος ἀναφερομένων οὐ συντιθεμένων, ὥς φησιν ὁ θεολόγος, ἵνα μὴ τὸ πᾶν καταλυθῇ δι' ὧν τὸ ἓν σεμνύνεται (2)....

una dominatio, una virtus, una operatio; impie quamvis nunc etiam agant Severi adseclae, adversus veritatem coorti, tres substantias in sancta et adoranda Trinitate statuentes. Ex his enim nonnulli, praeter alias suas absurditates, dicunt filium ex patre genitum, et spiritum procedentem, ceu substantiam de substantia; atque ita certe videntur tres substantias adfirmare: et sic ipsos tritheismi morbo laborare haec illorum mentis confessio demonstrat. Nam si una eademque est substantia patris et filii ac spiritus sancti, prorsus et unus Deus recte creditur, ad unum relatis filio ac spiritu, non compositis, ut ait theologus; ne totum dissolvatur, per quae unus colitur...

[ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ιϛ'.]

[Τὰς τῆς ἁγίας τριάδος ὑποστάσεις, πότερον οὐσίας ὀνομάζειν προσήκει, ἢ ἀνουσίους;]

'Απόκρισις. cod. f. 13. a. col. 1.

α'....ἢ καλῶς ἔχει· καὶ κατὰ τὸ ἓν καὶ ταυτὸν τῆς θεότητος, ἵν' οὕτως ὀνομάσω κίνημά τε καὶ βούλημα καὶ τῆς οὐσίας ταυτότητα· εἰ δὲ τρεῖς οὐσίας τῶν ὑποστάσεων παρέχουσι, πάντως ἐκφύλους ταύτας καὶ ξένας ἀπ' ἀλλήλων καθὼς νοεῖν ὁ λόγος ὑποβάλλει· ἐπεὶ κατὰ τί τρεῖς αὗται καὶ οὐ μία; εἰ δὲ τοῦτο, τρεῖς ἀρχὰς καὶ τρεῖς θεοὺς ὑποτίθενται· κἂν ἐρυθριῶσι τοῦτο φανερῶς ὁμολογῆσαι· ἡμεῖς δὲ καθὼς ἐδιδάχθημεν ἀπὸ τοῦ θεολόγου (3), προσκυνοῦμεν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα· τὰς μὲν ἰδιότητας χωρίζοντες, ἑνοῦντες δὲ τὴν θεότητα· καὶ οὔτε εἰς ἓν τὰ τρία συναλείφομεν, ἵνα μὴ τὴν Σαβελλίου νόσον νοσήσωμεν· οὔτε δὲ διαιροῦντες εἰς τρία ἔκφυλα καὶ ἀλλότρια, ἵνα μὴ τὰ Ἀρείου μανῶμεν. Τὸν δὲ υἱὸν ἐκ

[QUAESTIO XVI.]

[Sanctae Trinitatis personas utrum appellare oportet substantias, an insubstantivas?]

1. . . . aut bene se habet: et secundum unum eundemque divinitatis, ut sic appellem motum ac voluntatem, et substantiae unitatem. Quod si tres substantias personarum exhibent, prorsus has alienas et extraneas invicem faciunt, prout ratio intelligendum suadet. Nam cur hae tres sunt, non una? Quod si ita se haberet, tria principia et tres deos invehunt, quamquam eos (haereticos) pudet hoc aperte confiteri. Nos autem, prout a theologo didicimus, adoramus patrem et filium et sanctum spiritum, proprietates discernentes, deitatem unientes: neque in unum tres coagmentamus, ne Sabellii morbo laboremus: neque tres extraneos sibi et alienos dividimus, ne cum Ario insaniamus. Filium autem ex patre genitum Responsio.

(1) Relative ad hunc locum dic in nostro monito XI. pro XVI. Ad rem quod adtinet, scimus etiam Iohannem philoponum fuisse tritheitam, utpote severianum. Et omnino legendus est Damasceni dialogus contra Iacobitas, qui statim ab initio materiam huius loci illustrat.

(2) Hoc loco, ubi fit ab uno ad aliud codicis folium transitio, revera esse operis hiatum, dubitari non potest: nam nec praecedens folium physice cum sequentibus, sed glutine tantum bibliopegi, cohaeret; et cum superior quaestio sit XI, posterior sine ulla interruptione materia usque ad XVII. quaestionem decurrit: ex quo necessario concludimus contineri in hoc tractu quaestionem XVI, cuius titulum in lacuna demersum coniecturaliter nos supplevimus. Desunt itaque quaestiones XII. XIII. XIV. XV. Nam quod in monito de undecima diximus, id de parte eius tantummodo intelligendum est.

(3) Orat. VI. 22, et alibi, puta orat. XLII. 16. etc.

et spiritum procedentem credimus, ut personam ex persona: non enim naturali conditione comparatum est ut substantia generet. Nisi enim hoc verum esset, deberet omnis homo parere; atque hanc etiam habere naturae suae demonstrativam qualitatem et definitionem. Nam quae naturaliter substantiae insunt, ea speciem quoque universam comitantur: ideoque filius quoque et sanctus spiritus genitiva natura praediti necessario forent. Atqui nihil horum verum est. Non ergo quatenus pater substantia est et quatenus existens, filium genuit, sed quatenus pater est, et secundum huiusmodi relationem.

2. Neque tamen insubstantivas personas credimus, ut saepe dictum est (nemo sermonem nostrum reprehendat), neque item substantias: nam si personam peculiaris character facit, per quem illarum quae unius substantiae dicuntur personarum proprietas agnoscitur; id autem minime efficitur a substantia; utique persona, quatenus persona, non est substantia, sed enhypostaticum quid et substantivum. Ergo quoniam nihil rerum creatarum divinae beataeque naturae inest, ea quippe ad has nullatenus pertinet, sed orationem omnem substantiamque omnem excedit, minime necesse est de singulis personis quaerere utrum substantiae sint an accidens; quoniam et genus, et speciem, et differentiam in illis disquirere ratio nostra cogeretur. Nemo sermonem nostrum vituperet dicentem nunc, non oportere personam substantiae nomine indigitare; cum superius contra dixerimus. Nunc enim ita adfirmat, quia proprie stricteque cuiusque personae notionem sistit, verbisque illas inter se distinguere satagit: idcirco etiam ante definivimus quid sit persona: et omnino de substan-

τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι καὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι δοξάζομεν, ὡς ὑπόστασιν ἐξ ὑποστάσεως· οὔτε γὰρ ἡ οὐσία πέφυκε γεννᾶν· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, ὀφείλει καὶ πᾶς ἄνθρωπος τίκτειν, καὶ ἔχειν καὶ τοῦτο γνώρισμα τῆς αὐτοῦ φύσεως συστατικὸν, καὶ ἐν τῷ ἑαυτοῦ ὅρῳ παραλαμβάνον· τὰ γὰρ φυσικῶς τῇ οὐσίᾳ προσόντα, καὶ παντὶ τῷ εἴδει ἕπονται· καὶ ὁ υἱὸς δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὀφείλει γεννητικῆς φύσεως εἶναι· ἀλλὰ μὴν οὐδὲν τούτων ἀληθὲς ὑπάρχει· οὔκουν καθὸ οὐσία ἐστὶν ὁ πατὴρ, καὶ ὁ ὢν, γεγέννηκε τὸν υἱὸν, ἀλλὰ καθὸ πατὴρ καὶ κατὰ τὴν τούτων σχέσιν.

β΄. Οὐκ ἀνουσίους δὲ τὰς ὑποστάσεις δοξάζομεν, ὡς πολλάκις εἴρηται (μηδεὶς col. 2. τῷ λόγῳ ἐπιτρεχέτω) οὔτε δὲ οὐσίας· εἰ γὰρ τὴν ὑπόστασιν τὸ ἰδιάζον τοῦ χαρακτῆρος ποιεῖ, δι' οὗ τῶν ἐν τῇ μιᾷ οὐσίᾳ παραδεδομένων προσώπων ἡ ἰδιότης γνωρίζεται· τοῦτο δὲ οὐ πέφυκε ποιεῖν ἡ οὐσία· δηλονότι ἡ ὑπόστασις, ὡς ὑπόστασις, οὐκ ἔστιν οὐσία, ἀλλ' ἐνυπόστατόν τι καὶ οὐσιῶδες πρᾶγμα· οὐκοῦν ἐπείπερ οὐδὲν τῶν ἐν τοῖς οὖσι πρόσεστι τῇ θείᾳ καὶ μακαρίᾳ φύσει, κατὰ μηδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐστὶ, καὶ παντὸς λόγου καὶ πάσης οὐσίας ἐπέκεινα· οὐκ ἀνάγκη περὶ ἑκάστης ὑποστάσεως αὐτῆς ζητεῖν, πότερον οὐσία ἐστὶν ἢ συμβεβηκός (1)· ἐπεὶ καὶ γένος καὶ εἶδος καὶ διαφορὰν ἐπ' αὐτῆς πολυπραγμονῆσαι ὁ λόγος ἀναγκάζεται· μηδεὶς δὲ τῷ λόγῳ ἐπιμεμφέσθω φήσαντι μὲν ἐνταῦθα μὴ δεῖν τὴν ὑπόστασιν οὐσίαν εἰπεῖν· ἀνωτέρω δὲ, τὸ ἔμπαλιν· ἐνταῦθα μὲν γὰρ κυριολεκτῶν τὸ ἑκάστου τούτων σημανόμενον, καὶ τῷ λόγῳ διϊστῶν αὐτὰ ἀπ' ἀλλήλων, ταῦτα εἴρηκεν· ὅθεν καὶ προδιορισμῷ τὸ ὡς ἐπὶ τῆς ὑποστάσεως ἐχρησάμεθα· καὶ τὸ ἁπλῶς

(1) Quamquam hoc videretur quodammodo ad XI. quaestionem pertinere, minime id tamen credendum est; namque in XI. agitur diserte de Verbi persona, in hac vero XVI. de tribus simul. Et quamquam mox n. 3. redit auctor ad Christi personam, id ex connexione quadam argumenti fit, et ob eam causam praesertim quam dicet in quaestionis XVI. fine. Videsis p. 646. adn. 4. Denique, ut iam diximus, quaestio undecima connecti cum XVII. nequit.

ἐπὶ τῆς οὐσίας εἰπόντες μὴ εἶναι τὴν ὑπόστασιν ὡς ὑπόστασιν οὐσίαν ἁπλῶς· ἀνωτέρω δὲ ταύτην εἰρηκότες δύνασθαι φύσιν ἤγουν οὐσίαν τὴν ὑπόστασιν, οὐσίαν μετὰ ἰδιωμάτων ἐσημάναμεν, καὶ οὐκ αὐτὴν τὴν πληθὺν τῶν χαρακτηριστικῶν ἰδιωμάτων μόνην, ὅπερ ἐστὶ κυρίως τῆς ὑποστάσεως σημεῖον, τῷ λόγῳ καὶ αὐτὰ ἐξ
cod. f. 13. b. col. 1. αὐτῆς διακρίνοντες· καὶ ὡς τοῦ εἴδους κατηγορουμένου κατὰ τῶν ἀτόμων· εἶδος δὲ Χριστῶν οὐχ' ὑπάρχει· ἵνα καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ Χριστὸν ὑποστάσεως τοῦτο ἔχωμεν· πρᾶγμα γάρ ἐστι μοναδικὸν, ὥσπερ καὶ ἥλιος καὶ σελήνη.

γ'. Διὰ ταῦτα πάντα τὴν τοῦ Χριστὸν ὑπόστασιν, οὐ δεῖ οὔτε οὐσίαν εἰπεῖν ὡς ὑπόστασιν· τῶν γὰρ ὑπασπιστῶν Εὐτυχοῦς ἐστι τοῦτο ματαιοφρονεῖν, μίαν φύσιν τῆς θεότητος καὶ τῆς σαρκὸς δογματιζόντων· οὔτε δὴ πάλιν συμβεβηκὸς, ἀλλὰ πρᾶγμα σύνθετον, ἢ ἄτομον ἐνούσιον ἐν δύο φύσεσι γνωριζόμενον, καθὼς ἀνωτέρω λέλεκται· ὡς γάρ φησιν ὁ μακάριος Κύριλλος (1), Χριστὸς μονοτρόπως οὐ λέγεται, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ ὀνόματι ἑνὶ ὄντι, ἑκατέρων πραγμάτων δείκνυται σημασία θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος· οὔτε γὰρ τῶν ὄντων ἕκαστον, ἐπειδὴ οὐσιωδῶς ὑφέστηκεν, ἢ συμβεβηκὸς ὑπάρχει, ἢ ἀνάγκη τὸ μὴ ὂν συμβεβηκὸς, μίαν οὐσίαν ὑπάρχειν· καὶ πᾶσαι δὴ αἱ ἀνωτέρω λεχθεῖσαι μαρτυρίαι πρὸς παράστασιν τὴν τε οὐσιώδη τῶν φύσεων διαφορὰν ἀσυγχύτως ἐν τῷ Χριστῷ σώζεσθαι· καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἱκαναί εἰσι πιστώσασθαι τούτου τὴν ἀλήθειαν· ἅς τινας ἢ καὶ ἑτέρας τούτων ἰσοδυνάμους φειδοῖ τοῦ μήκους τοῦ συγγράμματος οὐκ ἐτάξαμεν· καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτου.

δ'. Ἐπειδὴ δὲ εἰρήκαμεν μὴ εἶναι τὴν ὑπόστασιν ὡς ὑπόστασιν οὐσίαν, δεῖ γινώσκειν, ὅτι δύο σημαίνειν τὸ ὄνομα τῆς ὑποστάσεως οἱ πατέρες εἰρήκασι· καὶ καθ' ἕνα
col. 2. μὲν τρόπον δηλοῦσθαι τὴν χαρακτηριστικὴν ὑπόστασιν, ἥτις κυρίως καὶ ὑπόστασις λέγεται,

tia diximus eam non esse personam, quatenus persona intelligitur, sed substantiam simpliciter. Superius autem, cum adfirmavimus naturae seu substantiae nomine posse personam appellari, tunc inquam substantiam cum idiomatibus suis significare voluimus, non autem characteristicorum idiomatum solam complexionem; quae quidem propria personae notio est; quae ipsa idiomata vi mentis a persona secernimus; sicuti fit praedicata specie in individuis. Species vero Christorum non est, ita ut in Christi quoque persona id habeamus. Est enim haec res solitaria, veluti sol ac luna.

3. Propter haec omnia Christi personam, non oportet dicere substantiam, quatenus persona est; etenim Eutychi patrocinantium haec insana sententia est, qui unam deitatis et carnis naturam adfirmant. Sed neque accidens appellanda est, sed res composita, vel individuum enhypostaticum in duabus naturis spectatum, sicuti superius dictum fuit. Namque ut ait beatus Cyrillus, Christus haud sub unica notione dicitur, sed in ipso nomine etsi unico, utriusque rei apparet significatio, deitatis nimirum et humanitatis. Neque enim haec singula, quoniam substantialiter subsistunt, vel accidens sunt; vel necesse est, quod non est accidens unam esse substantiam. Et quidem superiora omnia quae attuli testimonia ad demonstrandum pertinent substantialem naturarum differentiam inconfuse in Christo servari, cuius rei veritatem etiam post unionem valide confirmant. Quamquam praeter ea nonnulla, paris licet ponderis, ob vitandam scripti huius prolixitatem, non adtulimus.

4. Quia vero diximus personam, quatenus est persona, non esse substantiam, sciendum est, patres dixisse nomen personae duplicem habere significatum; et uno quidem characteristicam personam denotari, quae principaliter persona dicitur,

(1) Confer scholia opp. T. V. part. 1. p. 780.

et per quam personarum in unica substantia proprietas agnoscitur: veluti peculiare est ac proprium personae patris, ut sit absque principio, et ex nulla causa proveniat: filii item peculiare est ut a patre sit genitus: denique sancti spiritus ut a patre processerit. Hoc a characteristica notione exhibetur. Alia vero ratione substantiam significari a personae vocabulo tradidit nobis sanctus Cyrillus, cum loco substantiae abusive usurpavit personae vocabulum; quam rem testatur, scribens ad Theodoretum, in secundo anathematismo: ostendit enim idem esse dicere naturam Verbi atque hypostasim: ait quippe, locutionem secundum personam nihil aliud innuere, quam Verbi naturam seu hypostasim; quod ipsum Verbum est. Rursusque in scholiis, hypostasim pro natura sumens, ait: quod autem inconfusae maneant naturae seu hypostases, hinc cognoscemus. Item in trigesimo ad reginas capitulo: sicut enim duo principes, qui nullatenus inter se dignitate differant, non unus existimantur, sed vere duo; ita si quid est alii unitum dignitatis ratione, dummodo naturae id est hypostases differant, non sunt unum sed duo. En manifeste docuit pater, se idem dicere naturam Verbi et hypostasim. Et quotquot patres unam Dei Verbi naturam dicunt, id ipsum docent. Nam de filii hypostasi eodem modo loquuntur, naturam pro hypostasi sumentes.

5. Patet autem ex dictis, characteristicam hypostasim non esse substantiam, quatenus hypostasis est. Porro hypostasis idem significat quod persona, sicut etiam substantia idem est quod natura in theologica doctrina. Testis theologus Gregorius, qui in sermone syntactico sic ait: atque ita perficimur, unitatem quidem in substantia agnoscentes et in unica adoratione: trinitatem autem in hypostasibus id est personis ut quibusdam loqui placet. Neque in-

δι' ἧς τῶν ἐν τῇ μιᾷ οὐσίᾳ παραδεδομένων προσώπων ἡ ἰδιότης γνωρίζεται· οἷον ἐξαίρετόν ἐστι καὶ ἴδιον γνώρισμα τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως, τὸ ἄναρχος καὶ ἐκ μηδεμιᾶς αἰτίας ὑποστῆναι· τῆς δὲ τοῦ υἱοῦ, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθῆναι· τῆς δὲ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευθῆναι· τοῦτον παρίστησιν ἡ χαρακτηριστικὴ παράστασις· καθ' ἕτερον δὲ τρόπον τὴν οὐσίαν σημαίνειν τὸ τῆς ὑποστάσεως ὄνομα παρέδωκεν ἡμῖν ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος, ἀντὶ οὐσίας καταχρηστικῶς χρησάμενος τῷ τῆς ὑποστάσεως ὀνόματι· καὶ μαρτυρεῖ γράφων πρὸς Θεοδώριτον ἐν τῷ δευτέρῳ ἀναθεματισμῷ (1)· δείκνυσι γὰρ ὡς ταυτόν ἐστι τῷ λέγειν φύσιν λόγου, τὸ λέγειν ὑπόστασιν· φησὶ γὰρ τὸ καθ' ὑπόστασιν, οὐδὲν ὑποφαίνοντος ἕτερον, πλὴν ὅτι μόνον ἡ τοῦ λόγου φύσις ἤγουν ὑπόστασις· ὅ ἐστιν αὐτὸς ὁ λόγος· πάλιν ἐν τοῖς σχολίοις (2) τὴν φύσιν ὑπόστασιν λέγων φησίν· ὅτι δὲ ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν ὑποστάσεις, ἐντεῦθεν εἰσόμεθα· καὶ ἐν τῷ πρὸς τὰς βασιλίδας λ' κεφαλαίῳ φησίν· ὥσπερ γὰρ δύο τινὲς ἄρχοντες τῇ τῶν ἀξιωμάτων ἰσότητι κατ' οὐδὲν ἀλλήλων * διενεγκόντες, [* cod. ἄλλων, sine accentu.] οὐχ' ἓν νοοῦνται μόνον, ἀλλὰ δύο κατὰ τὸ ἀληθές· οὕτω τὸ συνημμένον τινὰ κατ' ἀξίαν διῃρημένων τῶν φύσεων, ἤγουν ὑποστάσεων, οὐκ εἰσὶν ἕν, ἀλλὰ δύο· ἰδοὺ σαφῶς ἔδειξεν ὁ πατήρ, ὅτι τὸ αὐτὸ λέγει φύσιν λόγου, καὶ [cod. f. 14. a. col. I.] ὑπόστασιν· καὶ ὅσοι δὲ τῶν πατέρων μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου δογματίζουσι, τοῦτο διδάσκουσι· περὶ γὰρ τῆς τοῦ υἱοῦ ὑποστάσεως ταῦτα φασὶ, τὴν φύσιν ἀντὶ ὑποστάσεως παραλαβόντες.

ε'. Δῆλον δὲ ὅτι τὴν χαρακτηριστικὴν ὑπόστασιν ὁ λόγος παρέστησε μὴ εἶναι οὐσίαν ὡς ὑπόστασιν· ὁμόσημον δέ ἐστιν ἡ ὑπόστασις τῷ προσώπῳ· ὥσπερ καὶ ἡ οὐσία τῆς φύσεως ἐν τῇ θεολογικῇ πραγματείᾳ· καὶ μαρτυρεῖ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ συντακτικῷ φήσας ταῦτα (3)· καὶ οὕτω καταρτιζόμεθα, τὸ μὲν ἓν τῇ οὐσίᾳ γινώσκοντες καὶ τῷ ἀμερίστῳ τῆς προσκυνήσεως· τὰ δὲ τρία ταῖς ὑποστάσεσιν ἤγουν προσώποις ὅ τισι φίλον· μὴ δὲ γὰρ οἱ περὶ ταῦτα ζυγομα-

(1) Opp. T. VI. p. 209. B. Item S. Maximus opp. T. II. p. 277. — (2) Opp. T. V. part. 1. p. 785. B. — (3) Orat. XLII. 16.

χοῦντες ἀσχημονείτωσαν, ὥσπερ ἐν ὀνόμασι κειμένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν πράγμασι· καὶ ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς φησί (1)· μιᾶς θεότητος, ὦ οὗτοι, τὴν τριάδα ὁμολογήσατε· εἰ δὲ βούλεσθε, μιᾶς φύσεως· καὶ Γρηγόριος δὲ ὁ Νύσσης ἐν τῷ κατηχητικῷ (2) γράφει περὶ φύσεως, λέγει δὲ ταῦτα· καὶ τῆς εὐσεβείας λόγος οἶδε διάκρισιν ὑποστάσεων ἐν τῇ ἑνότητι τῆς φύσεως βλέπειν· ὡς ἂν μὴ τῇ πρὸς τοὺς ἕλληνας μάχῃ, πρὸς ἰουδαϊσμὸν ἡμῖν ὁ λόγος ὑπενεχθείη· καὶ ὁ μακάριος Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ σαφὲς τοῦτο ποιεῖ γράφων ταῦτα (3)· οὐ γάρ ἐστι τῶν ἐφικτῶν εἰς θεότητος οὐσίαν ἤτοι φύσιν μεταχωρῆσαι δύνασθαί τι τῶν κτισμάτων· ἐν πᾶσι τούτοις διαρρήδην ἡ φύσις οὐσίαν δηλοῖ. col. 2. Ταύτας ἔδει τὰς χρήσεις ἀνωτέρω τάξαι ἐν τῷ οἰκείῳ κεφαλαίῳ (4)· καὶ ἐπειδὴ τοῦτο παραλέλειπται, τὸ ὑστερηθὲν νῦν ἐνεπληρώθη οὐκ ἐν πολὺ ἀπᾴδοντι κεφαλαίῳ.

solenter se gerant contumaces, quasi nobis in vocabulis sita sit religio, non in rebus. Et in sermone de sancta pentecoste ait: divinitatis unius, o homines, trinitatem fateamini; vel si vultis, unius naturae. Tum etiam Gregorius nyssenus in catechetico de natura scribens, eadem dicit, nempe quod orthodoxa doctrina scit differentiam personarum in unitate naturae spectare; ne dum cum ethnicis pugnam conserimus, ad iudaismum oratio nostra delabatur. Denique beatus Cyrillus in epistola ad Sucensum palam hoc facit ita scribens: non enim fieri potest ut in deitatis substantiam seu naturam creatura aliqua transeat. In his omnibus natura diserte substantiam significat. Et has sane auctoritates superius oportuisset in proprio capitulo collocare; sed quia id omissum fuit, nunc demum in hoc haud valde dissimili capitulo suppletum est.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΖ΄.

Ἐπειδή περ τινὲς τῶν ἀπὸ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου τῶν δυσσεβῶν ἐπιλαμβάνονται τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου, καὶ φασὶ κακῶς ἐκδεδωκέναι αὐτὴν ἐν τῷ οἰκείῳ ὅρῳ, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, τί δεῖ πρὸς τούτους ἀπολογεῖσθαι; ἐκ τούτων γὰρ λαβόντες ἀφορμὴν, ἐπιχειροῦσι λέγειν ὡς δύο φύσεις δοξάζειν ἐν ἰδιάζουσι προσώποις θεωρουμένοις.

QUAESTIO XVII.

Quia nonnulli impiorum Eutychis et Dioscori discipuli sanctam chalcedonensem synodum reprehendunt, aiuntque pravam edidisse definitionem, quum contra potius utriusque naturae proprietatem servaverit, quamnam oportet nos adversus istos apologiam instituere? Hinc enim ansam sumunt dicendi, duas naturas synodum in propriis sic spectatis personis credere.

Ἀπόκρισις. α΄. Θαυμάζω τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τὴν ἐθελόκακον γνώμην· πῶς τῆς ἁγίας συνόδου παντοίως καὶ διὰ τοσούτων ἐξασφαλισαμένης καὶ μηδεμίαν καθ᾽ ἑαυτῆς λαβὴν παρασχούσης, οἱ πρὸς τὴν ἀλήθειαν φιλεχθρῶς ἔχοντες, καὶ τῆς Εὐτυχοῦς μυσαρᾶς αἱρέσεως ὑπασπισταὶ, παραιτούμενοι τὴν εὐσεβῆ τῶν δύο φύσεων φωνὴν, μάτην κατηγοροῦσι τῶν παρ᾽ αὐτῆς εἰρημένων· καὶ ὄντως ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσι, καὶ καθ᾽ ὑδάτων γράφουσιν οἱ τοιοῦτο ληροῦντες κατὰ

1. Miror huiusmodi hominum malignam sententiam; quomodo sancta synodo quaqueversus et tanta auctoritate suffulta, nullamque reprehensioni ansam exhibente, hi tamen cavillosi veritatis hostes, et nefandae Eutychis haereseos defensores, respuentes piam duarum naturarum locutionem, temere definitiones eius detrectant. Atqui vere aranei telam texunt, et in aquis scribunt, qui talia adversus sanctam synodum nugantur. Nam quum sint lippiente Responsio.

(1) Orat. XLI. 8. — (2) Cap. I. edit. paris. T. II. p. 477. — (3) Opp. T. V. part. 2. p. 140. A. — (4) Intelligit quaestionem XI. Atque hinc satis cognoscimus, cur in hac quaestione XVI. nonnulla sint quae ad undecimae argumentum referuntur. Dicit enim ipse auctor utramque quaestionem partim esse similes.

anima, oculos habent et nihil intelligunt. Nisi enim propriae definitioni ea synodus praeposuisset patrum nicaenorum CCCXVIII., itemque patrum constantinopolitanae synodi symbolum, et nisi illos se omnino sequi esset professa; nisi acta ephesina adversus impium Nestorium adprobasset, unam personam et unum eundemque dominum nostrum Iesum Christum perfectum in divinitate et eundem perfectum in humanitate concorditer praedicasset; nisi in multis illic habitis sermonibus Nestorio eiusque irreligiosis dogmatibus anathema dixisset, locus esset accusantium sermoni, et divisionis suspicio subesset. Sin potius necessariam chalcedonensibus patribus hanc locutionem effecit prava Eutychis sententia, cur hi synodum temere vituperant? Recte quippe intelligens divinum incarnationis mysterium, praeclare nobis tradidit unam hypostasim unamque personam inconfuse et inconvertibiliter et indivisibiliter in duabus naturis agnoscendam, servata apprime utriusque naturae proprietate; atque ita rectà contradicens Eutychis Nestoriique vesaniae. His enim verbis utriusque aequaliter vitium profligat. Nestorium quidem dispellit blaspheme dividentem unum Christum in Deum seorsum, et in hominem seorsum; dispellit, inquam, dicendo unam hypostasim unamque personam, et unum eundemque se confiteri dominum nostrum Iesum Christum: Eutychem vero unam naturam divinitatis et humanitatis profitentem, nihilque eum a Virgine sumpsisse; hunc, inquam, retundit duas naturas inconfuse et inconvertibiliter atque inseparabiliter unitas dicendo in una hypostasi, incolumi utriusque naturae proprietate, cuius rei causa synodum hi sycophantae accusaverunt.

2. Audiant accusatores quibus verbis ea quae ipsi prave intelligunt synodus dixerit, neque locutiones nobis exhibeant mutilatas: « consubstantialem patri secundum divinitatem, et consubstantialem no-

τῆς ἁγίας συνόδου· τὴν γὰρ ψυχὴν λημῶντες, ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐ κατανοοῦσιν· εἰ μὴ γὰρ τοῦ οἰκείου ὅρου προέταξεν ἡ σύνοδος τῶν ἐν Νικαίᾳ τιη´ ἁγίων πατέρων, καὶ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ σύμβολον, καὶ τούτοις ἐν πᾶσιν ἀκολουθεῖν ὡμολόγησεν· εἰ μὴ τὰ ἐν Ἐφέσῳ πραχθέντα κατὰ δυσσεβοῦς Νεστορίου ἠσμένισεν, ἓν πρόσωπον, cod. f. 14. b. col. 1. καὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τέλειον ἐν θεότητι καὶ τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι τὸν αὐτὸν συμφώνως ἐκήρυξεν· εἰ μὴ ἐν πολλοῖς τῶν ἑαυτῆς λόγων Νεστόριον μετὰ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ δογμάτων ἀνεθεμάτισε, χώραν εἶχε τῶν κατηγόρων ὁ λόγος, καὶ τῆς διαιρέσεως ἡ ὑπόνοια· εἰ δὲ ἀναγκαίαν αὐτοῖς τὴν τοιαύτην ἐποίησε φωνὴν ἡ Εὐτυχοῦς κακοδοξία, τί μάτην αὐτῆς ἐπιμέμφονται; ὀρθῶς γὰρ κατανοήσασα τὸ θεῖον τῆς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, καλῶς ἡμῖν * παρέδωκαν μίαν * cod. ἡμᾶς. ὑπόστασιν καὶ ἓν πρόσωπον ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως καὶ ἀδιαιρέτως ἐν δύο φύσεσι γνωριζόμενον· καίτοι σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, ἐκ διαμέτρου ἀντικατασταθεῖσα τῇ τε Εὐτυχοῦς καὶ Νεστορίου φρενοβλαβείᾳ· τὸ γὰρ ἀμφοτέρων ἐπίσης διὰ τῶν τοιούτων φωνῶν ἀνατρέπει κακόν· Νεστόριον μὲν ἐκβάλλει δυσφήμως διαιροῦντα τὸν ἕνα Χριστὸν εἰς θεὸν ἰδικῶς καὶ ἄνθρωπον ἰδικῶς, διὰ τοῦ εἰπεῖν μίαν ὑπόστασιν καὶ ἓν πρόσωπον, καὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· Εὐτυχέα δὲ μίαν φύσιν τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος ὁμολογήσαντα, ἤτοι κατὰ τροπὴν ἢ σύγχυσιν, καὶ μηδὲν ἐκ τῆς παρθένου τὸν λόγον λαβόντα, διὰ τοῦ εἰπεῖν δύο φύσεις ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως καὶ ἀδιαιρέτως ἡνωμένας ἐν μιᾷ ὑποστάσει· καὶ τὸ σωζομένης δὲ τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, δι᾽ ἣν οἱ συκοφάνται αὐ- col. 2.
τῆς κατηγόρησαν.

β´. Ἀκουέτωσαν δὲ οἱ κατήγοροι πῶς τὰ παρ᾽ αὐτῶν κακῶς νοηθέντα εἴρηκεν ἡ σύνοδος, καὶ μὴ τὰς λέξεις ἡμῖν περιτιθέτωσαν περικεκομμένως· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν

κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν, χωρὶς ἁμαρτίας· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα· ἐπ᾽ ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι᾽ ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Χριστὸν υἱὸν κύριον μονογενῆ ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον· οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης· οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον, ἀλλ᾽ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν μονογενῆ θεὸν λόγον καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν καθάπερ ἄνωθεν οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ καὶ αὐτὸς ἡμᾶς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τῶν πατέρων ἡμῶν παραδέδωκε σύμβολον.„ Εἰ οὖν εἰς μίαν ὑπόστασιν φησὶν ἑκατέραν φύσιν συνεληλυθέναι, καὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν μονογενῆ λόγον, καὶ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ Χριστοῦ τὰς δύο γεννήσεις ὁμολογεῖ, μίαν μὲν τὴν πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς κατὰ τὴν θεότητα, ἑτέραν δὲ τὴν ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν δι᾽ ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ τῆς παρθένου μητρὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ποῦ χώραν ἔχει τῆς διαιρέσεως ἡ ὑπόνοια; ἀγνοοῦσι δὲ οἱ ἄφρονες, ὅτι τοῖς τῶν ἁγίων ἐντετύχηκε συγγράμμασι καὶ τοιαῦτα γέγραφε καὶ μαρτυρεῖ ὁ πολὺς τῷ πνεύματι Ἀθανάσιος, τοιαῦτα εἰπὼν ἐν τῷ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. “ Ταῦτα ἀναγκαίως προεξητάσαμεν· ἵνα ἐὰν ἴδωμεν αὐτὸν δι᾽ ὀργάνου τοῦ ἰδίου σώματος θεϊκῶς πράττοντα ἢ λέγοντά τινα, γινώσκομεν ὅτι θεὸς ὢν ταῦτα ἐργάζεται· καὶ πάλιν ἐὰν ἴδωμεν αὐτὸν δι᾽ ὀργάνου τοῦ ἰδίου σώματος ἀνθρωπίνως λαλοῦντα ἢ πάσχοντα, μὴ ἀγνοῶμεν αὐτόν, ὅτι σαρκοφόρος γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ οὕτω ταῦτα καὶ ποιεῖ καὶ λέγει· καὶ ἑκάστου γὰρ τὸ ἴδιον γινώσκοντες, καὶ ἀμφότερα ἐξ ἑνὸς πραττόμενα βλέποντες καὶ νοοῦντες, ὀρθῶς πιστεύομεν καὶ οὔποτε πλανηθείημεν. „

cod. f. 15. a. col. 1.

bis secundum humanitatem, per omnia similem nobis, excepto peccato: ante saecula quidem ex patre genitum secundum divinitatem; in fine autem temporum, eundèm pro nobis et propter nostram salutem ex Maria virgine ac deipara secundum humanitatem, unum eundemque Christum filium, dominum, unigenitum, in duabus naturis inconfuse, indivisibiliter, inseparabiliter agnoscendum; non sublata propter unionem differentia naturarum, sed conservata potius utriusque naturae proprietate, in unam personam unamque hypostasim concurrentis; non in duas personas divisum, sed unum eundemque filium unigenitum Deum Verbum ac dominum Iesum Christum, prout antiquitus prophetae de eo, et ipse nos Iesus Christus docuit, et patrum nostrorum tradidit symbolum. » Si ergo in unam hypostasim dicit synodus utramque naturam convenisse; et unum eundemque esse dominum Iesum Christum, unigenitum Verbum, atque unius eiusdemque Christi duas nativitates confitetur, unam ante saecula ex patre secundum divinitatem; alteram extremis temporibus propter nos et propter nostram salutem ex virgine matre secundum humanitatem, quomodo locus sit suspicioni de divisione? Ignorant porro hi stulti, quod sanctorum consonat scriptis synodus; quodque talia scripserit testatusque sit plenus ille spiritu Athanasius, dum ait in sermone de verbis illis *Verbum caro factum est:* « haec necessario antea disquisivimus, ut cum viderimus eum proprii corporis organo divina facientem aut dicentem, sciamus Deum esse qui talia operatur. Rursusque si eum viderimus proprii corporis organo humana loquentem aut patientem, haud ignoremus ipsum fuisse in carne hominem; atque ita haec facere ac loqui. Nam naturae utriusque proprium agnoscentes, et utramque actionem ab uno peractam cernentes atque intelligentes, recte credimus, et numquam exerrabimus. »

Auctoritatum quae sequuntur, utpote editarum, una fortasse excepta, nonnisi titulos et initia clausulasque adscribam, lectores nimirum ad operum editiones intento digito amandans.

3. Eiusdem ex tertio adversus haereses sermone, contra Paulum samosatensem. Namque et ipse apostolus – in aeternum fiunt.

γ'. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ πρὸς τὰς αἱρέσεις γ' λόγου, κατὰ Παύλου τοῦ σαμοσατέως. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ ἀπόστολος – εἰς τοὺς αἰῶνας γίνονται (1).

Sancti Gregorii theologi ex secunda oratione de filio. Deus dicetur non Verbi quatenus visibile est – nominum copulatio.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου ἐκ τοῦ περὶ υἱοῦ δευτέρου λόγου. Θεὸς ἂν λέγοιτο οὐ τοῦ λόγου τοῦ ὁρωμένου – ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίζευξις (2). col. 2.

Sancti Gregorii episcopi Nyssae ex sermone contra Eunomium. Quum audierimus quod lux – Dei autem operationem.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης ἐκ τοῦ λόγου τοῦ κατὰ Εὐνομίου. Ὅταν μὲν ἀκούωμεν ὅτι φῶς – τοῦ δὲ θεοῦ τὴν ἐνέργειαν (3).

Sancti Cyrilli episcopi Alexandriae ex epistola secunda ad Sucensum. Si enim unus dicatur a nobis – secundum id quod diximus.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς δευτέρας ἐπιστολῆς τῆς πρὸς Σούκενσον. Εἰ γὰρ εἷς λέγοιτο πρὸς ἡμῶν – ἀποδοθέντα λόγον (4). cod. f. 15. b. col. 1.

Eiusdem ex sermone ad monachos qui erant Constantinopoli. Suppetias feret et concertabit sermoni huic etiam sapientissimus Iohannes, propemodum coacervans naturas colligansque ad unionem proprietatum ambabus haerentium vim.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ πρὸς τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει μοναχοὺς λόγου (5). Ἐπαγωνιεῖται δὲ καὶ συναθλήσει τῷ λόγῳ καὶ ὁ σοφώτατος Ἰωάννης, μονονουχὶ καὶ συναγείρων τὰς φύσεις καὶ συνδέων εἰς ἕνωσιν τῶν ἑκατέρῳ προσόντων ἰδιωμάτων τὴν δύναμιν.

Eiusdem ex sermone secundo adversus Nestorium. Desine naturas dividere – hominem prorsus adoras.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ β' λόγου τοῦ κατὰ Νεστορίου. Παῦσαι διαιρῶν τὰς φύσεις – ἀνθρωπολατρεῖς, ὁμολογουμένως (6).

Eiusdem ex sermone quinto adversus Nestorium. Si ergo nonnulli sunt – potentiam Dei.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ ε' λόγου τοῦ κατὰ Νεστορίου. Εἰ μὲν οὖν τινές εἰσιν – τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ (7). col. 2

Deinde operis auctor ita concludit.

Atque haec quidem, o sanctissimi, pro ingenii mei modulo comperire potui ex praeditorum divina sapientia patrum doctrinis, Dei auxilio per sanctas vestras preces mihi favente.

Καὶ ταῦτα μὲν, ἁγιώτατοι, τὰ παρ' ἐμοῦ κατὰ τὴν ἀναλογοῦσαν τῇ μετρίᾳ μου καταστάσει δύναμιν, ἐξ ὧν εὑρεῖν δεδύνημαι διδαγμάτων τῶν θεοσόφων ἡμῶν πατέρων, χειραγωγηθεὶς τῇ τοῦ θεοῦ βοηθείᾳ διὰ τῶν ἁγίων ὑμῶν προσευχῶν.

(1) Nempe Athanasii contra Arianos orat. III. n. 34, quod opus interdum in codicibus inscribitur *contra omnes haereses.* — (2) Orat. XXX. 8. ed. Maur. p. 545. — (3) Sub initio sermonis quarti contra Eunomium ed. paris. T. II. p. 165. C. — (4) Opp. T. V. part. 2. p. 143. A. — (5) Non extat in Cyrilli editionibus sermo vel liber cum huiusmodi titulo. — (6) Opp. T. VI. p. 50. A. p. 51. D. p. 60. D. — (7) Opp. T. VI. p. 132. D.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΗ'.

Ἐπειδὴ τινὲς ἐπιμέμφονται τῇ ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ ὡς ἀκρίτως καὶ ἀκανονίστως δεξαμένῃ Θεοδώριτον καὶ Ἴβαν· τί χρὴ πρὸς τούτους λέγειν;

QUAESTIO XVIII.

Quia nonnulli reprehendunt chalcedonensem synodum, quasi temere et contra canones ad communionem admiserit Theodoretum et Ibam, quidnam iis respondendum est?

α'. Ἐὰν εὐσυνειδήτως τοὺς λόγους τῶν πατέρων σκοπήσωμεν, τὸν θεῖον ἔχοντες φόβον πρὸ ὀφθαλμῶν, εὑρήσομεν ὅτι οὐκ ἀκρίτως οὗτοι, καθὼς τὰ ὑπομνήματα δηλοῖ, παρεδέχθησαν· πολλῆς γὰρ περὶ αὐτῶν ἀντιστάσεως γενομένης ὑπὸ τῶν ἐν (*cod. f. 16. a. col. 1.*) τῇ συνόδῳ ὡς περὶ αἱρετικῶν, ἀναθεματίσαντες τὸν παράφρονα Νεστόριον μετὰ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ δογμάτων, εἰς ἃ καὶ διεβάλλοντο, κανονικῶς εἰσεδέχθησαν· Θεοδώριτος γὰρ πρότερον ἐν Ῥώμῃ Νεστόριον μετὰ τῶν ἀθέων αὐτοῦ δογμάτων ἀνεθεμάτισε· καὶ δεχθεὶς παρὰ τοῦ τῆς πρεσβύτιδος Ῥώμης πάππα Λέοντος, ὕστερον ἐν Χαλκηδόνι ἐδέχθη, πάλιν ἀναθεματίσας αὐτὸν μετὰ τῆς αὐτοῦ βλασφημίας· καὶ μαρτυροῦσι τὰ ἐν Χαλκηδόνι συστάντα περὶ αὐτοῦ ὑπομνήματα, τὰ καὶ ἐμφερόμενα ἐν τῷ τέλει τῆς ὀγδόης πράξεως· εἰσὶ δὲ ταῦτα.

1. Si sapiente iudicio sermones sanctorum patrum spectaverimus, Dei timorem prae oculis habentes, comperiemus praedictos viros duos non temere, prout actus synodici ostendunt, fuisse receptos. Etenim multa de his controversia habita a synodi patribus, tamquam si haeretici essent, quum ipsi anathema Nestorio insano dixissent eiusque impiis dogmatibus, quorum causa accusabantur, ad communionem admissi fuerunt. Etenim Theodoretus primo Romae Nestorium cum suis irreligiosis dogmatibus anathematizaverat, receptusque a veteris Romae papa Leone, postea Chalcedone quoque receptus fuit, postquam denuo Nestorium anathematizavit cum eius blasphemia; cuius rei testes sunt qui Chalcedone confecti fuerunt de illo commentarii, qui in octavae actionis fine referuntur. Ita vero se habent. *Responsio.*

β'. Οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἐβόησαν· Θεοδώριτος ἄρτι ἀναθεματισάτω. Θεοδώριτος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος παρελθὼν ἐν τῷ μέσῳ εἶπε· καὶ δεήσεις ἀπέδωκα τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ, καὶ λιβέλλους ἐπιδέδωκα τοῖς ἐπισκόποις τοῖς διέπουσι τὸν τόπον τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Λέοντος· καὶ εἰ δοκεῖ ὑμῖν ἀναγινωσκέσθωσαν a) ἐφ' ὑμῶν, καὶ μανθάνητε ὅπως φρονῶ· οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι εἶπον· ἀναγνωσθῆναι οὐδὲν θέλομεν, Νεστόριον ἀναθεμάτισον· Θεοδώριτος εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐγὼ διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ χάριν καὶ παρὰ ὀρθοδόξοις ἀνετράφην καὶ ὀρθοδόξως ἐκήρυξα· καὶ οὐ μόνον Νεστόριον καὶ Εὐτυχῆ, ἀλλὰ καὶ πάντα ἄνθρωπον μὴ φρονοῦντα (*col. 2*) ὀρθῶς ἀποστρέφομαι καὶ ἀλλότριον ἡγοῦμαι·

2. Religiosissimi episcopi clamaverunt: Theodoretus modo anathema dicat. Theodoretus religiosissimus episcopus procedens in medium dixit: preces obtuli augusto et piissimo imperatori, et libellos tradidi episcopis qui locum tenent Deo carissimi episcopi Leonis: et si vobis videtur, praelegantur, ut dogma meum cognoscatis. Piissimi episcopi dixerunt: nihil legere volumus; Nestorio dic anathema. Theodoretus religiosissimus episcopus dixit: ego per Christi gratiam, apud orthodoxos fui educatus, et orthodoxiam docui: et non Nestorium tantummodo atque Eutychem, sed quemvis hominem non recte sentientem aversor, et alienum iudico. Quae quum diceret, religiosissimi episcopi clamave-

a) Edd. perperam ἀναγινώσκονται.

runt: aperte dic anathema Nestorio eiusque dogmatibus. Theodoretus religiosissimus episcopus dixit: haud hercle id dicam, nisi prout scio placere Deo, vobis persuaserim, me neque civitatis curam ullam gerere, neque ob hanc causam huc advenisse. Sed quia calumnia appetitus fui, adsum ob demonstrandum me esse orthodoxum, meque Nestorio, et Eutychi, et cuivis homini duos filios dicenti, anathema dicere. Haec eo dicente, religiosissimi episcopi clamaverunt: aperte dic anathema Nestorio, eiusque dogmatibus, et omnibus qui eius sententiam fovent. Theodoretus pientissimus episcopus ait: ego nisi exposuero quomodo credo, non dico; credo autem. Quod dum diceret, religiosissimi episcopi clamaverunt: hic est haereticus, hic est nestorianus; haereticum foras expelle. Theodoretus religiosissimus episcopus dixit: anathema Nestorio, et cuicumque sanctam virginem non dicenti deiparam, et in duos filios dividenti unicum dominum Iesum Christum filium Dei unigenitum. Ego vero et fidei definitioni subscripsi, nec non epistolae Deo carissimi et sanctissimi archiepiscopi domini Leonis; atque ita sentio, et sic credo, et post haec omnia salutem consequi spero. Post admissum itaque anathematismum, et Deo carissimorum episcoporum de illo suffragium, illustrissimi praesides dixerunt: ex norma iudicii sanctae synodi Theodoretus religiosissimus ecclesiam Cyri civitatis recuperabit.

3. Atque ita ex chalcedonensibus actibus latius demonstratum est, haud temere a sancta synodo Theodoretum fuisse receptum. Ego vero etiam incidi in eiusdem ad Sporacium scriptum (qui unus erat ex congregatis in ea synodo illustrissimis praesidibus) quo ex scripto comperi, Theodoretum toto animo, impium Nestorii dogma

καὶ ἐν τῷ λέγειν, αὐτὸν οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἐβόησαν· φανερῶς εἰπὲ ἀνάθεμα Νεστορίῳ καὶ τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ· Θεοδώριτος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐπ' ἀληθείας οὐ λέγω, εἰ μὴ ὡς οἶδα ἀρέσκειν θεῷ πείσω ὑμᾶς, ὅτι οὔτε πόλεως *a*) φροντίζω, οὔτε διὰ τοῦτο παρεγενόμην· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐσυκοφαντήθην, ἦλθον πληροφορῆσαι ὅτι ὀρθόδοξός εἰμι, καὶ ὅτι Νεστόριον καὶ Εὐτυχῆ καὶ πάντα ἄνθρωπον δύο υἱοὺς λέγοντα ἀναθεματίζω· καὶ ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν, οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἐβόησαν· φανερῶς εἰπὲ ἀνάθεμα Νεστορίῳ καὶ τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ, καὶ τοῖς φρονοῦσι τὰ αὐτοῦ· Θεοδώριτος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐγὼ ἐὰν μὴ ἐκθῶμαι ὅπως πιστεύω, οὐ λέγω· πιστεύω δέ· καὶ ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν, οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἐβόησαν· οὗτος αἱρετικός ἐστιν· οὗτος νεστοριανός ἐστι· τὸν αἱρετικὸν ἔξω βάλε· Θεοδώριτος εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἀνάθεμα Νεστορίῳ καὶ τῷ μὴ λέγοντι θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον, καὶ τῷ εἰς δύο υἱοὺς μερίζοντι τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ· ἐγὼ δὲ καὶ ἐν τῷ ὅρῳ τῆς πίστεως ὑπέγραψα, καὶ ἐν τῇ ἐπιστολῇ τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου κυρίου Λέοντος· καὶ οὕτως φρονῶ, καὶ οὕτως πιστεύω, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα σωθήσεσθαι προσδοκῶ· *b*) καὶ μετὰ τὴν ἐν τῷ ἀναθεματισμῷ ἀποδοχὴν καὶ (cod. f. 16. b. col. I.) τὴν ἐπ' αὐτῷ ψῆφον τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· κατὰ τὴν κρίσιν τῆς ἁγίας συνόδου Θεοδώριτος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος τὴν ἐκκλησίαν *c*) Κύρου τῆς πόλεως ἀπολήψεται.

γ'. Καὶ οὕτω μὲν ἐκ τῶν ἐν Χαλκηδόνι πεπραγμένων πλατυτέρως δέδεικται, ὡς οὐκ ἀκρίτως ἡ ἁγία σύνοδος ἐδέξατο Θεοδώριτον. Ἐγὼ δὲ τοῖς πρὸς Σποράκιον τὸν Πατρίκιον γραφεῖσιν αὐτῷ (εἷς δὲ ἦν οὗτος τῶν ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ συνειλεγμένων ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων) ἐνέτυχον· καὶ εὗρον αὐτὸν ὁλοψύχως τὸ ἀσεβὲς Νεστορίου δόγμα

a) Ed. τιμῆς *honoris*. Sed infra confirmatur lectio πόλεως. — *b*) Perperam in edd. graece et latine καὶ μετὰ ταῦτα πάντα σώζεσθαι in marg. σώζεσθε) sine προσδοκῶ: *et post haec omnia dixit salvete*. Quod satis est ridiculum. — *c*) Desunt in cod. duo praecedentia verba.

μυσαττόμενον· καὶ πρὸς ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων, ὀλίγα ἐξ αὐτῶν παρατίθημι.

Θεοδωρίτου ἐκ τοῦ πρὸς Σποράκιον.

Νεστόριόν που πάντως ἀκούετε κ. τ. λ. εἰ γὰρ τοῦτο, ἀνέγκλητος Ἕλλην μητέρα θεοῖς ἐπεισάγων (1).

δ'. Καὶ ταῦτα μὲν οὗτός φησιν· ἐναργεστέραν δὲ ταύτης τῆς ἀποδείξεως οὐκ ἂν οἶμαι δεηθείη ὁ τῆς ἀληθείας ἐραστὴς καὶ πᾶσαν φιλονεικίαν ἀποστρεφόμενος, ὅτι ἀπεστρέφετο τὸ Νεστορίου μυσαρὸν δόγμα Θεοδώριτος· καὶ διὰ τοῦτο παρὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου ἐδέχθη. Τοῦτο δὲ καὶ περὶ Ἴβα ἔξεστι κατανοῆσαι, ὡς οὐκ ἀκρίτως καὶ αὐτὸς εἰσεδέχθη παρὰ τῇ συνόδῳ· ἐν γὰρ τῇ δεκάτῃ πράξει πάντες οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἐβόησαν· πάντες τὰ αὐτὰ λέγομεν, Ἴβας Νεστόριον ἄρτι ἀναθεματισάτω· Εὐτυχέα καὶ τὸ δόγμα αὐτοῦ ἀναθεματίσει· Ἴβας ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος εἶπεν· καὶ δὴ ἐγγράφως ἀναθεμάτισα Νεστόριον καὶ τὸ δόγμα αὐτοῦ, καὶ νῦν ἀναθεματίζω αὐτὸν μυριάκις· τὸ γὰρ ἅπαξ μετὰ πληροφορίας γινόμενον, κἂν μυριάκις γένηται, οὐ λυπεῖ· καὶ ἀνάθεμα Νεστορίῳ καὶ Εὐτυχεῖ col. 2. καὶ τῷ λέγοντι μίαν φύσιν, καὶ πάντα τὸν μὴ φρονοῦντα, ὡς φρονεῖ ἡ ἁγία σύνοδος, ἀναθεματίζω.

ε'. Θαυμάζω τοίνυν πῶς μετὰ τοσαύτην ἐξέτασιν καὶ ἀκριβείας ἔρευναν καὶ ἀναθεματισμὸν Νεστορίου καὶ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ δογμάτων, ὡς ἀκανόνιστον διαβάλλουσι τὴν ἁγίαν σύνοδον οἱ τῆς ἀληθείας πολέμιοι, μεμφόμενοι τὴν τῆς ἐπισκοπῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν ἀποκατάστασιν ὡς ἀκρίτως γενομένην· καὶ νομίζω μὲν αὐτοὺς ἐκ διαθέσεως καὶ ὁλοψύχως τὸν ἀναθεματισμὸν πεποιηκέναι τοῦ μυσαροῦ τούτου φρονήματος· εἰ δέ τις ἐφώρασεν αὐτοὺς, ἢ ἀπὸ συγγράμματος αὐτῶν, ἢ ἀπὸ λόγου μετὰ τὴν σύνοδον τὴν τοιαύτην

odisse. Quod ut demonstrem, pauca inde sumens exponam.

Theodoreti ex iis quae scripsit ad Sporacium.

Nestorium prorsus auditis etc. Si hoc ita se habet, culpa caret ethnicus, qui matrem deorum introducit.

4. Atque haec quidem iste ait. Evidentiorem autem hac demonstrationem non postulabit, ut arbitror, veritatis amator, et omni contentionis studio alienus, quod nempe abominandum Nestorii dogma aversatus fuerit Theodoretus, ideoque a chalcedonensi sancta synodo susceptus sit. Idem de Iba quoque cogitare licet, quod nempe ne ipse quidem indiscrete a synodo receptus fuerit. Namque in actione decima cuncti religiosissimi episcopi clamaverunt: omnes eadem dicimus: Ibas Nestorium nunc anathematizet. Eutychem eiusque dogma anathematizet. Ibas religiosissimus episcopus dixit: iam scripto anathema dixi Nestorio eiusque dogmati; et nunc etiam millies eum anathematizo. Nam quod semel cum persuasione actum fuit, etiam millies repetere non est molestum. Anathema igitur Nestorio, et Eutychi, et cuilibet dicenti unam naturam: denique quemlibet diversam a sancta synodo sententiam gerentem anathematizo.

5. Miror itaque quomodo post talem disquisitionem, et accuratam indaginem, dictumque Nestorio et dogmatibus eius anathema, tam irregularem traducant sanctam synodum veritatis hostes, reprehendentes praedictorum virorum in episcopalem gradum restitutionem, ceu temere factam. Et sane existimo ipsos, consensu mentis totaque anima anathema dixisse huic execrandae opinioni detestandi dogmatis pronunciasse: sed si forte aliquis deprehendit illos vel scripto vel verbis post synodum

(1) Extat totus hic locus in editione Theodoreti per Sirmondum T. IV. p. 696-698. B. De hac autem ad Sporacium epistola legendus est Garnerius in auctario ad Theodoretum opp. T. V. p. 251. seqq. qui frustra dicit esse spuriam, contradicente nunc etiam Anonymo nostro, qui a Theodoreti ipsius aetate parum abest.

hanc impietatem retinentes, non est idcirco sacra synodus culpanda, quasi inconsulto erga illos se gesserit. Namque et inter Nicaeae cccxviii. sanctos patres, septem circiter comperimus, Arii doctrinam adeo retinuisse, ut mala multa adversus Dei ecclesiam patraverint: qui quidem timore depositionis, definitioni subscripserant; quin tamen ob eam rem sanctam illam vituperare synodum liceat; (homo enim faciem, Deus cor videt) aut eius accuratam agendi rationem circa Theodoretum et Ibam; etiamsi forte ex illorum post synodum sermonibus visi essent Nestorii errorem fovere; quod nemo facile demonstrabit. Immo vero mirabilis fuit synodi sedulitas, quia quum Theodoretus Romam ivisset expostulaturus apud papam Leonem factam sui a Dioscoro depositionem, ibique scripto Nestorium cum suis impiis dogmatibus anathemati subiecisset, atque ita susceptus fuisset; nihilominus quasi nihil de eo coram Romanis actum fuisset, tamquam adhuc iudicio obnoxium, aegre illum admisit; et post actionum synodicarum confectionem, anathematismos ab eo aliisque exegit.

6. Epistolae diversorum episcoporum scriptae ad Petrum Antiochiae episcopum, cognomento Fullonem, quod non oporteat passionem trisagio obtrudere, additamento illo « qui crucifixus es pro nobis » quod Petrus ipse haereticus attexendum curaverat.

Anteonis episcopi Arsinoës ad Petrum Antiochiae episcopum.

7. Sancti Gelasii Romae episcopi exemplar epistolae ad Syriae episcopos missae.

φρονήσαντας ἀσέβειαν, οὐ δεῖ κατεγκαλεῖν περὶ τούτου τῆς ἁγίας συνόδου ὡς ἄκριτόν τι περι αὐτῶν διαπραξαμένης· εὑρίσκομεν γὰρ καὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ τιη´ ἁγίων πατέρων περὶ ζʹ τὸν ἀριθμὸν (1) τὰ Ἀρείου πρεσβεύσαντας, ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς πολλὰ κακὰ κατὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἐπιδείξασθαι· οἵ τινες φόβῳ τῆς καθαιρέσεως, τῷ ὅρῳ καθυπέγραψαν· καὶ οὐ δεῖ παρὰ τοῦτο αἰτιᾶσθαι τὴν ἁγίαν ἐκείνην σύνοδον· ἄνθρωπος γὰρ εἰς πρόσωπον, ὁ δὲ θεὸς εἰς καρδίαν ὁρᾷ· ἢ τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἐπὶ τοῖς ἀκριβῶς πεπραγμένοις ἐπὶ Θεοδωρίτῳ καὶ Ἴβᾳ· εἴ γε ἐξ ἐκείνων λόγων μετὰ τὴν σύνοδον ἐφωράθησαν οὗτοι τὰ Νεστορίου φρονοῦντες· ὅπερ οὐδὲ εὐχερές ἐστι δεῖξαι τινί· καὶ ἔστι θαυμάσαι τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἁγίας cod. f. 17. b col. 1.
συνόδου, ὅτι Θεοδωρίτου μετὰ τὴν Ῥώμην γενομένου, καὶ αἰτιασαμένου παρὰ τῷ ἁγιωτάτῳ πάπᾳ Λέοντι τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ γενομένην καθαίρεσιν παρὰ Διοσκόρου, καὶ ἐγγράφως ἀναθεματίσαντος Νεστόριον μετὰ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ δογμάτων, καὶ οὕτω δεχθέντος, ὡς μηδενὸς εἰς αὐτὸν γενομένου παρουσίᾳ τῶν Ῥωμαίων, ὡς κριθησόμενον, καὶ μετὰ δυσχερείας ἐδέξατο αὐτὸν, καὶ μετὰ τὴν τῶν ἀναγκαίων αὐτῆς πραγμάτων διατύπωσιν, ἀναθεματισμούς τε αὐτὸν καὶ ἄλλους εἰσπράττεται.

ϛʹ. Ἐπιστολαὶ διαφόρων ἐπισκόπων γραφεῖσαι πρὸς Πέτρον ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας τὸν ἐπίκλην γναφέα· ὅτι οὐ δεῖ πάθος τῷ τρισαγίῳ συνάπτειν διὰ τῆς προσθήκης “ ὁ σταυρωθεὶς δι᾽ ἡμᾶς ” ἣν αὐτὸς Πέτρος αἱρετικὸς προσέθηκεν.

Ἀντέωνος ἐπισκόπου Ἀρσενόης πρὸς Πέτρον ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας (2).

ζʹ. Τοῦ ἁγίου Γελασίου ἐπισκόπου Ῥώμης ἴσον ἐπιστολῆς πεμφθείσης τοῖς τῆς Συρίας ἐπισκόποις (3). cod. f. 18. a. col. 1.

(1) Leontius in apologia concilii chalcedonensis dicit ιζ septemdecim.

(2) Extat haec Anteonis epistola in editione veneta Zattae conciliorum T. VII. p. 1125.

(3) Ut iam in monito praevio dixi, non extat haec Gelasii papae romani epistola inter inter illas quae sunt typis evulgatae. Ceteroquin latina illa, quae in cit. conciliorum tomo legitur col. 77-82. ad orientales scripta [illegible] huic nostrae lucem affundit. Certe plures de hoc argumento Gelasii epistolas (quarum una sine dubio haec nostra vaticana est) memorat Gennadius cap. XCIV: *Gelasius urbis Romae episcopus adversus Petrum et Acacium scripsit epistolas, quae hodie in ecclesia tenentur catholica.* Profecto inferius contra Petrum Fullonem loqui Gelasium agnoscemus.

Κυρίοις μου πάντα θεοσεβεστάτοις καὶ ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις Κοσμᾷ, Σεβηριανῷ, Κύρῳ, Ζωΐλῳ, Εὐσεβίῳ, Θωμᾷ, Σιλουανῷ (1), Γελάσιος a) ἐλέει θεοῦ διάκονος τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως (2)· εἰ ἅπερ ἠξίωσας ἔγραψας, ἔργῳ πρόελθε· τίς τὰς ἐμὰς ὠδῖνας πρὸς ὑμᾶς ἐγκαταμίξει, θεοφιλέστατοι; τί ἢ καὶ τοῦ ταπεινοῦ ἡ πρὸς τοὺς μεγάλους παῤῥησία; οὐ προπετείας τὸ ἐπιχείρημα, οὔτε κενῆς δόξης ἡ ἔναρξις, θείας ἀγάπης καὶ σωτηριώδους πυρσὸς ὑπελθὼν ἐπεγείρει τὴν προτροπήν· κἀμοὶ δότε συγγνώμην παρακαλῶ· οὐδὲ γὰρ ἐλλείποντα τῇ ὑμετέρᾳ συνέσει τὰ τῆς ταπεινότητος προεθέμην λέγειν· ἀλλ᾽ ὡς ὑπομνήσει φιλοθέῳ ἡ παράκλησις, ὅτι πάντες ὑμεῖς διδακτοὶ θεοῦ καθά που φησὶ τὸ θεῖον λόγιον· * οὐκοῦν τὰ ἐξ ἀγάπης λεγόμενα κρίναντες, δότε μισθὸν ἀνταποδόσεως, τὴν τῶν εὐχῶν ὑμῶν τὰς ἀμοιβάς· ἔδει τοὺς καλοὺς διδασκάλους τὴν τῶν μαθητῶν προαρπάσαι τὴν πρὸς τὴν πρεσβείαν τάξιν· εἰ καὶ ἡμῖν ἐπιγράφεται ταύτης τὸ κάλλιστον, ὡς ἐν προδρόμοις θεμένοις τῆς ἐπιδείξεως τὴν σπουδήν· διεγείρουσι μὲν καὶ καταρτίσασι τὰ μέλη, προοδοποιήσασι δὲ τὴν μήνυσιν τῆς στεῤῥότητος δι᾽ ἑαυτῶν· καλῶν διδασκάλων ἀληθῶς ἄριστοι μαθηταί· καλῶν ποιμένων θαυμασία τῶν προβάτων ἡ νομή· οὗτοι τῶν ὑμετέρων πόνων οἱ καρποί.

cod. f. 18. b. col. 1.

* Ioh. VI. 45.

η΄. Ἐπειδὴ τοίνυν φθασάντων παρ᾽ ἡμῖν τῶν εὐαγῶν μοναχῶν θεῖον σύστημα, δεξιᾶς ἔλαβε κοινωνίας παρὰ τῆς ἀποστολι-

Dominis meis religiosissimis et sanctissimis episcopis Cosmae, Severiano, Cyro, Zoilo, Eusebio, Thomae, Silvano, Gelasius miseratione divina minister catholicae et apostolicae fidei. Si quae recta existimas scripsisti, operam urge. Quis meos dolores vobis communicet, o Deo carissimi? Cur humilis apud magnos fiduciam sumat? Non est audaciae molimen, neque vanae gloriae impulsus, sed divinae salutarisque caritatis fax mihi supposita, ad adhortandum excitat. Mihi ergo veniam detis, oro; non enim quia vestrae prudentiae defectum supplere velim, humilitatis meae verba proferre decrevi; sed cum religiosa monitione fiet deprecatio mea, quia vos omnes docibiles Dei estis, prout ait divinum oraculum. Itaque quae caritatis affectu dicimus vos diiudicantes, date mercedem retributionis, precum scilicet vestrarum remunerationem. Oporteret bonos magistros praeoccupare discipulorum in orando ordinem; si quidem nobis tribuitur hic gradus praecipuus, ceu praecursoribus, spectaculo curam impendentibus; excitantibus insuper et membra roborantibus, classicum denique fortitudinis exemplo nostro canentibus. Bonorum magistrorum optimi vere sunt discipuli: mirifica ovibus pascua a bonis pastoribus suppeditantur. Hi vestrorum laborum fructus.

8. Quia igitur sacrorum monachorum egregius manipulus ad nos delatus, communionis dexteram ab apostolica cathedra

a) Excidit heic a codice Γελάσιος, quod tamen nomen legitur in titulo, ut vidimus.

(1) Horum Syriae (paulo latius sumptae) episcoporum, ad quos utpote sibi satis contemporales, scribere potuit Gelasius, reperiebam notitiam apud Lequinium Or. christ. T. II. Nempe 1. occurrit col. 836. Thomas Damasci episcopus monophysita, anno Ch. 518. Damasco expulsus. 2. Severianus Arethusae episcopus col. 916. circa initia saeculi sexti. 3. Cosmas Epiphaniae episcopus col. 918. contemporaneus Severiani. 4. Eusebius Larissae syriacae episcopus col. 920, qui scribebat ad Iohannem constantinopolitanum haud procul illa aetate id est anno 518. a Christo nato. 5. Cyrus episcopus Mariammae syriacae col. 920, qui item scribebat ad Iohannem constantinopolitanum. Nisi potius intelligendus videtur Cyrus episcopus hierapolitanus, qui sub Zenone imp. orthodoxos episcopos in exilium pellebat col. 928; vel col. 962 Cyrus Edessae episcopus item sub Zenone. 6. Zoilus Rhaphanoeae episcopus col. 920, qui item scribebat ad supradictum Iohannem constantinopolitanum. 7. Silvanus quis fuerit, inter multos eius nominis episcopos, nondum mihi satis liquidum est.

(2) Vides heic et mox Gelasii pontificis maximi modestiam, quam adhuc retinent successores, qui se *servos servorum Dei* nuncupant.

accepit, propterea quod communicare se cum Eutychianis sive Manichaeis negarunt, sed cunctis potius sacrorum canonum definitionibus consentiebant, et damnatos quosvis haereticos repudiabant, et chalcedonensis synodi sanctique et apostolici Leonis papae per omnia confessionem tenebant; necesse est dici a nobis vestrae sanctae synodo: si delibatio sancta est, et massa: et si radix sancta, et rami. Namque ex fructu arbor cognoscitur. Venite et vos, o honorandissimi, ad eam quam vos ipsi sanctam praedicastis cathedram: accurrite ad immobilem Petri petram: connumerate vos choro apostolico: confirmate victoriae vestrae coronas: praeoccupate paratam vobis, o reverendissimi, reverentiam apud eos qui fidem semper confirmare soliti fuerunt. Utique narrarunt nobis Iohannes ac Sergius, diligentissimi fratres, qui a vobis ad nos venerunt, fidei Romanorum invictum robur, amorem erga filios, ecclesiarum sollicitudinem. Non enim tamquam speculatores . . . nostrae recepti fuerunt, sed ut fortitudinis vestrae testes; neque ut improbabiles repulsi sunt, sed ut nuncii concordiae vestrae recepti. Nunciarunt

κῆς καθέδρας, ἀρνησαμένων μὲν τὴν πρὸς τοὺς Εὐτυχιανιστὰς, ἤγουν Μανιχαίους (1) κοινωνίαν, συμφωνησάντων δὲ πᾶσι τοῖς κρίμασι τῶν θείων κανόνων ἐν ἀποβολῇ τῶν καθαιρεθέντων αἱρετικῶν πάντων, ὁμολογίᾳ δὲ τῆς διὰ πάντων ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις καὶ ἀποστόλοις Λέοντος τοῦ πάππα· λέγειν ἐπάναγκες πρὸς τὴν ἁγίαν ὑμῶν σύνοδον (2)·
εἰ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα· καὶ εἰ ἡ col. 2.
ῥίζα ἐκλεκτὴ, καὶ οἱ κλάδοι· * ἐκ γὰρ τοῦ * Rom. XI. 1…
καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται· ἥκατε δὲ καὶ ὑμεῖς ὦ τιμιώτατοι πρὸς τὴν εὐαγγελισθεῖσαν παρ᾽ ὑμῶν ἁγίαν καθέδραν· προφθάσατε πρὸς τὴν ἀχείμαστον Πέτρου πέτραν· συναριθμήθητε χορῷ τῷ ἀποστολικῷ· βεβαιώσατε ὑμῶν τῆς νίκης τοὺς στεφάνους· προκαταλάβετε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν σεβασμιώτατοι σεβασμιότητα παρ᾽ οἷς καὶ ἀεὶ ἡ πίστις τὸ κῦρος ἔχει (3)· διηγήσαντο γὰρ ἡμῖν Ἰωάννης καὶ Σέργιος οἱ σπουδαιότατοι ἀδελφοὶ, οἱ ἀφ᾽ ὑμῶν πρὸς ἡμᾶς παραγενόμενοι, τῆς πίστεως τῶν Ῥωμαίων (4) τὸ ἀήττητον, τὴν περὶ τὰ τέκνα φιλοστοργίαν, τὴν μέριμναν τῶν ἐκκλησιῶν· οὐ γὰρ ὡς κατάσκοποι τῆς ἐλ . . . ίας ἡμῶν ἐδέχθησαν, ἀλλ᾽ ὡς μηνυταὶ τῆς ἀνδρείας ὑμῶν· οὐδὲ ὡς ἀδόκιμοι ἀπεπέμφθησαν, ἀλλ᾽ ὡς εὐαγγελισταὶ τῆς ὁμοφροσύνης

(1) Ita dicit, quia reapse phantasiastae Eutychiani congruebant cum pari errore Manichaeorum, qui haeretici aetate quoque Gelasii grassabantur, ut mox dicemus. Porro de resistentibus henotico catholicis, ideoque persecutionem patientibus, haec habet Gelasius in praedicta latina ad orientales epistola col. 83: *quis non videt illos esse catholicos, et ab omni haeretica peste prorsus alienos, qui propriis urbibus detrusi, et in exilium sunt redacti? et eos qui superstitibus catholicis successores fieri ausi sunt, catholicos omnino non esse, sed aut Eutychianos manifestos, aut eorum sectatoribus communicantes?*

(2) Fortasse illa est synodus, de qua Gelasius in praedicta ad orientales epistola col. 83. ait: *dicitis etiam synodum in unius hominis persona debuisse tractari, quam in damnandis tantis pontificibus catholicis non quaesistis.*

(3) Supremum apostolicae cathedrae ius violatum in eadem hac causa queritur Gelasius etiam in citata epistola col. 82. *Taceo, et ad sedem apostolicam ex more debuisse deferri. Ne nostra privilegia curare videamur, satis sit ostendere quid secundum regulas et patrum canones facere deberetis. Taceo, quia ad nos paterna fuerat consuetudine referendum; tantumque commoneo, quid fieri ecclesiastico iure convenerat.*

(4) Videtur Gelasius *Romanos* hoc loco dicere illos qui fidem romanam in illa persecutione retinuerunt, quos tantopere celebrat in epistola ad orientales col. 82: *tot tantique pontifices unum idemque cum sede apostolica sentientes, eamque probantes, usque ad persecutionem viriliter etc. Ecce tot pontifices apostolicae sedis scita sectantes, praebent vobis servandae veritatis exempla.* Mox col. 83. queritur contra de inconstantia seu indifferentia (ut nunc loquimur) orientalium: *haec illa mixtura, haec est illa confusio, qua per orientem totum inter catholicam haereticamque communionem nulla discretio est: immo qui discerni temptaverit, potius habetur haereticus, persecutione percellitur, exiliis et afflictione multatur.* Et mox col. 84. de Graecis similiter: *haec apud Graecos facilis et inculpabilis putatur esse permixtio, apud quos nulla est veri falsique discretio: et dum omnibus reprobis volunt esse communes, in nulla monstrantur probitate constare.*

ὑμῶν· ἀπήγγειλαν γὰρ καὶ διηγήσαντο τήν τε στεθρὰν κρίσιν ὑμῶν, καὶ τὴν αἱρετικῶν τὴν ἀναίδειαν, τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν τὸ καρτερικὸν, καὶ τὴν τῶν αἰσχίστων τὴν μιαιφονίαν· τοῦτο μὲν στόματι διηγησάμενοι, τῷ δὲ ἀληθεῖ καὶ
* ita cod. διὰ λιβέλλου τοῦ ὑφ᾽ ὑμᾶς * εὐλαβῶν μοναχῶν διαπεμφθέντος, διδάξαντες ὅσας θλίψεις πολλὰς καὶ κακὰς διήλθατε· ὅσαι τοῦ θεοῦ αἱ ἀντιλήψεις ἐπανέτειλαν.

θ΄. Καὶ οὐ θαυμαστόν· οὐδὲ γὰρ ἐν πρώτοις τῶν λύκων αἱ ἐπιδρομαὶ, ἀλλ᾽ ἀεὶ μὲν ἐπιτρέχουσιν, ἀεὶ δὲ τῷ ῥοπάλῳ τοῦ καcod. f. 19. a. col. 1. λοῦ ποιμένος ἐκ[βάλλ]ονται· τότε νικᾷ ἡ πίστις, τότε οὐκ ἐξανάστη πόλεμος· οὐκ ἐν . . . τὰ τῆς ἀνδρείας ἀλλ᾽ ἐν . . . τὸ λαμπρὸν τῆς δοκιμασίας· τί γὰρ οὐκ ἐκίνησαν οἱ οὐ . . . πρὸς τὸ ἄρδην ἀφανίσαι τοῦ χριστιανισμοῦ καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸ πρᾶγμα; τίνα χρήματα οὐχ᾽ ὑπέφθειραν ἀνταρσίαν . . . τὰ τοῦ Χριστοῦ; ποῖαι μά[χαιραι] οὐ διεφθάρησαν ἐν βασάνοις γυμνάζουσαι τοὺς ἁγίους; ποῖον ξίφος ἠκονημένον οὐκ ἠμβλύνθη ἐκ τῶν τεμνομένων μακαρίων αὐχένων, καὶ μελῶν τῶν καθολικῶν; ἢ τίς θαλάττης ἄβυσσος οὐ πεπλήρωται ὀστέων τῷ αἵματι συῤῥυέντων σωμάτων ὀρθοδόξων; ποία δὲ ἔρημος οὐ πεπόλισται ἐκ τῶν ἐν αὐτῇ ἐξορισθέντων ἀρχιερέων διὰ τὴν πίστιν; ἢ ποῖαι πόλεις ὑπ[ερόριοι] καὶ μακράν που ἀπῳκισμέναι τῆς ἑαυτῶν ἐξουσίας, οὐ κοσμοῦνται καὶ θάλλουσιν ἐκ τῶν διασπαρέντων καὶ φυγόντων ἁγίων πατριαρχῶν, ἐπισκόπων, κληρικῶν, μοναχῶν τε καὶ λαϊκῶν (1); παρὰ τοῖς Μανιχαίοις (2) ἐξουσία τοῦ λαλεῖν καὶ πράττειν ἅπερ βούλονται· παρ᾽ αὐτοῖς χρημάτων θησαυροὶ λαοπλάνων· παρ᾽ αὐτοῖς ἔρεις τε καὶ μάχαι· καὶ θρόνων ἐφέσεις· παρ᾽ αὐτοῖς γοήτων ἐσμοὶ, φαρμακῶν χοροὶ, ἐν

enim et exposuerunt firmum vestrum iudicium, haereticorum impudentiam, patientiae vestrae constantiam, et pessimorum saevitiam. Atque haec oretenus narrarunt; tum veritatem confirmarunt libello a vobis per religiosos monachos vestros misso, docentes quot quantasque malas pressuras perpessi fueritis; qualia vobis Dei auxilia obvenerint.

9. Neque id mirum: haud enim in primis fiunt luporum incursiones; semper tamen assultant; semperque vicissim clava boni pastoris abiguntur. Tunc fides vincit, tunc bellum non consurgit: tunc fortitudinis facinora, tunc splendida documenta virtutis. Quid enim conati non sunt . . . ut christianitatis nomen et rem funditus destruerent? Quantae opes distractae sunt, dum adversus Christum rebellatur? Quot gladii consumpti, dum in excruciandis sanctis exercentur? Quot exacuti mucrones sunt obtusi caedendis beatorum cervicibus, et membris catholicorum? Quaenam maris abyssus orthodoxorum corporum, sanguine manantium, ossibus non est oppleta? Quinam desertus locus haud evasit frequens multitudine antistitum illic fidei causa exulantium? Quaenam urbes exterae longissime a nostro imperio sitae, non ornantur et florent, propter illic dispersos sanctos exules patriarchas, episcopos, clericos, monachos, laicosque? Apud Manichaeos libertas loquendi est et agendi pro libito: apud ipsos pecuniae thesauris abundant populorum deceptores: apud ipsos discordiae et contentiones et sedium ambitiones: apud ipsos impostorum globi, magorum chori, qui sub monachorum habitu

(1) Scribit quidem sub initiis Anastasii imperatoris Gelasius, sed recentes adhuc erant Basilisci et Zenonis haereticorum impp. persecutiones adversus orthodoxos, quas Anastasius continuavit. De his persecutionibus loquitur Gelasius etiam in cit. epistola lat. ad orient. *Quid facimus de tot tantisque civitatibus, ex quibus catholici episcopi sunt repulsi? Unde tot tantique pontifices etc. usque ad persecutionem viriliter etc. de quibus passim illa ludibria gerebantur, et latrocinia saeviebant etc. catholicos antistites inaudita prius et miserabili sorte detrudi etc.* Nunc vero multo adhuc graviorem fuisse illam persecutionem demonstrat.

(2) Manichaeos dicit pro Eutychianis, qui aeque phantasiastae erant. Ceteroqui liber pontificalis in vita Gelasii sic habet: *huius temporibus inventi sunt Manichaei in urbe Roma, quos in exilium deportari praecepit; quorum quoque codices ante fores basilicae sanctae Mariae incendio concremavit.*

transfigurantur: ibi magia insolenter attollitur, et astrologia iactabunda prout cuique libitum est oracula edit: debacchantur daemones, eorumque impietatibus plaudunt sacerdotes: Christus illuditur: nemo denique recte sapit. Hoc est illorum qui unam Christi naturam decantant symposium: haec est officina ebriorum et qui unitas naturas confundendo destruunt.

10. Iamque ego ad te, o haeretice, sermonem convertam, confitensque Christum Dei vivi filium, Petri verba dico, revelationem patris vestri depraedico: tu autem « Deo passo » dicens, oeconomiam destruis, novam doctrinam invehis, abiecta coryphaei confessione. Ille dicit « Christo passo » tu autem adversaris dicens « Deo passo. » Verba « Deo passo » solam denotant deitatem, veste sua nudatam, templo suo privatam, et absque servilis formae adsumptione. Cur impassibilem deitatem trahis ad passionem, o Dei hostis? Cur immortalem naturam servitio et mortis corruptelae obnoxiam facis? Ego Christum Dei vivi filium confitens, non simplicem Christi hominem praedico, sed cum deitate perfecta, et cum humanitate item perfecta eundem

μεταμορφούντων σχήματι τὴν μορφὴν ἀμειβόντων· [illegible], μαγεία σκιρτῶσα κατεπαίρεται, καὶ ἀστρονομία γαυριῶσα καταθύμια χρησμοδοτεῖ· δαίμονες ἐκβακχεύοντες, καὶ ἱερεῖς col. 2
ἀσεβείαις αὐτῶν κροτοῦντες, καὶ Χριστὸς ὁ παιζόμενος, καὶ ὁ συνιὼν οὐκ ἔστι· τοῦτο τῶν τὴν μίαν φύσιν ἐν τῷ Χριστῷ τραγῳδούντων τὸ συμπόσιον· τοῦτο τῶν μεθυόντων καὶ ἀφανιζόντων ἐν συγχύσει τὰς ἑνωθείσας φύσεις τὸ ἐργαστήριον.

ι'. (1) Κἀγὼ μὲν, ὦ αἱρετικὲ, τρέψω πρὸς σὲ τὸν λόγον, ὁμολογῶν Χριστὸν υἱὸν θεοῦ τοῦ ζῶντος τὰ τοῦ ἁγίου Πέτρου φθέγγομαι ῥήματα (2)· τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ πατρὸς ὑμῶν (3) κηρύττω· σὺ δὲ λέγων θεοῦ παθόντος, ἀναιρεῖς τὰ τῆς οἰκονομίας, καινοτομεῖς, ἀποβαλλόμενος τοῦ κορυφαίου τὴν ὁμολογίαν· ἐκεῖνος λέγει Χριστοῦ παθόντος, καὶ σὺ ἀντιπράττεις κράζων θεοῦ παθόντος· τὸ λέγειν, θεοῦ παθόντος, ψιλὴν ὑποφαίνει τὴν θεότητα, γυμνὴν τοῦ ἐνδύματος, ἐστερημένην τοῦ ναοῦ καὶ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς προσλήψεως· τί τὴν ἀπαθῆ θεότητα καθέλκεις εἰς πάθος θεομάχε; τί τὴν ἀθάνατον φύσιν ὑπὸ δουλείαν καὶ φθορὰν θανάτου ὑποβάλλεις; ἐγὼ Χριστὸν υἱὸν θεοῦ τοῦ ζῶντος ὁμολογῶν, οὐ ψιλὸν τὸν ἄνθρωπον τοῦ Χριστοῦ κηρύττω, ἀλλ' ἐν θεότητι τελείᾳ καὶ ἐν ἀνθρωπότητι

(1) Videtur potissimum intelligendus Petrus Fullo antiochenus episcopus, qui auctor fuit additamenti ad trisagium his ab ecclesia damnatis verbis: *qui passus es pro nobis;* quae nimirum verba ad Trinitatem relata, ut praecedens trisagium postulat, Theopaschitarum errorem continent: (De trisagio luculentum extat Damasceni scriptum, praeter dicta ab eodem in op. de fid. orth. lib. III. cap. 10.) Et Fullo quidem aliquot ante Gelasii pontificatum annis obierat; nihilominus Gelasius etiam in supra citata ad orientales epistola contra eundem eiusque fautores invehitur. Adde, quod liber pontificalis in Gelasio sic habet: *huius temporibus iterum venit relatio de Graecia, eo quod multa mala et homicidia fierent a Petro et Acacio constantinopolitano.* Et mox: *ipsis temporibus fecit synodum, et misit per tractum orientis, et iterum damnavit in perpetuum Acacium et Petrum, si non poenitentes sub satisfactione libelli postularent poenitentiam.* Reprehenditur tamen narratio a criticis, quia Acacius et Petrus Fullo ante aditum a Gelasio pontificatum vita excesserant. Nisi forte Petrus, non Fullo, sed Mongus ille alexandrinus intelligitur ab auctore libri pontificalis (etenim Mongus in Gelasii pontificatu vivebat); quem quidem Mongum sub nomine Petri alexandrini reprehendit Gelasius in cit. epistola, ut Acacii sectatorem et amicum. Verumtamen siquis omnino malit encyclicam hanc epistolam Felicis esse, non Gelasii; aio rursus, a panopliae auctore Gelasium diserte in titulo scribi, non Felicem; quamquam postea in iisdem foliis Felicis alia epistola ponitur, ut postea dicemus; quo fit ut dictus panopliae auctor perspicue Gelasium a Felice distinguat. Ceterum quia in conciliorum tomo VII. deinde a nobis citando, col. 1904. epistola quaedam legitur (diversa a nostra) quae in codice nomen Gelasii gerere dicitur, et tamen ad Felicem referenda creditur; non magnopere repugnabo si quis hanc ineditam luculentamque libri nostri encyclicam Felici potius quam Gelasio tribuere volet.

(2) Nempe I. Petr. IV. 1. *Christo passo in carne.* Non *Deo* inquit, sed *Christo;* cui praeter deitatem inerat etiam humanitas, quae sola morti fuit obnoxia.

(3) Fortasse ita loquitur, quia quum Petrus apostolus sederit episcopus Antiochiae, idcirco pater ecclesiae syriaticae appellari potest.

τηρεία τὸν αὐτὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος προσκυνῶ· δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως γέγονεν, ἵνα εἷς πιστευθῇ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· εἷς, εἰ καὶ τῶν ἑνωθεισῶν φύσεων τὸ διάφορον νοεῖται μετὰ τῶν ἐνεργειῶν· εἰ γὰρ καὶ αἱ φύσεις [ἑκάστη ἰδιο]τησι
cod. f. 19 b. col. 1. κοσμοῦνται, ἀλλ' εἷς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ αὐτὸς θεὸς κατ' ἀλήθειαν καὶ ἄνθρωπος κατ' ἀλήθειαν· ἕνωσις ἀδιαίρετος καὶ ἀδιάζευκτος, χωρισμὸν μὴ ὑφισταμένη· εἷς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα· ἀλλὰ δάκνῃ καὶ σπαράττῃ τοὺς ὀδόντας διαπρίων, τὴν ἐν Χαλκηδόνι σεβασμίαν σύνοδον ταῦτα κηρύξασαν αἰτιώμενος· καὶ τὸν ἀοίδιμον καὶ ἐν ἀποστολικῇ χορείᾳ καταριθμούμενον Λέοντα βάλλεις ὕβρεσιν, ἐν παραφροσύνῃ· καὶ ἡμεῖς μὲν οἱ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὑπήκοοι γνήσιοι, τὰ παρ' αὐτῶν θεσπίσματα ἐν στόματι φέροντες, καὶ καρδίᾳ ἐγκεκολλαμμένα ἔχοντες, στέργομεν ἀπαρεγχαρήτως· σὺ δὲ ταῦτα ἀφεὶς, καὶ πρὸς τὸ ἀσεβείας βάραθρον ἐμπεπτωκὼς, μαρυκᾷς τὴν τῶν ἀκανθῶν χορτώδη ποιότητα.

ιαʹ. Ἔστι γάρ σου καὶ ἄλλο ὑφ' ᾧ κομπάζῃ καὶ σκιρτᾷς ἐγχειρίδιον πίστεως, τὸ σῆς γνώμης καὶ τυραννίδος ἐφόδιον· ᾧ προσηνῶς καὶ ἀπατητικῶς προσέῤῥιψας ὄνομα, ΕΝΩΤΙΚΟΝ (1) καλέσας· φεῦ τῆς φληνάφου τερθρείας τῶν ἀποστατῶν· παρώσαντο τὴν ἀποστόλων τὴν διδαχὴν, καὶ λαϊκῶν διδάγμασιν ἐναβρύνονται· τῶν ἐνθέσμων συνόδων ἀποστρέφονται τὰς ἐκθέσεις, καὶ κοσμικῶν ἐπιστολιδίοις τὰς ἐλπίδας ἑαυτῶν ἀνατιθέασι·
col. 2. τῶν ἁγίων καὶ ὁμολογητῶν ἀποθοῦνται τὴν σεμνότητα· καὶ χάρτην ἐπ' ἐκ[λυσιν] τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου ἐκφωνηθέντα καταπ[ομπεύου]σι· τοῦ Ὀζίου τὴν θρασύτητα * δο-
* II. paralip. XXVI. 19. ξάζουσι, καὶ ἱερωσύνης τὸν ἁγιασμὸν ἀποτινάσσονται· καὶ ὑμεῖς (2) μὲν, ὦ οὗτοι, ἕως ὧδε

Dei vivi filium adoro. Duarum quippe naturarum unio inconfuse et inconvertibiliter facta est, ut unus credatur Christus Dei vivi filius; unus, inquam, etsi unitarum naturarum differentia intelligitur cum operationibus. Quamquam enim utraque natura proprietatibus suis ornatur, attamen unus est Christus Dei vivi filius, idem vere Deus, idemque vere homo, unio indivisibilis, insolubilis, nullam patiens separationem: unus Christus Dei vivi filius: unus dominus, una fides, unum baptisma. Tu tamen angeris et dirumperis dentibusque frendes, venerandam Chalcedonis synodum, quae haec praedicavit, incusans, nec non celeberrimum et apostolico choro adnumeratum Leonem contumeliis pulsans stultissime. Nos vero sanctorum apostolorum germani discipuli, illorum effata ore gerentes, et corde insculpta habentes, inviolabiliter eadem retinemus. Tu vero haec deserens, et in impietatis barathrum temet coniiciens, gramineam spinarum materiam ruminas.

11. Est et aliud tibi, quo gloriaris et exultas, enchiridium fidei, opinionis tuae atque tyrannidis adminiculum, cui blandum fallaxque nomen imposuisti, HENOTICUM appellans. Hem nugaces apostatarum praestigias! Abiecerunt apostolorum doctrinam, et laicorum constitutis gloriantur: legitimarum synodorum praescripta repudiant, et in mundanorum hominum epistoliis spes suas reponunt: sanctorum et confessorum auctoritatem detrectant, et chartam quae chalcedonensem sanctam synodum destruit, publice iactant: Oziae audaciam extollunt, et sacerdotii sanctificationem repellunt. Et vos quidem estote hactenus leprosi, contumeliaeque maculam

(1) Gelasius in cit. lat. epistola col. 84. sic de Zenone, henotici auctore, et Fullonis promotore: *per Zenonem imperatorem, qui utique antiocheno Petro, quem introduxerat, et cuius sacerdotium comprobaverat* etc. De Zenonis henotico Cedrenus T. I. p. 353, nimirum sub Felice III. PP. cui successit Gelasius.

(2) Nempe episcopi qui privata synodo calculum haeresi adiecerant. Felix papa pro sui gradus dignitate ac supremo iure, in ep. Concil. edente Zatta T. VII. col. 1101. ita scribit: *absolvi Petrus Fullo nulla ratione potuit sine apostolicae sedis assensu, qua fuerat mandante seclusus, sicut de recipiendis talibus forma veterum testatur antistitum.*

in vultu habetote, signi instar, trementes et in terram curvi gementes: non enim recte sacrificium obtulistis, ignorantes sacerdotii auctoritatem, et laicorum temeritatem. Etiamsi enim hic rex processit, non tamen episcopus est ordinatus. Porro regia dignitas a sacerdotio directa (diu) manet; sacerdotium vicissim a rege honoratum, purpuram laetificat, sceptrum illustrat, dignitatem sanctificat: sin vero iniuriis adficitur, fundamenta convellit.

12. Excogitatum est aliud quoque impietatis genus ab audacibus Theopaschitis. Solet enim qui insaniae morbo laborat, ea dicere quae phrenitis suggerit. Quaenam itaque amentia est, traditum a sancto angelo hymnum, dum caelestis ira adversus peccata saeviret, tellusque a cardinibus nutaret, et motibus quateretur, oppida a fundamentis everterentur, subitaque ruina natis suis sepulcra fierent; cur inquam ausi sunt isti dura cervice homines, et sancto Spiritui resistentes, commovere divini statuti in hymnis sigilla? atque hinc, hominum saluti invidentes, elementorum, ut videre est, ordinatum motum pervertere, maiorem provocantes iram, propter suam iniquam quam in altum eructarunt blasphemiam. Ac quemadmodum propter datam clementer hymnodiam, confractio cessaverat, ita rursus hac sublata ob schismatum aberrationem, cumulata est, ultra ceteras ipsorum impietates, ruina. Hinc terrae motuum indesinentium iactationes, frugum sterilitas, ecclesiarum perturbationes, populorum rebelliones, pacis exilium, tumultus ubique dominans, sanguinis infinita effusio.

13. Et catholica quidem ecclesia, quem ad sui correptionem a Dei misericordia ac-

στῆτε λεπρῶντες καὶ τοῦ προπηλακισμοῦ τὴν ἀτιμίαν ἐπὶ προσώπου λάβετε σημεῖον, τρέμοντες καὶ στένοντες ἐπὶ τῆς γῆς· * οὐ γὰρ ὀρθῶς προσηνέγκατε, ἀγνοήσαντες ἱερωσύνης αὐθεντίαν καὶ λαϊκῶν προπέτειαν· εἰ γὰρ καὶ βασιλεὺς προῆλθεν, ἀλλ' οὐκ ἀρχιερεὺς ἐχειροτονήθη (1)· βασιλεία μὲν γὰρ ὑπὸ ἱερωσύνης παιδαγωγουμένη, διαμένει ἐν . . . καὶ ἱερωσύνη ὑπὸ βασιλείας δοξαζομένη, φαιδρύνει τὴν ἁλουργίδα, [μεγαλα]υχεῖ τὰ σκῆπτρα, ἁγιάζει τὴν ἀξίαν· ὑβριζομένη δὲ, ἐκριζοῖ θεμέλια.

ιβ'. Ἐφεύρεται δὲ καὶ ἕτερον εἶδος ἀσεβείας ὑπὸ τῶν τολμητῶν θεοπασχιτῶν· πέφυκε γὰρ ὁ κρατούμενος τῷ τῆς παραφροσύνης πάθει, ἐκεῖνα λέγειν ἅπερ ἡ φρενῖτις ὑποτίθεται· τί οὖν τὰ τῆς ἀλογίας, τὸν ὑπὸ ἁγίου ἀγγέλου ἐκδοθέντα ὕμνον τῆς ἐξ ἁμαρτιῶν ὀργῆς κρατησάσης, καὶ γῆς ἐκ μοχλῶν κινουμένης, καὶ σεισμοῖς ἀναβραζομένης, πόλεών τε ἐκ βάθρων καταῤῥιπτομένων, καὶ τάφων αὐτοσχεδίως ἀθρόον τοῖς ἐκγόνοις γινομένων, ἐτόλμησαν οἱ σκληροτράχηλοι καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἀντιπίπτοντες, παρασαλεῦσαι τῆς θείας ὁροθεσίας τῶν ὕμνων τὰ σήμαντρα; κἀνταῦθα βασκαίνοντες τῇ τῶν ἀνθρώπων σωτηρίᾳ, ἀνατρέψαντες ὡς ἔστιν ἰδεῖν καὶ τῶν στοιχείων τὴν εὔτακτον κίνησιν, μείζονα ὀργὴν ἐπισπασάμενοι διὰ τὴν εἰς ὕψος ἄδικον δυσφημίαν· καὶ ὥσπερ διὰ τῆς ἐκδοθείσης φιλανθρώπως ὑμνῳδίας, ἡ θραῦσις ἐκόπασεν, οὕτω πάλιν καταργηθείσης διὰ τῆς παρατροπῆς τῶν σχισμάτων, ἐπληθύνθη πρὸς ταῖς ἄλλαις αὐτῶν ἀσεβείαις ἡ πτῶσις· ἐντεῦθεν σεισμῶν ἀπαύστων ἀναβρασμοὶ, καρπῶν ἀφορία, ἐκκλησιῶν ταραχαὶ, ἐθνῶν ἐπαναστάσεις, εἰρήνης φυγὴ, συγχύσεως ἐπικράτησις, αἱμάτων ἀκόρεστος ἔκχυσις.

ιγ'. Καὶ ἡ μὲν καθολικὴ ἐκκλησία ἥνπερ ἐν παιδείᾳ μετ' οἰκτιρμῶν παρέλα-

* marg. σημείωσον φοβερὰ ταῦτα.

cod. f. .. col. 1

(1) Hac ipsa in causa scribens Gelasius cit. ep. col. 82. ait: *si crimine respersi erant* (episcopi) *aliquo, ecclesiastica debuit examinatione cognosci: praecipue cum ipsae leges publicae, ecclesiasticis regulis obsequentes, tales personas nonnisi ab episcopis sanxerint iudicari.* Et animadverte, ob perpetuo renascentes politicorum errores et oppressiones, nativum et vetus ecclesiasticae libertatis sive immunitatis ius: et quod, etiamsi leges civiles huic consonent et faveant, non inde tamen vim capit, quia ius civile in his obsequitur iuri ecclesiastico, non illud creat. Quippe ecclesiastica immunitas a concessionibus civilibus per se orta non est.

βεν ὑμνῳδίαν, μετὰ φόβου καὶ τρόμου, ἀπαύστῳ στόματι καὶ χείλεσιν ἀσιγήτοις βοᾷ, ψάλλουσα καθεκάστην, ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς· ἡ δὲ τῶν θεομισῶν ἐναγὴς φρατρία, ἡ τὴν ἀκήρατον καὶ ἄχραντον τοῦ θεοῦ φύσιν ἀεὶ παρανόμοις βέλεσι κατατοξεύουσα, τὸ ὁ σταυρωθεὶς τῷ αἴνῳ προσέθηκεν, ἵνα τῆς θεότητος καὶ τὸ ἀθάνατον καθυβρίσῃ, καὶ τῆς ἁγίας τριάδος τὸ ὁμοούσιον διαφθείρῃ· ἐπινοοῦντες οἱ ἀναιδεῖς ἕτερον εἶδος παραπληξίας μεστόν· ἐν γὰρ τῇ προσθήκῃ τοῦ, ὁ σταυρωθεὶς, ἄλλος τὶς εὑρίσκεται παρὰ τὸ τρισάγιον νοούμενος, ὁ ἐλεῆσαι αὐτοὺς δῆθεν ἀναγκαζόμενος· εἰπόντες γὰρ τὸ τρισάγιον, καὶ προσθέντες τὴν καινοτομίαν, ἕτερόν τινα ὑποφαίνουσι διεζευγμένον τοῦ τρισαγίου, καὶ τοῦτον ἀνώνυμον· εἰ γὰρ ὡς ἐπὶ τῆς τριάδος, ἅγιος ὁ θεὸς ὁ πατὴρ, ἅγιος ἰσχυρὸς ὁ υἱὸς, ἅγιος ἀθάνατος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ, ὁ σταυρωθεὶς, λεγόμενον, ἄλλον τινὰ βούλεται ἔξω τῆς τριάδος· ἀλλ᾿ οὐκ αἰδῇ οὐδὲ αἰσχύνῃ τὸ ἀλλόκοτον καὶ ἀπαίδευτόν σου τῆς δοξολογίας; πῶς λέγεις ἅγιος ἀθάνατος, ἢ πῶς ἐπάγεις τὸ ὁ σταυρωθείς; ἢ ἄνελε τὸ, ἀθάνατος, καὶ εἰπὲ τὸ, ὁ σταυρωθείς· ἢ ἐρυθριάσας τὸ ἀθάνατον, παραίτησαι τὸ, ὁ σταυρωθείς· ἀλλ᾿ οὐ νήφεις, ἐμβρόντητε, οὔτε ταῖς ἀκοαῖς ἐνηχήθης, οὔτε τῇ διανοίᾳ κατενόησας τῆς ὑμνῳδίας τὴν μεγαλοπρέπειαν· ὅπως θεὸν ἰσχυρὸν ἀθάνατον τὸ τρισάγιον ἐκδιδάσκει· ὁμολογοῦμεν καὶ ἡμεῖς, συκοφάντα, τὸν σταυρωθέντα, ἀλλὰ κατὰ τὴν οἰκονομίαν, οὐκ ἐφ᾿ ὕβρει τοῦ ἀθανάτου· οὐδὲ ἐπὶ καταλύσει τοῦ ἀφθάρτου προσκυνοῦμεν τὸν ἐσταυρωμένον, ἀλλὰ Χριστὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὡς ὁ ἅγιος Πέτρος ἐξ ἀποκαλύψεως τοῦ πατρὸς παιδευθεὶς
* Matth. XVI. 16. ἐδίδαξεν· * ἡ ἁγία καὶ μακαρία τριὰς οὐ βαθμοῖς ὀνομάτων ὑπόκειται ἀξίας (1), ἀλλ᾿ ἰσότητι πραγμάτων μεγαλύνεται· εἰ γὰρ καὶ πρόσωπα τρία, ἀλλ᾿ οὐ τρεῖς ἀξίαι·

cepit hymnum, cum cum timore ac pavore, incessante ore et numquam tacentibus labiis clamat, quotidie psallens : sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostri. Deo autem odibilium execranda factio, quae integerrimam puramque Dei naturam impiis telis semper adpetit, verba « qui crucifixus es » laudi addidit, ut deitatem eius et immortalitatem iniuria adficiat, et sanctae Trinitatis consubstantialitatem corrumpat. Atque aliud hi impudentes insaniae plenum commentum excogitant : etenim in additamento « qui crucifixus es » alius quidam invenitur praeter trisagium subintellectus Deus, qui proinde illorum misereri compellitur. Nam cum dicunt trisagion, et novitatem illam attexunt, alium quemdam innuunt a trisagio seiunctum, et quidem anonymum. Etenim si de Trinitate dicitur, sanctus Deus pater, sanctus fortis filius, sanctus immortalis spiritus sanctus, verba « qui crucifixus es » alium quemdam extra Trinitatem spectant. Nonne vero te pudet pigetque absurdae huius et imperitae laudationis? Quomodo dicis sanctus immortalis, et mox addis qui crucifixus es? Vel aufer immortalis, et dic crucifixus; vel immortalem reverens, aufer qui crucifixus es. Sed qui stolidus es, sobrius esse non potes, neque aure audis, neque mente intelligis hymni maiestatem, quomodo scilicet Deum fortem atque immortalem, trisagion nos doceat. Confitemur nos quoque, o sycophanta, crucifixum, sed secundum incarnationis rationem, non ad immortalis contumeliam; neque ad incorruptibilis exitium adoramus crucifixum ; sed Christum Dei vivi filium, ut sanctus Petrus revelante ei patre nos docuit. Sancta et beata Trinitas haud gradibus nominum dignitatis obnoxia est, sed rerum aequalitate magnificatur. Nam etsi tres sunt personae, non tamen tres dignitates. Ubi consubstantialitas, ibi

(1) Recole omnino citata a nobis S. Augustini verba retro p. 558.

omnipotentia: differentia est in nominibus, non in dignitate: dissimilitudo appellationum, non substantiae. Quamvis enim tres sunt hypostases, patris, ac filii, et spiritus sancti, una tamen substantia, una deitas; una inquam in immortalitate, in impassibilitate, in immutabilitate, in voluntate, in creatione, in clementia, in misericordia.

14. Non sunt hi mei sermones, sed apostolorum doctrina haec est, et sanctorum patrum enarratio. Patres autem dico successores illorum qui testes oculati fuerunt et ministri verbi; quos tu, furibunde, anathemate pulsas, quia liberas illorum reprehensiones aequo animo non fers, neque radiantem splendorem divini quod in eis est charismatis. Nemo autem ignorat chalcedonensem sanctorum virorum synodum damnasse insanum Nestorium, impium item Eutychem exauctorasse anathemate perculsum, nec non alexandrinum Dioscorum sancti Flaviani interfectorem, qui et alios fidei defensores sceleste expulerat, et alia antiquiora ecclesiae lumina extinguere nisus fuerat; hunc inquam arcto vinculo Eutychi haerentem, synodus ab ecclesiae corpore abscidit. Vestra porro anathemata, quae adversus Dei amicos furiose iaculati estis, mundum subverterunt, aërem corruperunt, seraphinos irritarunt, cherubicum thronum quassarunt, gloriae regem ad ultionem provocaverunt. Amen quippe dico vobis electis meis, ait Dominus, qui mei causa quotidie ab insanis anathemata patimini, vos ulciscar et remunerabor: inebriabo tela mea sanguine, et gladius meus carne vescetur, cruore sauciorum et captivorum, capitibus principum gentium, purgaboque terram populi mei. Exiit decretum, pervenitque Domini gladius ad sacerdotes iniquitatis; gladius Domini adversus principes iniustitiae: gladius in civitate, gladius in agro, contra omnem contumeliosum ac superbum, per omnem impiorum locum et apostatarum, contra quemlibet qui sanctos iniuriando operam

ἔνθα τὸ ὁμοούσιον, ἐκεῖ τὸ παντοδύναμον· cod. f. 17. b. col. 1.
τὸ διάφορον ἐν ὀνόμασιν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν ἀξίᾳ· τὸ ἀνόμοιον ἐν προσηγορίαις, οὐκ ἐν οὐσίᾳ· εἰ γὰρ καὶ τρεῖς ὑποστάσεις πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, ἀλλὰ μία οὐσία, μία θεότης, μία ἐν ἀθανασίᾳ, ἐν ἀπαθείᾳ, ἐν ἀτρεπτότητι, ἐν βουλῇ, ἐν δημιουργίᾳ, ἐν ἐλέει, ἐν οἰκτιρμοῖς.

ιδ΄. Οὐκ ἐμοὶ οἱ λόγοι, τῶν ἀποστόλων αὕτη ἡ διδασκαλία, τῶν ἁγίων πατέρων ἡ ἐξήγησις· πατέρας δὲ λέγω τοὺς διαδόχους τῶν αὐτοπτῶν καὶ ὑπηρετῶν τοῦ λόγου, οὓς λυσσῶν ἀναθεματίζεις, μὴ φέρων αὐτῶν τοὺς ἀνεπαισχύντους ἐλέγχους, μηδὲ τὴν λαμπρότητα τῶν μαρμαρυγῶν τῶν ἐν αὐτοῖς θείου χαρίσματος. Οὐκ ἠγνόηται δὲ ὅτι ἡ ἐν Χαλκηδόνι τῶν ἁγίων σύνοδος Νεστόριον μὲν ὡς φρενοβλαβῆ κατέκρινεν· Εὐτυχέα δὲ ἀσεβήσαντα ἀπεκήρυξεν ἀναθέματι βαλοῦσα· Διόσκορον δὲ τὸν ἀλεξανδρέα καὶ φονέα τοῦ ἁγίου Φλαβιανοῦ, τὸν καὶ τοὺς προμάχους τῆς πίστεως παρανόμως καθελόντα, καὶ ἄλλους δὲ ἀρχαιοτέρους φωστῆρας ἀποκηρύξαντα, καὶ Εὐτυχεῖ περιπλακέντα, τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας ἀπέκοψεν. Οἱ ἀναθεματισμοὶ ὑμῶν, οὓς κατὰ τῶν φίλων τοῦ θεοῦ κορυβαντιῶντες ἀκοντίζετε, τὸν κόσμον ἀνέτρεψαν, τὸν ἀέρα ἐμόλυναν, τοὺς οὐρανοὺς ἠχλύωσαν, τοὺς ἀγγέλους παρώτρυναν, τὰ σεραφὶμ παρώργισαν, τὸν χερουβικὸν θρόνον ἐπέσεισαν, τὸν βασιλέα τῆς δόξης εἰς ἐκδίκησιν παρεκίνησαν· ἀμὴν γὰρ col. 2
λέγω ὑμῖν τοῖς ἐκλεκτοῖς μου, φησὶν ὁ δεσπότης, τοῖς δι᾽ ἐμὲ ὅλην τὴν ἡμέραν ὑπὸ ἀφρόνων ἀναθεματιζομένοις, ὅτι ποιήσω τὴν ἐκδίκησιν ὑμῶν, καὶ ἐκδικήσω καὶ ἀνταποδώσω· μεθύσω τὰ βέλη μου ἀφ᾽ αἵματος, καὶ ἡ μάχαιρά μου φάγεται κρέα· ἀφ᾽ αἵματος τραυματιῶν καὶ αἰχμαλωσιῶν ἀπὸ κεφαλῆς ἀρχόντων ἐθνῶν· καὶ ἐκκαθαρῶ τὴν γῆν τοῦ λαοῦ μου· ἐξῆλθεν ἡ ἀπόφασις, καὶ ἐδόθη ἡ μάχαιρα κυρίου ἐν ἱερεῦσιν ἀνομίας· μάχαιρα κυρίου ἐν ἄρχουσιν ἀδικίας· μάχαιρα ἐν πόλει, ἐν ἀγρῷ, ἐν παντὶ ὑβριστικῷ καὶ ὑπερηφάνῳ, ἐν παντὶ τόπῳ ἀνόμων καὶ ἀποστατῶν, ἐν παντὶ κοινωνήσαντι τῇ τῶν

ἁγίων ὕβρει. ἐν παντὶ προσελάσαντι τῇ τῶν ἀναθεματισθέντων ἀσεβῶν κοινωνίᾳ.

ιε΄. Τούτων οὕτως ἐν ὀργῇ ἐζωγρημένων ὑπὸ τὸ ἀμφίβληστρον τῆς ἐκδικήσεως, καλῶς ὑμεῖς ἐξεκλίνατε, θεοφιλέστατοι, τόπον δώσαντες· καλῶς ἀφορίσθητε ἐξ αὐτῶν, τῷ βορβόρῳ τῆς ἀθεΐας ἐγκυλιομένους ἐγκαταλείψαντες· χαίρει Χριστὸς διαιρούμενον τὸν σύνδεσμον αὐτῶν ὁρῶν· εὐφραίνεται τοὺς ἐξ αὐτῶν ἀποστατουμένους προσλαμβανόμενος· ἐκεῖνοι ἐν ἅρμασι καὶ ἵπποις, ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι κυρίου θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα·
cod. f. 48. a. col. 1. αὐτοὶ συνεποδίσθησαν καὶ ἔπεσαν ὑπὸ τὴν μάχαιραν τοῦ κυρίου, ἡμεῖς δὲ ἀνέστημεν καὶ ἐσώθημεν, ἐν σκέπῃ τοῦ θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ αὐλιζόμενοι· ἐνηχήσατε ἡμῖν τῶν πνευματικῶν ὑμῶν ἀγώνων τὴν τερπνὴν μελῳδίαν· προπηδήσει καὶ αὖθις ἡ καλὴ περιστερὰ *, τῆς ἐπὶ θεοῦ ἐπιστασίας ὑμῶν φωνοῦσα τὸν εὐαγγελισμόν· διηγήσασθε θᾶττον πῶς ἐπέστη ὁ ἄγγελος κυρίου, καὶ τὰ δεσμὰ διεσπάραξεν ἄφνω, ὕπνῳ νεκρώσας τοὺς φύλακας· ὅπως τε ἡ σιδηρᾶ πύλη ἀνεπετάσθη, πρὸς τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ ἀπάγουσα ὑμᾶς· οὕτω γὰρ οὕτω συνευφραινόμενοι τῇ κατοικίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ τὴν μεγαλειότητα τοῦ θεοῦ παρ᾽ ὑμῶν ἀκούοντες, αὐτῷ τῷ μεγαλουργῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ἅμα τῷ μονογενεῖ υἱῷ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, δόξαν ἀναπέμψωμεν ὁμοθυμαδὸν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

confert, denique contra omnes qui anathemati subiectis impiis communicant.

15. Hos itaque ab ira Dei reti ultionis implicitos, praeclare vos defugite, o Deo dilectissimi, de via decedentes: praeclare vosmet secernite, atque eos in irreligiositatis luto volutantes deserite. Gaudet Christus, praecisum vinculum illorum videns: laetatur ad se recipere qui ab eo defecerant. Illi in curribus et in equis, nos autem in nomine Domini magnificabimur. Ipsi impediti sunt et ceciderunt sub Domini gladium; nos autem surreximus et salvati sumus, in velamento Dei caeli habitantes. Cantate nobis spiritalium vestrorum certaminum dulcem melodiam: prodibit rursus pulchra columba quae vobis divinae tutelae bonum nuncium canet. Narrate protinus quomodo Domini angelus adstiterit, et vincula cito dissolverit, somno custodes mortificans; et quomodo ferrea ianua reserata sit, quae vos intra civitatem Dei recipit. Sic enim, sic laetantes in contubernio, Deique magnalia a vobis audientes, ipsi prodigiorum auctori patri Deo, cum unigenito filio, et sancto spiritu laudem concorditer extollemus per saecula saeculorum. Amen.

Exin sequuntur in codice epistolae 1. *Pamphili episcopi Abydi.* 2. *Asclepiadis episcopi Trallium.* 3. *Fausti episcopi Apolloniadis.* 4. *Quintiani episcopi Asculianorum.* 5. *Felicis papae romani; quae omnes extant in tomo septimo Conciliorum Zattae col.* 1045. 1109. 1127. 1129. 1133. *Sed tamen in praedicta editione col.* 1136. *desideratur in epistola Asclepiadis particula graeci textus, quam codex vat. f.* 49. *b. ita supplet in octavo anathematismo.* Εἴ τις λέγει θεοπασχίαν, ἢ θνήσεως θεὸν γεύσασθαι, ὡς εἰς ταῦτα αὐτὸν εὐδοκίᾳ ἥκειν ἐν τῷ τετάφθαι αὐτὸν, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν ὡς θεὸν μὴ κεκυριεῦσθαι ὑπὸ τοῦ θανάτου, θάνατον δὲ θανατώσαντα, δι᾽ ἧς εἴληφε θνητῆς αὐτοῦ σαρκός, ἀνάθεμα ἔστω. *Subsequitur Theodori Abucarae brevis disputatio cum Saraceno de Christi corpore in eucharistia, prout est in operibus Gretseri T. XV. p.* 400. *Denique fol.* 53. *sic scribitur:* ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος ἐν ἔτει ,ϛωιδ΄, ἰνδ΄. δ΄. Καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε τῷ γράψαντι Νίφωνι τῷ ἁμαρτωλῷ γονυχῷ. Absolutus fuit praesens liber anno ·VIM·DCCC XIV· indictione quarta (*Christi* 1306. Qui legitis, orate pro scriptore Niphone peccatore monacho. *Mox alia manu subiicitur* αὕτη ἡ δέλτη ἡ δογματικὴ πανοπλία: hic liber dogmatica panoplia est. *Deinde post purum spatium, alia manu subtexitur ex Euthymii Zigabeni panoplia titulus XVI, qui latine legitur in Bib. PP. Lugd. T. XIX. p.* 188. *usque ad p.* 191. *Postrema codicis clausula est:* τέλος ὁλόκληρον τῆς δογματικῆς πανοπλίας: heic omnino explicit dogmatica panoplia.

INDEX RERUM.

Ubi nulla littera est, intelligitur Cyrillus: ubi A, Athanasius: ubi E, Eusebius alexandrinus: ubi G, Germanus constantinopolitanus: ubi Gr, Gregorius antiochenus: ubi M, Martyrius antiochenus: ubi P, Panoplia: ubi T, Timotheus alexandrinus.

A

B

L

M

N

O

Voluminis emendationes et additamenta.

Pag. 29. adn. 1. adde: sine dubio legatur θεοῦ pro κυρίου. Nam θεοῦ habet ipse Cyrillus p. 94. P. 30. v. 6. a fin. *mutuoque superiecta;* dic potius: *et aliud alio superius.* Et confer p. 558. adn. 1. P. 31. Omittatur adn. 1. P. 48. v. 9. corr. *irretiebantur.* P. 111. in adn. adde: nec non Gregorius nyss. epist. ad Eusth. et Ambros. opp. T. II. p. 1093. P. 128. v. 9. a fin. corr. ἴδομεν, et *cognovimus.* P. 150. Locus ferme repetitus in orat. ad reginas opp. T. V. part. 2. p. 157. D. P. 190. v. 10. a fin. corr. ἐπιθήσετε. P. 213. adn. v. 3. *suo* corr. *quo.* P. 237. v. 3. a fin. Inserendum fragmentum ex tertio tomo p. gr. 110. δεικνὺς – χρηματίσας, p. lat. 72. P. 348. in adn. corr. οἶκος. P. 416. v. 10. a fin. adde: *et sanguinem eius bibentes.* P. 444. v. 6. a fin. corr. 114. P. 482. in adnot. corr. 42. P. 488. in adn. v. 11. dic: *semel et iterum.* P. 524. v. 7. corr. *magus.* P. 544. citatus a Leontio Aeluri locus extat etiam in T. VI. p. 515. supplementorum Mansii ad Concilia; sed ibi incaute continuantur tamquam Aeluri verba, quae sunt Leontii. P. 645. v. 12. *ad* corr. *adversus.*